

adiectam fateri in posterum recusabant. (gg) Anno 1523. sub initium belli Episcopalis Lutterum a Ducibus Brunsvicensibus (hh) occupatum est, et, conditione quadam a. 1644. vtrunque pacta, in eorundem ditone in hunc diem requiescit.

(gg) Patent haec ex eodem *RECESSU*, qui tum separate in lucem editus est, et postea LVNIGII P. II. Spicilegii Ecclesiastici aliisque libris insertus exstat.

(hh) Olim tenebant Generosi Domini de Walmoden id castrum, qui sunt originis Graecae et a Theophania, ut videtur, Constantinopoli inter proceres ad nos deportati. *Burgum* eos in *Lutter* tenuisse, idem *Recessus* docet §. 17. Postea Templarius castrum cesit, uti fama dicitur. In bello Saxonico sub Imperatoribus ex Franconia ortis mutavit *Lutter* saepe dominos. Ditioni deinde Ducum Brunsvicensium paruit et ab eis nobili genti de Oberg oppignoratam est. Ad annum 1209. memoratur *Eschwinus de Lutere* apud *HEINECCIUM* in *Antiqq.* Goslar, L. II. p. 209. Tandem *OTTO* Comes de Woldenberg, Episcopus Hildesheimensis *Lutterum* emit a Ducibus Brunsvicensibus *Ernesto*, *Wilhelmo* et *Ioanne*, at ita, ut reddita pecunia redimi possit. Litteras venditionis tradit et exhibet *PHILIPPVS IVLIVS REHTMEIER* in *Braunschweig-Lüneburgischer Chronica* P. III. c. 31. p. 533. ad a. 1323. Hildesienfes conditionem adiectam tacent. *CHRONICON EPP. HILDESHE.* p. 797. T. II. *Leibn.* *Otto de Woldenberg Henrico successit, Praepositus ante S. Mauritii - qui castrum LVTTER emit et Lindatu pro magna pecunia.* Anno 1523. *Ericus senior* et *Henricus junior* *Lutterum*, vi interposita, recuperarunt. *Stiftliche Fehde* To. III. *Leibnit.* p. 259.

*Lutter hadde ynne Cord Bock  
Seven dusen gulden was genoch,  
Dat was deme eyn gut schad,  
Dat desüllfte heffe daranne had.*

De praelio ad *Lutterum* 1626. 27. Aug. commissio, duce *Tillio* a *Caesareanis* depugnato, conferantur *PFFENDORFIUS* de *Vita* et rebus gestis *Friderici Wilhelmi Magni* L. I. §. 49. *IOBVS LYDOLFFVS* in *der Schau-Bühne* L. XXVI. p. 313. *THEATRVM EVROPAEVM* To. I. p. 1041. sq. Pronuntiatum et decretum *Papae* de restituendis praefecturis et castris, quae *Episcopo Hildesienfi* a *Ducibus Brunsvicensibus* erant adempta, et nominatim de *Lutter*, a. 1540. prodiit, et exhibetur a *IOANNE CHRISTIANO LVNIGIO* in *Continuat. Spicilegii ecclesiastici des Teutschen Reichs - Archivs* VII. *Abfatz* n. X. p. 531. sqq. Ex recessu anni 1644. *Lutterum* tenent *Duces Brunsvicenses* initar feudi masculini ab *Episcopo Hildesienfi* vna cum praefecturis *Coldingen*, *Westerhove* et *domo Deelmiffen* §. 19.

## DISSERTATIO II.

De

Aduocatis et defensoribus Monasterii a *Ludolfo* fundati.

Synopsis. §. 1. De Aduocatorum primi generis origine, immutatione, mercede et fatis.

§. 2. De Aduocatis minori dignitate praeditis, von *Casterwögten*.

§. 3. De *Ludouicis* *Germaniae* regibus, aduocatis monasterii *Gandersheimensis*.

§. 4. De Aduocatis, quos medio saeculo XI. *Beatrix* *Abbatissa* adsciuit.

§. 5. De Comitibus *Wincenburgicis* et eorum genealogia.

§. 6. De aduocatia eorum *Gandersheimensi*.

§. 7. De Comitibus *Nordheimensibus* et eorum genealogia.

§. 8. De eorum aduocatia in bona ecclesiae *Gandersheimensis*.

§. 9. De Comitibus *Sommerfchenburgensibus* et eorum aduocatia.

§. 10. De Aduocatis ex Comitibus *Woldenbergicis*.

§. 11. De Aduocatis ex Comitibus *Woltingerodanis*.

§. 12. De origine aduocatae ex Comitibus *Woldenbergicis* translatae ad *Episcopos Hildesienfes*, ex eo tempore conseruatores liberi *Monasterii Gandersheimensis*.

§. 13. De aduocatis aliis diuersarum familiarum.

§. 14. De *Henrici Leonis* aduocatia *Gandersheimensi*, et conseruatoribus ex eius posteritate gloriosissimis.

§. 15. De

## §. 15. De iudiciis tribus Abbatissae Gandersheimensis, quae olim aduocati administrare debuerunt.

## §. I.

## De Aduocatorum primi generis origine, immutatione, mercede et fatiis.

**M**agistratus summi in actiones et opes externas eorum, qui ipsis subditi sunt, potestatem suam ita exercentur necessum est, ut eos tueantur et ab iniuriis defendant. Quare regum et Imperatorum est, ecclesias, tutelae suae submissas, defendere et vim iniustam ab eis propulsare. Collegia enim, quae profitendae doctrinae Christianae causa coibant quondam, pro summatibus publice deprecabantur Deum, eisque venerationem debitam ac obedientiam praestabant, quantum erga summi numinis virtutes patiebatur pietas et suprema reuerentia. Quare coetus christiani ea, quae ex symbolis suorum libere parauerant in usum ecclesiae externum, summis Principibus ita voluerunt subesse, ut violentia arceretur et rapacitas. Ex quo autem tempore res opesque ecclesiasticae sunt auctae, paulatim inuidiae maiori et acriori rapinarum studio fuerunt expositae. Hac de causa regum illa defensio minus videbatur sufficere, nisi eidem nonnullis iudicibus nominatim locorum certorum defensiones commendarent ac traderent. Plerique (a) originem iudicium illorum, quibus tutela ecclesiae huius vel illius erat demandata, ex Codice Canonum Africanae ecclesiae c. 97. deducunt. Patres ibi faciunt, rogandos esse Imperatores, ut *aduocatos* vel *defensores* pro causis ecclesiarum defendendis constituent. Quum haec Africani concilii postulatio ad Caesares deuolueretur, ecclesiis mox aduocati coeperunt dari, (b) et edictum eo fine post sex menses a Concilio Carthaginensi est promulgatum, quia, ut est in Chronico Mosomensi, *ecclesia semper iusto Aduocato contra malignantes opus habet*. Origo igitur aduocatorum ecclesiae incidit in tempus, quod consulatum Stiliconis saeculo ineunte quinto proxime consecutum est. Deinceps a Principibus et Pontificibus summis statutum est, ut Episcopi, Abbates et Abbatissae singulares suos aduocatos seu defensores bonos haberent. (c) Vocantur illi nunc scholastici, nunc causidici, nunc defensores. Vnde patet, eos non armis, sed calamo et eloquentia in iudiciis res ecclesiasticas fuisse tuitos. Quum autem barbararum gentium migrationes paene opprimerent omnem Imperatorum potestatem, et hinc inde regum oppressiones ingrauescerent, vis Ecclesiis intentata et illata videbatur vi esse repellenda. Quare loco Scholasticorum et lure consultorum, qui calamo et ore pugnare didicerant, recepti sunt in Aduocatos viri militares et potentiores. (d) Nam olim ecclesiasticis viris haud licebat esse armatis et loricatis. Ecclesia Romana aduocatos habebat Imperatores Latinos, dein Graecos, et tandem reges Franciae ac Imperatores occidentales. Carolum Magnum contra reges Longobardorum elegerunt sibi Romani *Aduocatum sancti Petri*. Eodem encomio legunt adfecti Henricus II, Conradus II. et Fridericus Barbarossa. In plerisque inaugurationibus, quas Imperatores Romae susceperunt, id officii dilucide Caesaribus tribuitur. Nostra aetate

Capi-

- (a) Qui originem aduocatorum ex hoc canone repetunt, recensentur a Celeb. D. IOANNE WILHELMO GOEBELIO in Diss. de *Aduocatia Armata* §. 1. p. 4. sq. Helmitadii 1722. Canonem non esse 99, sed 97, monuit Celeb. Halensium Iureconsultus, Consiliarius regius, IVSTVS HENNINGESIUS BOEHMERVS Obseru. ad Petrum de Marca Obs. XVIII. p. 47. sqq. Copiosissime de Aduocatis ecclesiarum agit MARTINVS MAGERVS a SCHOENBERG in libro spisso de Aduocatia Armata, qui emissus est 1625. fol. Francofurti. Egregia sunt, quae collegit CAROLVS du FRESNE To. I. Glossarii lat. p. 87. sqq. Ex singulis bibimus, ut concisa inde de modo et momenti aduocatae armatae prodiret theoria.
- (b) Ita decretum est postea etiam in Concilio Romano sub Eugenio II. Pontifice, Moguntiaci c. 50. Duziacensi l. p. 225. edit. Celloti, in Capitul. ex Lege Salica et Gombata c. 14. in lege Longobard. L. II. tit. 47. §. 7. 5. 6. 9. Distinguendum autem haec est inter aduocatum causarum Ecclesiae, et inter illum, quae est soli. Illa praecipue post Stiliconis consulatum introducta est. GODOLPHIN abridgement of the ecclesiastical laws of England p. 208. de illa ex professo agit. Aduocati ecclesiae ratione soli sunt conditores et fundatores eius, atque qui ab ipsis descendunt. Si autem Monasteria et Ecclesiae *immunitatis* iure gaudeant, sibi adsciscere queunt aduocatos, quos volunt, nisi ipsis arma tractare et per suos iudicia instituire licet. Secundum consuetudinem Cisterciensium nec fundator nec ullus successorum et heredum aliquod ius Aduocatae habet. Nituntur ipsi Diplomate Henrici VI. a. 1193. ut tradunt, dato, quod in *monumentis Württembergicis* et alibi obuium est. Immunitatem Monasterio Gandersheimensi impertitus est Ludouicus junior, rex Germaniae, confirmarunt Imperatores subsequentes, et consuetudines ipsae creberrimae corroborarunt.
- (c) Leges Baiouariorum tit. I. cap. I. Capitula Caroli M. L. V. c. 2. 31. 40. 234. alibique passim.
- (d) CAROLVS du FRESNE loco laudato p. 88. To. Gloss. L. I. H. Boehmerus Obs. XVIII. selecta ad P. de Marca §. 1. p. 47.

FORIBVS

tium belli Episcopi  
conditione quadam  
scit.

paltza LVNIGE P. II.

nis Graecae et a Theophras-  
tis in Letter tenuisse, idem  
n bello Saxonico sub Im-  
perio Ducum Brunsvicen-  
1209. memoratur Eschep-  
indem 0770 Comes de  
nibus Erncito, Wilhelm  
dit et exhibet PHILIP-  
L. c. 31. p. 533. ad a. 1325.  
H. p. 797. T. II. Leiden.  
LITTEr. emat et Len-  
terum, vintropolis, reco-nis depugnato, confere-  
I. §. 49. IOHES LVDOL-  
o. L. p. 1041. 67. Prom-  
po Hildelienis a Duchu  
et exhibetur a IOHANN-  
hen Reichs-Archivs VL  
fiscenses inlar feudi me-  
et domo Declimiffen §. 19.

olfo fundati.

immutatione, mercedi

pögen.  
sterii Gandershei

issa adsciuuit.

nfs.

uocatia.

anslatae ad Episc-  
monasterii Ganders-

conseruatoribus et

§. 15. De



Capitulationibus Imperatoriis a Pontificiis Electoribus idem inferitur officium. Ex exemplo et ritu ecclesiae Romanae quoque suis gaudent dudum aduocatis ecclesiae speciales. Illi vel a rege petebantur, vel ab ipso dabantur vltro, vel, inspectantibus Comitibus, eligebantur ab ipsis Episcopis et Abbatibus. Ecclesiis nonnullis passim ea ab Imperatoribus Regibusque indulta facultas est, vt pro arbitratu aduocatum, quemcunque vellent, possent adsciscere. (e) Lex Salica et Gumbata c. XIV. requirit, vt aduocati propria vtantur hereditate in Comitatu illo, in quo sunt Ecclesiae. Ratio in promptu est consilii tam salubris. Ita enim communes necessitates aduocatum magis impulerunt ad defendenda proxima, per quae ipse detrimentum capere poterat. Officia aduocatorum erant varia. Erat ipsorum, adire summorum magistratuum tribunalia et iudicia ibique defensionem, siue *mundiburdium*, ecclesiae sibi commendatae suscipere et fideliter praestare. Erat ipsorum iurare. Iurandum enim est iurandum calumniae in prima litis contestatione, quod Clerici nequaquam facere debebant, quippe a quibus secundum leges iusiurandum procul abesse necesse erat. (f) Erat aduocatorum eiusmodi, vt interessent Comitum *placitis* i. e. iudiciis, ibique, vti ecclesiarum suarum patroni, iura ecclesiastica et praedia tuerentur. Erat eorum, consensu suo distractiones et alienationes rerum ecclesiasticarum confirmare, ac donationes restitutionesque, quae ecclesiis fiebant, ratas haberent. Erat eorum, monasterii bona ab omni rapina et indebitis actionibus illaesa conseruare et in rebus maioris momenti offerre et praebere consilia sua. Aeuo medio inclinante aduocati coeperunt ipsi ius dicere, nec amplius Comites ideo fatigarunt. Quotannis ter celebrabant iudicia sua, quae *placita*, et *malta* generalia vocantur. At quid erat pretii pro tot laboribus et officiis? Accipiebant ipsi tertiam partem mulctarum, quae *bannum* et *fredum* vocabantur, in reos et iniuste litigantes decretarum. Tertia illa mulctarum pars vocabatur *bannum tertium*, *denarius tertius*, *numus tertius*. (g) Praeter hoc laboris infumti et quidem forensis praemium, non adeo opimum in plerisque coenobiis, aduocatis et eorum famulis certa ac defi-

(e) Incerti auctoris vita Caroli M. De Henrico II. *DITMARIUS* Annal. L. VI. p. 399. *Rex Henricus a Papa Benedicto - - mense Februario in urbe Romulea cum ineffabili honore suscipitur et aduocatus S. Petri meruit fieri.* De Friderico I. *RADEVICVS* idem notat. Peculiare est, quod Fridericus idem sese vocet *aduocatum peculiarem terrae Palaeatine* apud *TAGENONEM* in Deser. expedit. Asiaticae p. 131. Aduocatum Petri se vocat Conradus Imperator apud *BROWERYM* L. III. Antiqq. Fuld. c. 17. De Carolo M. eiusque liberis Romanae Ecclesiae iuratis defensoribus late disserit *PETRVS de MARCA* de Concordia sacerdotii et Imperii L. I. c. 12. p. 69.

(f) Lex Longobardica lib. II. tit. 47. §. 8. 11. Lib. III. tit. 32. §. 1. et L. II. tit. 47. d. §. 8.

(g) *CAROLVS de FRESNE* haec fute comprobatur loco excitato p. 90. sq. Preces et suspiria pro Aduocatorum salute concipiebantur publice. Atque in eis putabatur larga consistere remuneratio. In nonnullis locis mercedis nihil praeterea expetebant. Exempla existant apud *MOLANVM* L. II. de Canon. c. 40. et du *CHENE*. Plerumque autem aduocati mercede illa minus fuerunt contenti. Alibi quotannis ex singulis aedibus gallinam cum sextario avenae exegerunt. Alibi aduocatis praedia et mansi certi fuerunt assignati. Alibi eis frumentum flagello spicis excussum, quod vocabatur Aduocaticale frumentum, erat praestandum. Alibi migrationum sumtus ministrabantur, fodrum praebebatur, canes equique certo numero alebantur, vti testimoniis adlatis euincit Celeberr. *IOANNES WILHELMVS GOEBEL* in Diss. de *Aduocatia Armata* ad §. 13. p. 37. 38. Alibi *Carnica Corneta* bis dabatur singulos per annos, id est, certum pretium de singulis aratris eorum, qui arabant domini vel monasterii agros. Aduocati Gandersheimenses quid acceperint, postea docebo. Nolim tamen omittere vexillum aduocatorum, qui in illo Comitatu, vbi Ecclesia erat, hereditatem propriam habebant. Hoc enim ipsis offerebatur ab Ecclesia, cuius aduocatos ipsi agebant, et in possessionem functionis suae eo tradito mittebantur. Ex eo factum est, vt dicerentur *vexilliferi*, *vexillarii* et *signiferi Ecclesiae*. Ex Chronico S. Martini Turonensis constat, Thibautum Comitem Blesensem, Abbatiae illius Aduocatum, vexillum Sancti Martini gestasse, iuxta consuetudinem receptam. Eodem ritu Comites de Vexin, qui erant Aduocati Abbatiae Sancti Dionysii, auri flammam portabant. quod ius vna cum Aduocaticae munere posthaec ad ipsos Galliae Reges translatum est, vti est apud *SVGERIVM ABBATEM S. DIONYSII* in Vita Ludeuici Grossi et Diplomate anni 1424. apud *DVCHENE* p. 28. Hist. Advocat. Bethunens. Vexillum eiusmodi vocabatur *carrucium*, a curru, cui imponebatur a quatuor bouum iugis trahi solito. Adpellabant id etiam *carrucam*, *standardum*. *SIGONIVS* L. II. de regno Ital. *MATTHAEVS PARIS.* 2. 1236. *Cum standardo suo, quod carrucam vel carrochinum appellant, - - perrexerunt.* Tandem vero defensoris aduocaticae demortui vexillum in templo publice suspendebatur, eo sine, vti pateret, aduocatum ad extremum vsque vitae halitum bona ecclesiae defendisse. De Carrucio fute agunt *CAROLVS de FRESNE* in Gloss. lat. To. I. p. 948. 199. et D. *SIMON FRIDERICVS HAHNIVS* in Reichs-Historie P. II. c. VII. §. II. p. 266. Inuentor Carrucii fuit Heribertus Archiepiscopus Mediolanensis Conradi II. Imp. aetate. *ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS* L. II. gestorum Mediolanensium c. IX. p. 734. *Heribertus signum, quod dmicatuos suos praecedere debebat, tale constituit. Proceras trabs instar palis nans, robusto confixa plastro, erigatur in sublime, aureum gestans in cacumine porum cum pendentibus duobus candidissimis velis limbis. Ad medium veneranda crux, depicte Salmatoris imagine, extensitate brachis - -*

definita praebebant cibaria praesules ecclesiarum per omne tempus, quo iudicium celebrabatur. Nonnulli aduocatorum hisce munusculis minus contenti in id vnice incumbant, vt feuda pleraque, si qua vacuefierent, vel sibi peterent, vel vi quadam leniter interposita inuolarent. Eis enim beneficia denegari, qui onera et molestias videbantur exhaurire, erat omnino alea anceps et res periculi plena. Ita enim poterat aduocato ansa suppeditari, negligentius ecclesias tuendi et discordias varias multiplicesque plane superuacuas eis immittendi. Ancipiti igitur premebantur ecclesiae periculo. Si feuda vacuefacta denegarent aduocatis, eorum odia et moleste sedulam excitabant aemulationem; sin feuda eis saepius conferrent noua, ingluuiem et famem eorum indies extimulabant. Vt verbo dicam, tanta rapacitate et auaritia sese aduocati tandem commacularunt, vt in bona ecclesiarum pro arbitrato tanquam in propria dominarentur. Villicationes siquidem aliis, vti suadebat animus, locare solebant, maximam fructuum retinere consueuerant, hereditates hominum mancipi vel glebae adscriptorum, sibi vindicabant, colonos ad arbitrium mutabant, ac eos ita instruebant, vt ecclesiis plus querelarum et lamentationum quam vsurarum et census anniuersarii soluerent. Hac ratione patescit, eos summo damno et noxae irreparabili fuisse Ecclesiis. (h) Non poterant non querelae oriri et leges temporariae condi ab Imperatoribus regibusque aduersus illam tyrannidem et rapacitatem. Praecipue culpanda erat illa consuetudo, tot fere quod aduocati essent, quot erant maiora ecclesiae praedia. Intolerabilis erat vitium illud, quod ecclesiae sibi constituerent aduocatorum subaduocatos. Hoc enim pacto circumuicini Comites, Equites et Nobiles vno impetu dataque opera in bona ecclesiae conspirabant, ecclesiisque honorem domini, sibi autem vsufructum, ni hereditatem, diplomatibus sensim dissipatis vel interuersis, tribuebant. Abrogati tandem sunt merito illi subaduocati, acutius et rapacius saepe alienis inhiantes, quam aduocati maiores. Incidit illa abrogatio in annum 1148. (i) Quum autem nescio quidem ecclesiarum conseruationi bonorumque et praediorum ecclesiasticorum tutelae consuleretur, tentata est defensio artibus prorsus nouis et antehac inusitatis. Circa interregnum Imperii, quod medio saeculo XIII. coepit, rapinae et certamina mutua per Germaniam Italiamque inhorrescebant. Archiepiscopi igitur, Episcopi et proceres ecclesiastici opulentiores arma et animum militare induebant sibi ac suis Ecclesiis ipsi patrocinium et aduocatum armatam praestabant. Si qui autem forte milites conscribere nollent vel minus possent, ei curabant arma insultantibus inferri per clientes suos fiduciaris, qui *Vasalli* dicuntur, quos hoc consilio et sine multis ditabant et potentes reddebant in feudum datis praediis atque possessionibus, (k) Postquam autem in primis diligentia et iusti-

(h) CAROLVS du FRESNE l. c. p. 91. IOANNES MICHAEL HEINECCIUS Antiqq. Goslar. L. II. ad a. 1188. p. 187.

(i) Concilium Remense a. 1148. can. 6. et Lateranense sub Innocentio III. c. 45. aduocatis: *Praeterius et beneficium antiquitus constitutum sibi aliquid accipere vel usurpare uentantur.* Conf. Frederici I. Imperatoris mandatum a. 1188. datum aduersus aduocatum ecclesiae Gandersheimensis, quod exhibent IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS in Antiqq. Gandersh. c. XXV. §. 17. p. 302. sqq. et LVNIGIVS in Spicilegio Ecclesiastico des teutschen Reichs-Archivs p. 33. sq. Eodem anno 1148. subaduocati, qui etiam proaduocati, postaduocati, viceaduocati, subaduocatores, aduocati infeudati et feudales, sublatis sunt. Multitudine enim eorum grauabantur Ecclesiae et Monasteria, propter exactiones eorum strenuas et consuetam rapacitatem aequilnam. Quare aduocatis crebro inculcatum, ne ipsis subaduocatos instituere liceret, nisi de ecclesiarum suae aduocatae consensu. Abrogationis formula haec est ex Concilio Remensi c. 6. *Auctoritate Apostolica prohibemus, vt nullus aduocatus praeter beneficium antiquitus constitutum aliqua sibi accipere vel usurpare praesumat: subaduocatos vero vel exaliores eorum modis omnibus ab Ecclesiarum infestationibus prohibemus.* Fuerunt tamen post hoc tempus adhuc subaduocati Gandersheimenses, vti ex Diplomatum subscriptionibus patet. Saeculo tamen XIII. minores illi aduocati heic etiam videntur abrogati.

(k) CAROLVS du FRESNE l. c. p. 93. Vt autem hisce lucem ex nostris, vel nostris lucem ex adlatis rationibus feneremur, geminum Diploma subiicere placet, ex quo aduocatorum monasterii exemti et Imperialis natura et indoles et facies saeculi duodecimi innotescere potest. Primum est Frederici I. Imperatoris; alterum est ipsius Abbatissae Adelheidis. Illud legitur iam apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELDIVM Antiqq. Gandersh. c. XXV. §. 17. p. 302. sqq. et IOANNEM CHRISTIANVM LVNIGIVM in Spicilegio Ecclesiastico des Teutschen Reichs-Archivs, Absatz von Aebtissinnen p. 33. 34. Hoc exhibetur ab eisdem, a Leuckfeldio p. 304. sqq. l. c. et LVNIGIO p. 34. sq. loco laudato. Prius sic sese habet:

FREDERICVS, *Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus. Ea, quae iudicio curiae nostrae sententia fuerint, Principum et prudentum consensu approbata, dignum ducimus auctoritatis nostrae scripto confirmare petentibus his, quorum interest, inuoluta conseruari. Sane cum ADELHEIDIS, Abbatissa de Gandersheim, causam cum officialibus suis habens, Marscalco scilicet, Dapifero, Pin-*

p. 399. Rex Henricus a Pa  
e suscipitur et aduocatus  
t, quod Fredericus idem  
for, expedit. Asiaticae p. 11  
I. Antiqq. Pall. c. 17. De  
it PETRVS de MARCA  
v. 47. d. §. 8.  
Preces et supplicia pro Aduoca  
bere remuneratio. In nomi  
LANVINI, II. de Canon. c.  
u contenti. Alibi quoru  
uo. utis praedia et mania  
uabatur aduocatale frum  
sodum praebatur, a  
rr. IOANNES WILHELM  
Carnea bis dabatur finge  
e domini vel monasterii ap  
pen omittere vexillum adu  
bant. Hoc enim ipse  
nis suae eo tradito mite  
ecclesiae. Ex Chronico  
is Aduocatum, vexillum  
s de Veim, qui etiam  
cum aduocatae munere  
ABBATEM S. DIONISII  
S. H. Advocat. Rehen  
uor boum iugis trahi  
s Ital. MATTHAEVS PA  
perreuerunt. Tandem  
ur, eo sine, vti patet, ab  
Carocio suae agum Call  
RICVS HANSIVS in Bist  
episcopus Mediolanensi Co  
mediolanensium c. II. p. 74  
nt. Protera trahit mlti  
vniue potum cum pndu  
Salmatrix imagine, curat

iustitia Maximiliani primi effectum est, vt oppressiones mutuae ac intestinae concertationes in externa haud facile bella prorumpant, et ratio bellandi nostra aetate est tum ardua tum longe lateque periculosa; monasteria imperialia eis gaudent aduocatis, quos et potentia et amplitudo commendat. Cessant simul vsus et fines feudorum confessorum plurimi. Vasalli enim cum seruis ac hominibus suis, si sint barones et equites, militare pro salute ecclesiarum nequeunt. Plerumque ei parum curant patronos et patronas suas, nihilque officii pro collatis sibi feudis propemodum praestant. Longe igitur

cerna et Caverario in praesentiam nostram eos traxisset apud Goslarum. *Lis, quae inter illos vertebatur, hac est prudentum curiae nostrae sententia rationabiliter decisa: ut quotiens supra dicti officiales solemnibus mensis Dominae suae Abbatisae deseruerint, ipsi etiam in curia ipsius Dominae suae resciantur. Caeterum potestatem non habeant extra curiam Abbatisae mittere aliquid, aut inuitare ex parte sua rescios, nisi cum benevolentia Dominae suae Abbatisae. Etiam si post exhibitum curiae seruitium, ad propria praesentem, vel caenatum ire maluerint, nullus eos postus sequatur ad propria, tantum in curia Abbatisae, si voluerint, rescios erunt: Pincernae, si decem carrucae (Fuder) vini fuerint, annuatim decimas carruca dabitur: quotcumque supra decem fuerint, nihil eis, nisi una sola carruca detur: si minus, quam decem carruca, fuerit, nihil eis detur. Si uerra (bellum) fuerit in terra, ut vinum adduci non possit, et illis (in praediis ad Rhenum positus) venditum fuerit secundum dispositionem praedictam argentum eis de una carruca persoluetur. In hoc etiam ipsi Ecclesiae prouidendum putauimus, ut insolentias Aduocati speciali edicto coarctemus, de quo iuxta Principum sententiam et assensum statuimus, ut in bonis aut personis, ad Ecclesiam pertinentibus, non faciat violentiam exactionem aut petitionem iniustam, contentus iure suo, quod eis, ob defensionem Ecclesiae, constitutum est. Nequis ergo Aduocatus sine officiali dictae Ecclesiae contra huius scripti continentiam venire audeat aliquando, praesentem ipsi Ecclesiae cartulam conscribi fecimus, et impressione imaginis nostrae roborari. Huius rei testes sunt: Otto Frisingensis Episcopus, Adelhogus Hildensemensis Episcopus, Bertoldus Nuenburg. Episcopus, Johannes Imperialis aulae Vice Cancellarius, Rodolfus Protanotarius, Ekhardus Praepositus Goslariensis. Laici Burchardus Comes de Woltingerode, Comes Sibodo de Scartveld, Albertus de Hiltinburch, Albertus Grombach Mariscalcus ipsius Ecclesiae, Hendericus dapifer, Elewinus pincerna, Vdo Camerarius, Gerhardus, Eilhardus et Johannes ministeriales dictae Ecclesiae et alii quam plures. Acta sunt haec apud Goslarum. Anno Dominae Incarnationis MCLXXXIII. Indict. 6. VIII. Kal. Augusti. Caruit hoc Diplomate HEINECCIVS, uti haud obscure indicat in Antiq. Goslar. L. II. ad a. 1188, p. 187. Eadem querela a Canonicis Ecclesiae immediatae Goslariensis de SS. Simone et Iuda dictae delata fuit eodem tempore contra violentiam et rapinas aduocatorum suorum, quibus edicto similis naturae obuiam iuit Imperator idem, quod HEINECCIVS adtulit p. 185. sq. et cui subscripsit inter alios Burchardus de Waldenberch. Per sese patet, Abbatisam Gandersheimensem nulli iurisdictioni tum fuisse in rebus temporalibus, uti vocant, obnoxiam, nisi Imperatoris, nec aliud nisi eius, forum agnouisse. De ministerialibus speciatim infra erit locus agendi. Alterum Diploma eodem pertinet, et collineat ad eum finem, ut Aduocati intra cancellos et regiones circumscripti ipsi officii sese contineant. En illud: ADELHEIDIS, diuina fauente clementia Gandersheimensis Ecclesiae Abbatisa. Vniuersos tam praesentes, quam futuros, nosse cupimus. Quod cum Heremannus Gandersheimensis Aduocatus, litones Ecclesiae nostrae continuis, ac diuturnis grauaret, exactionibus, Fridbericus Imperator augustus, apud Goslarum constitutus, super huiusmodi grauamine querelas nostras accepit, et honorabilis Comiti Burchardo de Woltingerode dedit in mandatis, quatenus, cum ipse ecclesiae nostrae esset Aduocatus, insolentias praedicti Heremanni ratione iuris et Imperiali auctoritate reprimeret efficaciter. Memoratus igitur Comes imperialis mandatis deuotus ac fidelis executor paucis interpositis diebus una cum fratre suo Hojero comite et Theodorico Comite de Insula, qui et a Domino Imperatore ad huius causae executionem fuerunt delegati, Gandersheim veniens, conuocatisque ecclesiae ministerialibus sub obtentu imperialis gratiae simulque suo debito fidelitatis, quo ipsi et nobis et ecclesiae tenebantur, districte illis praecipit, ne timore, dilectione, vel odio denicti, veritatem supprimentes, iura Gandersheimensis Aduocatae, sicut ipsa se in veritate haberent, et sicut ea a progenitoribus et antecessoribus suis intellexissent, et vidissent, et quantum ad eos ipsi inconcusse obtinissent, publice et fideliter explicarent; Illi ergo, tanta districione requisiti, Aduocatae et Aduocatorum iura, in nostra, et multorum honestorum praesentia, hoc modo districte et fideliter protestati sunt. Gandersheimensis Aduocatus sine principalis sine quilibet alius, vice principalis institutus, seminarum oppressiones, rapinas, furta, latrocinia, seditiones sanguinarias et causas pecuniarias coram ipso legitime propositas sententialiter iudicabit. Tribus vicibus in anno solemniter praesidebit, in quo tam litones quam forenses homines comparebunt, villicae Dominae Abbatisae, ubicunque locorum villicationes et litones, nihil ab ecclesia possidentes, ad eius iudicium, nisi forte conuenti, venire non tenentur; Litones ecclesiae, extra ciuitatem constitutos, nullis omnino exactionibus vel angariis petitoribus onerabit. Causa vero non agendarum exactionum ab antiquo vsque in praesens talis fuisse dinoscitur. Quaedam ecclesiae bona in Boseleshusen sita, ad decem talenta aestimata, SIFRIDO Comiti de Bonnenborch, Gandersheimensi aduocato, primo fuerunt concessa, pro eo ut litones ecclesiae a violentis exactionibus aduocati omnino sint liberi, et ne captiuis iudicio debeant iudicari. Infra septa claustris, cymeteris, muri urbani, monasterii sanctae Mariae, monasterii in Brunnesteshusen, monasterii in Clusa, in doribus ecclesiarum tam infra ciuitatem, quam extra, existentium, in domiciliis ecclesiarum, personarum, et in possessionibus ministerialium, illis videlicet, quas ipsi personaliter possident, vel propriis sumibus colunt, nihil iuris sibi vendicabit aduocatus, sed si qua in taxatis locis iudicanda contigerint, Domina Abbatisa iudicabit. Siquis autem in praefatis locis publicas mercaturas exercuerit, ratione mercationis, non ratione personae, legi forensi subiacebit; Cessante vero causa cessabit et effectus. Publice vero mercatores di-*

cum-

igitur monasteriis et ecclesiis conducibilius foret, feuda vacuata in posterum nemi- ni conferre, nisi sint infeudari solita, sed ea potius sunt vsibus Deo probatis, eisque, qui pietatem veram et genuinam promouent, consecranda, quemadmodum id conditores primi plerumque, confuse ad minimum, intenderunt ac respexerunt.

cuntur, quando quis res, quas infra forensium limitem emit, lucrâ gratia postmodum vendere inten- dit. Si qua vero de praedictis personis ecclesiasticis videlicet et ministerialibus, quid sibi de rebus propriis emptis superhabundare viderit, in quocunque loco vendiderit, aut vendi iusserit, occasione huiusmodi venditionis legi forensi non subiacebit. Exuias defunctorum, eorum videlicet, qui veri aduentitii vel veri exules fuisse probantur, legitimis heredibus, si tamen ipsi eas ante euolutum an- num et legalem diem petierint, aduocatus exhibebit. Heredibus autem infra annum non comparen- tibus illas ad ius aduocati pertinere consuetudo permittit. Dispositionem fori non aduocatus, sed do- mina Abbatis, per quos voluerit, ordinabit Mercatores, carnisfices, mulieres cereuisiam vendentes quibusdam suis muneribus, tribus vicibus in anno, aduocatum honorare constituerunt, quae tamen iuris nomine non exhibent, sed pro eo, ut ipsius benevolentiam sibi sentiant efficacius profuturam. Huc usque ministeriales. Has itaque expressas iuris species et non alias, memoratus Comes H. praefato H. concessit, et iuste exercendas recognouit, quas etiam idem H. se non transgressurum fideliter promit- tebat. Nequis igitur Gandersheimensis Aduocatus alia sibi iura temere usurpet, vel quaelibet nostrae fortis Abbatis alia iura aduocati concedat vel recognoscat, in huius scripti memoriam praesentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione decreuimus insigniri. Ad validiorem quoque praedictor- um firmitatem speciale quoddam supra memorati Imperatoris edictum contra insolentias Aduocatorum et aliorum quorundam, ecclesiae nostrae in solenni curia solemniter indultum, huic nostro scripto ne- cessario duximus inferendum. Dicit enim Dominus Imperator inter caetera: In hoc etiam ipsae ecclesiae praesentem putauimus, ut insolentias aduocati speciali edicto coarctemus, de quo iuxta Principum sententiam et assensum statuimus, ut in bonis et personis ad ecclesiam pertinentibus non faciat vio- lentiam exactionem aut petitionem iniustam, contentus iure suo, quod et ob defensionem ecclesiae in- stitutum est. Inchoata sunt haec apud Goslarium Anno verbi incarnati MCLXXXIX. Indict. VI. VIII. Kal. Augusti, consummata vero apud Gandersheim eodem anno, eadem indictione, V. Idus Augusti. Testes: Jueditha Praeposita, Adelheidis Decana, Hadewigis Canonica filia comitis Hermannii, Luckar- dis Capellana, Bertoldus, Godofridus et Albero Capellani, Burchardus de Cimesem, Arnoldus et Gerhar- dus de Cantelssem, Ortwinus dapifer, Vdo Camerarius, Henricus filius, Aschwin, Giselbertus, Iohan- nes, Gerhardus, Einhardus, Henricus, Fridericus et alii quam plures.


§. II.

De aduocatis minori dignitate praeditis.

Erat in arbitrio monasteriorum maioris auctoritatis sibi constituere vel adsciscere subaduocatos seu viceaduocatos, vbi aduocati a templo et monasterio collegiato ni- mis erant disiuncti vel negotiis singularibus districti, quo minus statuto tempore iudi- ciis interesse ac praesidere valerent. Aerarium praeterea monasterii saepius admini- strandum erat accurate perpetua, nec ferendum videbatur maiores fieri sumtus in coenobiis, quam ratio accepti et expensi patiebatur. Haec necessitas peperit vice do- minos et aduocatos minores, quales Franciae reges et Imperatores Abbatibus et Abba- tissis inuitis dabant. (a) Cautum vero fuit priuilegiis insignibus, ne Gandersheimense monasterium liberum et Imperiale aliis vteretur proaduocatis, ac illis, quos ipsum sibi adesse et negotiis suis expediendis inuigilare volebat. Ioannes Fridericus Elector Sa- xoniae et Philippus Landgrauus, quum Henricum ducem Brunsvicensis in vicinia de- uicerant et profigauerant, (b) Gandersheimensis monasterii et collegii homines ad Lutheri doctrinam vi adhibita adigere parauerunt et eo fine summam annuariae reddituum a Canonicis et Vicariis extorquere anni sunt, illis adimentes, quantum po- tue.

- (a) MELCHIOR GOLDASTVS in Notis ad c. VII. Burchardi de Casibus Monasterii S. Galli p. 131. To. I. rerum Alemannicarum: Aduocatus Schirm- oder Castenvogt, Hi vel iniuris Episcopis et Abbatibus Regum Franciae et post ibi Imperatorum Germanicorum cura et vigilantia oeconomi dabantur, et, ut vulgo vocantur, Vice domini, qui earum rerum, quae ad vitae alimentum et redditus ecclesiasticos per- tinebant, sedulam curam gererent. Ea aetas Advocatos aduocant, nostri Alemanni VOGT ex la- tino - -
- (b) Videatur SCHARDIUS de rebus in orbe gestis sub Imperatore Maximiliano secundo T. IV. script. rer. Germ. p. 90. LAMBERTVS HORTENSIVS de Bello Germanico apud eundem T. III. p. 451. 452. Hessus sociorum precibus fatigatus, in finibus suis tumultuario septem millia peditum contrahit, et equites mille sexcentos. Ad Northesium equites mille et tria millia peditum, his copiis se coniun- gebant, quos Saxo Elector subsidio miserat, praeterea sexcentos voluntarios, quos in agris suis college- rat. Ad hos accedebat Hessi gener Mauritius cum mille equitibus et peditum millibus quinque. Cum his copiis Hessus Brunsvicensi obuiam processit. Ille hostis aduentu accepto, omnia obsidione arcis Wol- febutels, collecta undique pecunia militibus, qui iam dislabi coeperant, stipendium poscentibus persol- uit: Inde profectus ad Calsfeldum, mille passus a castris Langranis castra communiuit, cum Dux Ericus

ac intestinae concerni nostra aetate est tunc gaudent aduocatis, quos fines feudorum confestim si sint barones et equitum curant patronosque praestant. Longe igitur quae inter illos ventura supra dicti speciales solennitate sua referantur, caeterum ex parte sua referentur, ut iuratum, ad propria praesentem in curia Abbatis, si voluerit, annuatim decima carnis et decima sive summi, quae ob ea, ut vincto adacta non possit suspensionem praedictam in tendam putantur, ut in his sententiam et assensum statuimus, ut exactorem aut petitionem non est. Nequis ergo alius audeat aliquando, praesentem hanc rotari. Hinc vero Bertoldus Nienburg, Episcopus, Eikhardus Praepositus in artveld, Albertus de Hildesheim, Eleonora puerpera, et alii quos plures. Ab Indict. 6. VIII. Kal. Augusti. Goslar. L. II. ad a. 1188. SS. Simone et Iuda dicta orum, quibus edicto simili fa, et cui subscripserit inter alios nem nulli jurisdictioni tunc e aliud nisi eius, forum agere diploma eodem pertinet, etiam ipis officii sine contentum desat Abbatis. Vnumque Gandersheimensis Aduocatus, hinc ericus Imperator Augustus, a septi, et honorabilis Comiti in nostrae esse aduocatus, si emeret efficaciter. Memna postea diebus una cum praetore ad huius causae ministerialibus sub obtentu lae tenebantur, districto iura, intra Gandersheimense ad antecessoribus suis intelles et fideliter explicarent. Itra, et multorum hominum Aduocatus sine principum, facta, atrocem, in sententiam iudicant. In om forenses homines compitones, nihil ab ecclesia omes ecclesiae, extra curiam. Causa vero non oportet iam ecclesiae bona in huius, Gandersheimense aduocatus aduocati comiti sui in mari urbani, monasterii us ecclesiarum tam infra et in possessionibus ministerialibus colant, nihil iuri in Domina Abbatis edicere mercationi, non ratione publice vero mercatoribus



tuerunt, priuilegia quaedam manu exarata; hisce vero iniunxerunt onus intolerabile, ut scrinium suum et sigillum traderent, ac in posterum dimidiis redditibus contenti forent. Scripta, sigillum et summam reddituum descriptam Vicariis praereptam obtulerunt milites oppidanis nonnullis, qui Vicariis praebere victum attenuatum et scripta sibi reseruarent. Hac ratione redditus multi a nouis illis subaduocatis et fisci procuratoribus deperditi interciderunt et chartae in tabellarium curiae oppidanae magnam partem coniectae sunt, irreparabili in Vicarios damno. Monasterium Gandersheimense habuit minores omnino aduocatos, qualium vnus ministerialibus adnumeratur a. 1188. videlicet *Waltherus aduocatus*, in Diplomate, quod supra de permutato castro *Schiltberg* in medium adtuli.

*cus eiusque mater et Iohannes Brandeburgensis superuenirent, ad dirimendas acies et pacem faciendam. Sed Hessus, qui praelium tantum spectabat et praesentem victoriam sibi pollicebatur, id non suae voluntatis, sed sociorum, esse respondit. Spe pacis abiecta Brunsvicensis propius Northheimum cum turmis aliquot equitum progreditur. Conferitur hic pugna; sed Brunsvicensis, tormentorum vis loco motus, receptum in castra habuit. Rursum acrius urget Mauritus pacem apud Landgrauum, ut scriberet ipse, quas vellet, condiciones, fortassis eam pacem iustam bonamque sibi cum illo fore. Scribit Hessus pacis leges, sed quas crederet eum non accepturum. Interim dum per Eblebum et Comerstatum transmittuntur, nunciatur, Brunsvicensem cum omni exercitu ad montem, qui castris Landgrauis imminabat, occupandum aduentare. Hessus extemplo dato signo cum omnibus copiis, praesidio castris medico relicto, montem innadit et hostem operitur. - Concurritur utrimque cum omnibus copiis Marte diu ancipiti; sed acenarum machinarum, quibus Hessus superabat, iactibus, in fugam pulsus fuit Brunsvicensis.*

## §. III.

## De regibus Germaniae, primis patronis et aduocatis monasterii Gandersheimensis.

Ludolfus et Hathumoda constituerant secum, monasterium Gandersheimense, et prius et posterius translatum, Ludouicis Germaniae regibus in patrocinium supremum tradere. Vtrique immatura, iusta tamen, stetit haec cura. Lugebat moribunda Hathumoda monasterium eo, quod tuitioni regiae nondum esset commendatum. Destinata salubriter Bruno et Otto, Ludolfi heredes et nati, effectui dabant, accedentes ad Ludeuicum Serenissimum regem, in *Francia orientali regnantem*, ut sese vocat, ad finem suum, eique de meliori commendant et tradunt monasterium a patre inchoatum et quotidie augmentis nobilitatum. Ludeuicus ille iunior, seu Saxo, Ludeuici Pii ex Ludeuico Germanico nepos, immunitatem et regiam protectionem monasterio Gandersheimensi a. 877. Francofurti ad Moenum impertitus est ceterorumque omnium Principum et Comitum Germaniae a potestate exemit. Hac ratione sibi suisque successoribus vnice subiecit illud monasterium suoque patrocinio dignatus est, ut merito ipse aduocatus supremus, defensor et conseruator primus Gandersheimensis coenobii dicens sit. Eandem tutelam supremam reges et Imperatores Germaniae in hunc diem Abbatissae et collegio Capituli praestiterunt. Copiosius ea edifferere volupe est, quum infra ex professo de regia et Imperatoria tuitione, bono cum Deo, agam. Alterum momentum clementiae Ludeuici in eo constitit, quod aduocatum certum Gandersheimensi monasterio non praeposuerit, sed eorum constitutionem arbitrio Abbatissae reseruauerit et tradiderit. (a) Eandem libertatem Abbatissae intactam conseruarunt Reges et Imperatores, Ludeuicum iuniorem secuti. (b) Quos autem fauentiores sibi monasterium Gandersheimense adfisceret Aduocatos, quam Ludolfi filios? Qui enim e sanguine et stirpe Ludolfi erant geniti Principes; et beneuolentia in hocce monasterium

(a) Ludouicus iunior Rex in Diplomate a. 877. *Homines illius Abbatissae, siue liberi sint, seu serui, nulla iudicialia coerceantur potestate, sed in praesentia eiusdem Abbatissae ADVOCATI et eorum rectitudinem adquirant et caeterorum perficiant.*

(b) Verba illa Ludouici distincte et totidem syllabis repetit Otto primus seu Magnus, Imperator postea, tum Rex Germaniae, in Diplomate IV. Non. Maji. 946. in *Werlahum* dato. Otto secundus in diplomate, Tornburgi anno 980. dato, Abbatissae venerabili Gerbirgi *urbales bannos in Seburg et Grene* ita tradit et confert, ut eos ipsa cum succedentibus sibi Abbatissis *sub suo iure perpetim teneat, nec ullus deinceps Comes vel Aduocatus aut alia quaelibet persona sine voto et iussu super eosdem bannos potestatem aliquo modo habere tentet.* Idem Otto, quum Gandersheimii esset a. 990. II. Non. Aug. Abbatissae eidem eique successuris prouidit de mercatu, monetarum faciundarum iure et telonio, addens: *Nulla persona iudicialia, parua seu magna, deinceps in oppido Gandersheim aliquod ius exercendi ullam potestatem habeat, nisi praesens et eius futurae sublocutrices Abbatissae, et is, quem ipsae ad hoc opus et ministerium elegerint et constituerint ADVOCATVM.*

um et benignitate in id ipsum immortale sibi perpererant laudum decus et ornamentum. Filiae eorum principes et cognatae affinesue heic educabantur, sacris litteris et latinis imbuebantur, et negotiis tanto fastigio dignis adfuefiebant. Quum autem Henricus Auceps eiusque successores, Augusti, populos maximos regerent, opus erat Abbatissae et collegio sacro, aduocatos legere propiores eosque minus distentos occupationibus maximis atque per varias terras et Romam ipsam patentibus. Erant in propinquo Comites Wincenburghenses, Northeimenses, Woldenborgenses, Woltingerodani, Sommerschenburghenses et ad Rhenum Comites Palatini. Thuringica curare poterant Comites Wincenburghenses, quibus ibi praedia et opimi erant fundi. Episcopus Halberstadensis videtur adiecta sibi curasse vel per se vel per suos. Imprimis ille error sedulo euitandus est, cui videtur plurimum reuerendus LEVCKFELDIUS implicatus fuisse, ne putemus, aduocato semper vno gauisam esse Ecclesiam Gandersheimensem, qualis primo e gente Wincenburgica fuerit adlectus, quam extinctam in defensione nostrorum suscipienda exceperint Comites Woldenbergenses. Idem cum multis aliis existimat, Comites hosce abiisse in profapias Woltingerodensem et Woldensteinensem, ita vt ex radice vna germen tripartitum effluerit. A quoquam tamen id luculenter fuisse ostensum, nego. Miror simul, a Leuckfeldio omitti aduocatos ex Comitibus Palatinis Sommerschenburghensibus, omitti aduocatum Episcoporum Hildesensium in monasterium Gandersheimense, omitti comites et Duces Northeimenses. Fit etiam mentio ad a. 1027. CHRISTIANI Comitis, qui Aduocatus fuerit ecclesiae Gandersheimensis. (c) Exstiterunt fortassis et Aduocati Ganderheimensis collegii sacri ex aliis domibus, quae notitiam meam quoque effugerunt, licet pro virili latebras omnes & ineditorum et editorum monumentorum perreperim. Ne quis autem huius rei tractationem a Ludolfi institutis alienam putet, redeundum est in memoriam Abbatissae primae Hathumodae. Haec enim tuitionem regiam, et quae cum ea erant copulata, anxie expetiit suumque desiderium adstantibus sibi, in lecto mortifero defixae, exposuit copiose. Ludolfus igitur e re monasterii a sese conditi esse ratus, vindicare et seruare illud in libertate, natalibus suis officioque amplissimo digna, indubie eam cupiditatem Hathumodae instillauit. Nam vt ipse solius regis erat obnoxius supremae potestati atque ditioni, ita lectissimos liberos, principes ex sese natos, omnino eiusdem esse fortunae concupiuit. Otto et Bruno, filii, voluntatem Patris vtique venerati sunt, tantum abest, vt ei aduersa fuerint moliti, quum monasterio a Patre et sese constructo immunitatem regiam et imperialem petierunt atque felicissimis auspiciis obtinuerunt.

ant onus intolerabile,  
reditibus contenti fo-  
is praereptam obtule-  
attenuatum et scripta  
ocatis et fisci procura-  
oppidanæ magnam  
rium Gandersheimen-  
adnumeratur a. 1188.  
nutato castro Schilbers

at acie et pacem facendam,  
allicebatur, id non sine ro-  
ppio Northeimam cum tur-  
li, tormentorum vi suo mo-  
quod Landgrauum, vt scribe-  
fili cum illa fore, scribit Hyl-  
per Ebleham et Conserham  
on, qui copias Landgrauum  
lar copias, praefatus castro  
cam omnibus copis Man-  
thaus, in fugam pulsus fu-

vri Ganders-

Gandersheimense, et  
atrocium supremum  
gebat moribunda Ha-  
mmendatum. Desti-  
dabant, accedentes ad  
vti sese vocat, ad finem  
a patre inchoatum  
o, Ludouici III ex Lub-  
m monasterio Ganders-  
orumque omnium Prin-  
ne sibi suisque successi-  
tus est, vt merito ipse  
rimensis coenobii dice-  
ermaniae in hunc die-  
terere volupe est, qui  
Deo, agam. Alterum  
um certum Gandershei-  
arbitrio Abbatissae  
ctam conseruarunt  
em fauentiores sibi  
dolfi filios? Qui eni-  
tia in hocce monaste-

sine liberi sint, seu seu, vt  
ADVOCATI et eorum

Magnum, Imperator potius  
dato. Otto secundus in b-  
hales hancor in Schong et Gen-  
no iure perpetuum tenet, vt  
et missu super eisdem hanc  
ii esset a. 990. II. Not. de  
standarum iure et telonio, in  
Gandersheim aliquandiu  
Abbatissae, et vt, quem sic

(c) CHRONICON HILDESHEIMENSE T. I, Leibnit, p. 744. Idem Episcopus Thitmarus primo suae ordinationis anno, SOPHIA Gandersheimensi Abbatissa defuncta, et Adelheida sorore sua ei subrogata, quando eam iussu Regis in eandem Ecclesiam introduxit ante altare - et decimas, quas antecessores sui ibidem beneficii gratia praefiterant, banns sui auctoritate repetiuit et eandem CHRISTIANO, Comite, eiusdem Ecclesiae ADVOCATO reddente recepit. Quis ille Christianus? SIFRIDVS Episcopus Hildesensis posthaec ipse fatetur, decimarum illam petitionem fuisse iniustam, eique renuntiat.

§. IV.

De Aduocatis, quos medio saeculo undecimo Beatrix Abbatissa adsciuit.

Quum Sophia Abbatissa, Imperatoris Ottonis secundi filia a. 1038. fato suo functa, diem obiret supremum, eique succederet Adelheida, quae ex Mathilda, eiusdem Ottonis filia, erat procreata, Aduocatum iam habuit Monasterium Imperiale Gandersheimense, Christianum puta, cuius paullo ante mentionem fecimus. Quae autem Adelheidae successit BEATRIX, non beabat, sed pauperabat allodia (a) Ecclesiae. Sorores igitur collegiatae in tristitiam, et fastidium ipsius, inciderunt. Nam ipsa unico Advocato minus contenta, oppleuit omnia militibus, seu Equitibus generosis, circumquaque habitantibus. Quidquid enim in vicinia habitabat hominum generosiorum, inhiabat et im-

(a) Allodia voco bona dotalia ecclesiae, pro more et veritate filii aetatis illius. Exempla suppeditat Illustris BYRCARDVS GOTTHELF STRVVIUS in annotationibus ad Magnum Chronicon Belgicum p. 104. To. III. Ristorii.



imminebat fundis Ecclesiasticis monasterii Gandensiensis. Imperatores regesque Germanici, ex gente Franciae orientalis ad solium dominatus supremi euecti disiunctiores erant et animo & loco. Disciplina apud nostros cum Sophia labem et damnum fecerat. Inde auctoritas monasterio in dies minor, et tutela Imperialis negligentior. Exincti erant conditores et fautores Gandersheimii, mortuo Henrico II. Imperatore, extremo Principe e mascula Ludolfi stirpe. Persentiebant hanc monasterii imbecillitatem equites militesque, qui circa fundos ecclesiae Gandersheimensis possidebant patrimonialia et feuda, qui nunc *Nobiles* et *Barones* vocantur. Conspirabant igitur quasi vno animo et ore, et suas praediis monasterii nostri, quae dudum oculis deuorauerant, opes locupletare ac insigniter augere moliebantur. Abbatissa, prensationum tantarum et permittae violentiae tandem impatiens, reputansque secum, quod ultra mortem nec sibi nec suis ipsa quidquam ex ecclesiae patrimonio speraret, bona multa equitibus generosis per modum feudi contulit. Hisce autem mandatum simul erat, vt diebus sollempnibus ministrarent Abbatissae. Quod ministerium quum esset gratis praestandum, copiosi adfluebant et aduolabant illi, qui erant numerus et fruges consumere nati. Milites famulis suis stipatoribusque septi abliguriebant et ingurgitabant opipare opes Ecclesiae in mercedem sui ministerii, et vbiq; vestigia inopiae relinquebant monasterio impressa. Delectabatur inter haec Abbatissa ornamento imaginario et aulico, quod sibi per conspectum et pompam clientum exhiberi et conciliari credebat, clientum, inquam, qui foris praedia ecclesiae ad sese trahebant, et domi alienae in aede Abbatissae pascebant gulam. Fieri vix poterat, quin collegio monasterii imperialis reliquo mores illi displicerent. Quocirca hoc ipsum ad *AGNESAM*, Henrici III. Imperatoris augustissimam coniugem, querelas suas deferebat, quae, ne quid detrimenti monasterio et fama Abbatissae acciperet, Leonem IX. Pontificem Romanum de dissensionibus illis certiolem faciebat, eo quidem fine, vt easdem et cognosceret et dirimeret. Fuisset omnino Imperatoris, cognitionem causae huius suscipere et auctoritatem suam interponere. Sed fata sic ferebant, vt in exornanda Papae Romani potentia feminae inprimis coelos sibi apertos et paratos esse arbitrarentur. Ecquid tandem? Leo IX. Pontifex Romanus delegabat Monachum *Hildebrandum* ad monasterium Gandersheimense, id exquirendi causa, quod sinistris rumoribus de Abbatissa in maius erat disseminatum. Quid Hildebrandus ille, qui posthaec ipse solium Papale conscendit, egerit et perfecit in causa sibi demandata, memoriae proditum non reperio. Abbatissa vero non admodum auida erat extrahendae et Romam deuoluendae controuersiae. Proficiscebatur potius ad Henricum Imperatorem ipsum, non vt aduocatorum gregi in posterum pascendo patrocinareretur, sed vt haberet solidam quamdam rationem in promptu, qua questibus et obtestationibus collegii sui sacri maderetur et bolos inuolantibus aduocatorum turmis e faucibus eriperet. Si, hisce militibus et aduocatis praesidio esse, in animum induxisset suum, non confugisset ad Imperatorem, summum aduocatorum iudicem nec tam vtilem collegio suo legem expressisset, praecipue ab eo, qui mansuetus erat, leuique brachio Abbatissam aduersus iustissimas etiam accusationes collegii defendere poterat. Imperator autem edixit, vt milites isti, nisi proscriptionem imperialem incurrere vellent, redderent collegio bona, in beneficium clientelae accepta, et Abbatissa ipsa, nisi restituendis praediis inuigilaret, dignitate sua sacra excideret. Hoc pacto Abbatissa ratione speciosa clientes exuere beneficiis collatis poterat rebusque ecclesiae sibi demandatae in posterum salubrius consulere. Inuidia clientum ita ab Abbatissa transferebatur, et in potentiolem recidebat, quem clientes illi illudere et infestare haud audebant. Quum porro soror eius Abbatissae ad plures abeunti et vita defunctae succederet Adelheidis secunda, malum recrudescere et aduocati denuo beneficia spectabant et ex parte extorquebant, quod Agneta prima, huic succedens, adeo impedire non poterat, vt milites illi desideria sua potius accenderent et maiora in dies beneficia concupiscerent. Exarsit ab integro dolor et querela sororibus Deo sacratis et ministris sacris, (b) quae ne quidem post multos annos solide sopiri potuit.

§. V.

(b) Quae deducta sunt fusiori recensione, nituntur litteris, quas querelarum loco Capitulum Gandersheimense ad Paschalem II. Pontificem Romanum referendas curauit. Eas haec exhibeo, sic habentes:

tes: Summo Pontifici Christianorum pufillus græx Gandersheimensis assiduus excubias precum. Locus noster cum omnibus appendiciis suis apostolicæ sedis, et sancti Petri et vestro domino et omnium vestrorum successorum subiectus est, sub tempore Iohannis Papæ, astantibus Imperatoribus Ottone et filio suo, serenissimis Imperatoribus augustis humiliter rogantibus apostolicam paternitatem coram Archiepiscopi et aliis Episcopis videlicet Italicis et Ultramontanis numero XXX, et VI. Quatenus præfatum monasterium Gandersheim, quod constat tuæ subesse filiationis regimini ad honorem sanctorum confessorum Christi Innocentii et Anastasii patronorum nostrorum rogantibus, ut apostolica auctoritate et iure apostolicæ sedis in perpetuum susciperent patrocinium, ut non amplius ullus homo haberet potestatem inde aliquid accipere, nisi Advocatus, quem Abbatisa eligeret, excepto Romano Imperatore, quando itineris indigeret hospitio. Hanc libertatem habuit iste locus usque ad tempus Henrici \* nouiter defuncti, cum soror ipsius BEATRIX constituta est nobis Abbatisa. Ipsa in primis constituit militem in Abacia, et dedit illius ecclesiæ bona in beneficium, unde nos sustentari victu et vestimento debuimus: Inde, Domine, querimoniam fecimus Imperatrici Agne, quod ipsa per nuncium suum statim demandauit conquerendo beato Leoni Papæ. Ipse autem per regiam legationem clementer accipiens nostræ congregationis querimoniam et lamentationem cito misit legatum suum ad nos imbecilles scilicet Hildebrandum \*\* monachum, qui - effectus est Apostolicus. Quid mora? - statim venit et Abbatisa ante Regem et ante Imperatricem Agnam matrem ipsius Regis et ante principes terræ percipiens ibi querimoniam totius congregationis. Percepta autem causa, ex utraque parte diiudicatum est, ut milites illi, qui acceperant in beneficium, unde deberet dari præbenda sororibus, aut ipsi redderent, aut ipsi milites excommunicarentur, et insuper ipsa Beatrix Abbatiam amitteret. Quia causa ita definita nos et nostri fuimus securi ab omnibus militibus, potius dicendis raptoribus, usque ad obitum ipsius Beatrix. Post obitum autem eius soror eius (Adelheidis II.) successit in eundem locum, quæ sterum militibus suis multum erogauit. Illa autem suprema morte subiacente, successit ultra eiusdem nominis, quæ gratia in tantum dampni adimpleuit. Post autem istam successit quarta, quæ ita sicut prior dispensauit alia multa in militibus et in alia vanitate. Unde, Domine, primamur per totum annum brebenda et vestimentis, insuper etiam, Domine, siluæ nostræ et nemora vendita sunt mercatoribus, unde ipsi aes et argentum thesaurizant; nos autem in refectorio et in dormitorio, et in omnibus officiis nostris pluuiam et alia nocentia patimur; Patroni autem nostri (postea dicti Canonici et sacculo XIII. in gremium Capituli simul adiuuanti) et Clerici in tribus monasteriis et in aliis capellis ruinam et grandinem et pluuiam patiuuntur. Inde, Domine, ad quid nobis refugium, nisi ad Caput? Domine, miseriam nostram attendite, duces, comites et alios milites hæc possidentes gladio spirituali confringite et inde literas vestras imprimis Regi nostro et Moguntino Episcopo atque Magdeburgensi Episcopo, et Halberstadensi Episcopo et Hildesheimensi Episcopo, sub quorum parochia hæc omnia sacent, dignetur apostolica autoritas dirigere.

\* Henricus hic fuit Beatrixis patruus, Comes de Gleichen et Reinhausen, uti in §. V. docebitur.

\*\* Memorabile est, infamem illum Papam olim visitasse Gandersiam.

§. V.

De Comitibus Wincenburgicis, e quibus nonnulli fuerunt Aduocati ecclesiæ et ditionis Gandersheimensis.

Gauisa est vetustissima gens Saxonica Adelingis suis, quos heroica maiorum facta, generis vetustas et præpotens herediorum possessio commendabat. Hisce ad numero familiam Comitum Wincenburgensium. Nam quod Reinhardus Reinehusensis Abbas (a) a Bauaro Principe, cui Machtildis Comes de Gleichen et Reinhausen nupserat, deducit originem Wincenburgi et Comitum Wincenburgensium, id nude et citra respectum ad exilium prius et secesum in Bauariam intelligendum non est. Dabo primo tabulam Lezneri a Celeb. HEINECCIO emendatam, et deinceps Behrensianam.

Genea-

(a) REINHARDVS Reinehusensis Abbas de familia Reinhardi Episcopi Halberstadensis To. I. Leibnit, p. 703. Henricus genuit Meinhardum, et Piligrimum, et Elicam et Adilheid Abbatisas. Mathild vero nupsit cuidam Bauaro Principi et genuit Hermannum de Wincenburgh. Hic quia patre Bauarus fuit, domus suæ, quam exstruxit, nomen de se inuidit. Suspicio oboritur lectori de Lezneriana tabula. Videtur enim senioris Hermannii pater Bauarus fuisse et per vxorem obtinuisse Wincenburgum.

in loco Capitulum Gandersheimense  
Eas hæc exhibeo, sic habet

## Genealogia Comitum Wincenburgenfium, cui a me nonnulla recentiora sunt addita.

CVNO

Richardus  
fit Christianus a. 755.  
Vx. ex Francica nobilitate

Bardo Caroli M. in aula educatus interfuit obsidioni Brunsbergi et comitatum Wincenburgenfem recipit a. 779.  
Vx. Richardis e nobilitate Francorum.

Riddagus I. fundator monasterii Lamspringenfis, Vx. Himilda	Hermannus I. † improlis	Riddagus II. Conj. Adela de Freden	Cuno II. Adolphus Idda nupfit Alberto Catelburgenfi
Ricburgis prima Abbatiffa Lamspringenfis.		Meinfriedus † 899. Conj. Becca de Woldenb.	

Hinricus I. interfuit praelio Martisburg. et torneamentis Magdeburg. 937. Vx. N. de Wunstorff	Paterna Vx. Hermanni C. de Northeim
---	--

Dietericus I. † 987. Conj. Adela de Wunstorff

Wipertus Hermannus III. † 1039. improlis.	Dietericus II. Henricus II. vx. Mathilda de Gleichen	Hermannus II. in fl. Leina submersus a. 1001.
---	--	--

Dietericus III. occidit Henrici IV. Imp. legatum 1088. secessit in Bauariam.  
Vx. C. Machtildis foror Vtonis Ep. Hild.

Hermannus IV. † 1123. Chron. Stederburg.

Mechtilda nupfit Wilhelmo de Dassel 1147.	Conradus † 1112. Alfeldae	Wipertus † 1112. Alfeldae	Vlricus 1150.	Theodoricus IV. Episc. Monaster. † 1107.	Ludolfus. 1116.	Henricus † 1127.	HERMANNUS V. † 1152. Vx. Lucardis de Stade, vidua Erici R. Daniae, ante diuulfadiortio a Frid. Somerschenburgenfi.
Otto † 1187. C. de Aslo. vx. Salome	Cuno III. † ante patrem vxor Mathilda de Leuchtringen	Sophia vx. Botmani Comitis in Himstede.	Henricus de Aslo 1142. 1143. 1171.	Hermannus 1142. 1143. 1144.	Hermannus V. 1188. falso.	N. Vxor Magni Burzii Regis Daniae	Hedwigis Canoniffa in Gandersheim a. 1188. Hæc referenda est ad Hermannum C. Woldenb. Sub-
Filia N. quæ cum matre vendidit hereditatem suam Adelogo Episcopo 23. Hildesienfi.	Mathilda posthuma educata in coenobio Lamspringenfi, nupfit 1149. equiti Anna in coenobio Lamspring. educata vx. Ludolfi C. de Plesse 1178.	FREDERVNDA Vxor Hermanni Com. in Woldenberg, post Abbatiffa Gandersh.	HADEWIGA Canoniffa Gandersh. 1188.	N. Vxor Henrici Comitis de Svarzburg	N. Vxor Magni Burzii Regis Daniae		

Subiungo aliam de hisce Comitibus, quae in extremis ramis et radicibus priori respondet, in medio autem paullulum discrepat. Communicavit illam mecum vir historiae Germanicae peritissimus Doctor *CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS*, cuius industriam merito praedicant Leibnitiu, Leuckfeldiu, Heinecciu et alii. En illam: \*

Burchardus, filius Cunonis, in bello contra Pipinum Francum  
|  
captivus in Galliam ducitur.  
Bardo, redux cum Carolo M. in Saxoniam, habitavit in  
Winzenburg.

Riddagus fundator col- legii Lam- spring. Vx. Imhildis.   Ricburgis, pri- ma Abbatisa in Lamspring.	Cuno		
	Hermannus I.	Adolphus	Riddagus II. Vxor Adela de Freden
		Meinfridus natus 899. Vx. Begga de Wol- denberg	Henricus I. in- terruit praelio ad Merseburg 937. Vxor Bela de Wunstorp.
	Wibrecht I.   Hermannus III, † 1059.	Hermannus II. † 1001. suffoca- tus in Leina.	Diderich   Henricus II. Vx. Mathilda C. de Gleichen & Reinhausen   Dietericus II. iracundus   Hermannus IV. Vx. Bertha de Welpo
	Wibrecht II. Comes Palatinus in Altstat † 1112.	Diderich Episc. Monaster. electus a. 1116.	Henricus III. † 1127. inter- fectus. Inter- fuit tornea- mento Got- tingensi a. 1109.   Cuno III. Vxor Mathilda ex Beichlingen
		Hermannus V. Comes Palatinus Saxoniae occisus 1153 Vx. Luid- garda vidua regis Danorum	

\* In hac Genealogia Comitum Wincenburgerum certatim defudarunt *MEIBOMIVS* ad Chron. Marienthal. p. 256. et in Notis ad *LERBECCII* Chronicon Schawenburg. p. 529. *IOANNES LEZNERVS* L. III. c. 3. Chronici Hildesienfis MSti, quod D. A. B. emendavit et insigniter locupletatum a. 1662, ad finem perduxit, *HEINECCIUS* in Antiqq. Goslar. L. II. p. 129, sq.

Comites Wincenburgerici certarunt olim antiquitate cum ipso Ludolfi nostri gene-  
re. *RIDDAGVS* Comes memoratur cum coniuge Imhilde condidisse coenobium Lam-  
springae, eique praefecisse unicam heredem Ricburgam, Abbatisam primam. Con-  
firmasse illud institutum et Episcopum Hildesiensem *Altfredum* et Ludouicum iuniorem,  
M m Ger

ATORIBVS  
me nonnulla  
Brunsbergi et  
Cuno II.  
Adolphus  
Idda uxoris  
Alberto Catel-  
burgenfi  
Becca de Woldenb.  
Paterna  
Vx. Hermanni  
C. de Northeim  
Adela de Wunstorp  
Hermannus II.  
in fl. Leina (sub-  
mersus a. 1001.  
1088, secessit in Bauaria  
Vtonis Ep. Hild.  
Chron. Stederburg.  
Hein- HERMAN-  
ri- NVS V.  
cus † 1112  
† 1127 Vx. Lucia  
de Stadel-  
Herman-  
nus 1142. dua Eri-  
1143. 1144. Daniae, a  
diuulfu  
Herman-  
nus V. tio a  
188. falso. Sofneric  
burgens.  
N. Vxor Heitwig  
Magni Canonicus  
Burzii in Gandersheim  
Regis a. 1118  
Daniae Hae re-  
renda et  
ad Hermannum  
C. Woldenb.  
S.

Germaniae regem, patet (b) ex chartis et membranis, quae ostendit et adseruat coenobium Lamspringense. Id tamen memoria videtur dignum in documentis illius institutionis in litteras relatis, Riddagum dici *Comitem*, ibique vocem *Winzenburg* haud esse obuiam. Vicinum Lamspringae, a scaturigine *Lamme* amnis sic dictae, castellum olim

(b) Alfridi confirmatio, qua approbat et munit erectum in Lamspringa coenobium:

In nomine Patris et filii et spiritus sancti. *ALFRIDVS*, Dei gratia sanctae Hildesemensis Ecclesiae qualiscunque dictus Episcopus, vniuersitati fidelium tam praesentium quam futurorum. Quoniam diuinae Bonitatis inestimabilis clementia vsquequaque nostra perornare dignata est tempora, per sanctae religionis grata sibi studia, per bonae conuersationis Monasteria recenter instructa, nostri et officii sacerdotalis, toto mentis affectu omnique deuotionis instantia nostrae mortalitatis tempore vigilanter operam dare, vt manu superni Cultoris plantata iamque flores parturiens vinea laudabilium profectuum, et bonorum fructuum quotidiana ferre non cesset incrementa, inter alia itaque diuinae seruitutis loca venerabilia, nostris etiam diebus, nostris etiam in terminis Domino auctore fundata est in loco, *LAMSPRING* nuncupato, ancillarum Christi Monasterium venerabile in honorem Dei omnipotentis et beatae Mariae semper Virginis ad singulare praesidium Sancti Adriani gloriosi Martyris, a *STRENVISSIMO PRINCIPE RIDDAGO COMITE* ac fidelissima eius coniuge *HIMHILDA* pia deuotione constructum, ac dotis nomine, in desponsione Domino dilectae virginis *RICKBYRGIS*, *VNICI PIGNORIS FILLAE*, iustis et *LIBERIS HEREDITARIIS IVRIS POSSESIONIBUS* rationabiliter dotatum, quod secundum seculi dignitatem Regni municipatu fauorabiliter extollere, vel omnimodis emancipatum *IVRIS PROPRII LIBERTATE* auctorabiliter manumittere potuissent, hoc potius *PRO REMEDIO ANIMARVM SVARVM* et pro gloria coelestium bonorum Regum Regis Christi Domini et Reginae coelestis tutissimae donationi, Ecclesiae videlicet Hildesemensis fidelissimae *TVTITIONI* assignantes fideliter suum depositum commendauerunt, itaque, vt in eodem loco famulantes Domino liberam, Episcopi sui consilio, habeant electionem, liberam quoque omniu disponendorum, sicut oportet, facultatem. Et quoniam eadem Lamspringensis Ecclesia deuotione voluntaria nostrae matris ecclesiae facta est fidelis filia, pro vera et perpetuali vtriusque recognitione confirmanda licentia Dei omnipotentis, ex largitate Beatae Mariae Virginis Matris, consensu cleri nostri et vniuersae familiae sub testimonio totius Ecclesiae nostrae in Christo congregatae de manu nostra in bona voluntate et cum hilaritate decimas aliquas villis earum adiacentibus et opportunas eidem stabiliter concedimus, quatenus usque in finem seculi, cooperante gloria Dei, die noctuque deuota ibi exhibentur obsequia pro nobis et sancta vniuersali Ecclesia. Sed ne in posterum vacillet aliqua occasione seu machinatione huius doni largitio, loco decimarum, quas tradidimus, Lamspringensium praedia quaedam praecipua nobiliter exstructa, vtiliter excolta, nostrae Ciuitati contigua, nostris etiam vsibus magis proficua immobiliter recipimus. Similiter et in *VILLA ODENHUSEN* eis attinentia et Foloberti omnem possessionem, quae ampla erat, iuri nostro et ditioni libere adiecimus. Hanc itaque mutuum traditionem et vicariam cambitionem pacto firmo statuimus, banno legitimo roboramus, praecipiendo mandantes, vt vsquequaque rata permanent. Si autem in futuro, quod absit, contra iustitiam Dei et legem Christianam cassari contigerit, iam dictae possessiones agrorum ac praediorum cum omnibus aediis et culturis atque appendiciis suis, ad primitiuam donationem ab integro absque contradictione ac sine procrastinatione in bona pace redeant, omnem autem successorem meum fideliter in Domino monco et rogo ac obtestor, vt memor sortis propriae, memor misericordiarum et iudiciorum Dei, nullum in his patiatur scrupulum offensionis obortiri, ne aliquatenus Ecclesiasticae derogetur auctoritati, quia procul dubio magno maledicto et vindictae grauis irae subiacebit, qui pactum Dei viuientis irritum faciens, verbum Dei conculcauerit. Praeterea constituimus et in Christo Iesu Domino nostro sub interminatione venturi Numinis praecipimus, vt *EIDEM SANCTI ADRIANI MONASTERIO* et congregationi ac familiae in omni negotio de omni ratione sit pax firma, securitas perpetua, et ne praesumat aliquis atterere locum, vel grauare per iniustitiam aut violentiam seu rapinam, neque in aliquibus rebus possessis alicuius molestiae discrimen inferre moliat, quolibet ingenio et quacunque occasione, scilicet in delineationibus a nobis contractis, in ceteris omnibus possessionibus suis, in agris, in pratis, in villis, in syluis, in aquis, in molendinis, in viis, in mancipiis, in mobilibus et immobilibus, in omni re ibi attinente foris atque intus legitimam quoque ac liberam semper idoneae personae habeant electionem, secundum Dei timorem et honorem, omnemque reliquam institutionem agant, secundum sanctae obseruantiae tenorem. Summopere vero prae omnibus hoc singulari mandato statuimus, ut sancta ibi iugiter vigeat cum humili subiectione claustralis obedientia, et per omnia diligenter obseruetur spiritualis disciplina, vt quae omni exterioris occupationis et seruitii temporalis impedimento sunt, absolutae in Domini Dei omnipotentis famulatu, in casta et religiosa conuersatione studeant, omnimodis esse deuotae, nec in vacuum gratiam Dei recipientes, vel noxiae felicitati tradentes, sed in omnibus semetipsas vt veras Dei Ancillas, et castissimas filias exhibentes, sanctum nomen Domini veri et immortalis sponsi nec in se blasphemari, sed magis benedici et glorificari pio studio et continua deuotione contendentes, vt cum nomen Domini per acuum benedicatur, ipsae a Domino benedictionem hereditare mereantur. Si quis autem successor meus vel quisquam alius hanc nostram ex diuina compensatione constitutionem irritam fecerit, vel aliquid harum usurpauerit, vel si quis alter post alterum in iniustitia detinuerit, nec conuersus ab errore suo ad integrum omnia detinuerit, et digna satisfactione iudicio Ecclesiae ab incolis loci placationem recipere meruerit, huic comminationi subiaceat. Auctoritate omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac nostri Sacerdotalis officii sit abscessus de corpore sanctae Matris Ecclesiae, sit segregatus a coelo, sit exterminatus de terra viuentium, sit traditus Sathanae in interitum, et manifesta

vltio

ATORIBVS

tendit et adseruat eor  
documentis illius in  
Wincenburg haud es  
sic dictae, castellum  
olim

denobium:

sanctae Hildesemensis Eccl  
um quam suorum. Quo  
rorare digna est temp  
teria recenter instrua, no  
unia nostrae moralitati tra  
e flores patrum vinea in  
circumena, inter alia itaq  
in terminis Domino auctore  
ueterum venerabile in ho  
praebitum Sancti Adriani glo  
chidissima eius coniuge HIL  
one Domino edevae vvere  
EDITARIU POSSESSIO  
Regni municipia suocib  
TE auctoritate mramin  
ro gloria coelorum bono  
ni, Ecclesiae videlicet Hillo  
commendauerunt, itaque  
eant electionem, liberam qu  
eodem Lamspingensis Epi  
pro vera et perpetua vni  
Beatae Mariae Virginis Mo  
Ecclesiae nostrae in Chri  
tas aliquas villas earum ad  
finem seculi, cooperante gi  
ntra vniuersali Ecclesia. Se  
largito, loco decimarum  
et exiuita, vtiliter exalta  
iter recipimus. Similiter et  
que ampla erat, tui nob  
nam cambitionem pacto fir  
aqueque rara perman  
anam callari congerit, a  
e cultum neque appendici  
e procuratore in bono  
suo et rogo ac obsequio, v  
sulum in his paratur scrip  
ti, qua prout dabo magis  
terum faciem, verbum Deo  
sub interminatione vs  
et congregationi ac fuit  
et ne praefumar aliquis au  
neque in aliquibus rebu  
et quacunque occasione,  
ibus suis, in agris, in pr  
mobilibus et immobilib  
semper idoneae person  
reliquam institutionem  
ibus hoc singulari man  
obediencia, et per omni  
upationis et seruitiu  
in casta et religiosa com  
recipientes, vel noxia  
et callidissimas filias edim  
mari, sed magis benedictio  
en Domini per acuum bene  
i autem successor mea v  
nitam fecerit, vel aliquid  
conuersus ab errore suo ad  
nolis loci placationem  
Dei et Beatorum Apostolorum  
rae Matris Ecclesiae, de leg  
uae in internum, et magis


MONASTERII LIBERI GANDERSHEIMENSIS.

olim dicebatur *Oblenburg*, quod fuit positum inter arcis *Wincenburg* rudera et *Hornsen* in monte edito. Tractus siluae adiacens vetustum nomen in hanc diem retinuit. *Wincenburg* aedificatum est in colle ad eorum australem proximo ab *Hermann*o, quem genuerat *Dietericus* ex *Machtilde*, *Thuringica* Comite de *Gleichen*. Nomen castro inditum est ad exemplum nominis castelli cuiusdam *Bauarici*, quod Comes *Hermannus*

vlto diuina hic in praesenti tangat eum, vt sit omnibus in parabolam et opprobrium et in exemplum. Et vt firmum semper ac ratum hoc Domini maneat testamentum, propria manu sigillo nostro signamus in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, vt funiculus iste Sanctae Trinitatis, qui nunquam rumpitur, nulla vnquam ratione dissoluitur, quem, quicumque infelix dissoluere contenderit, rudentibus inferri ad supplicia aeterna sine remedio pertrahatur. Acta sunt haec Dominicae incarnationis Anno Octingentesimo septuagesimo secundo, Indictione quinta, Kal. Nouembris in Die solennitatis et lactucae nostrae consecrationis videlicet nouae Basilicae Principalis Ecclesiae Sanctae Dei genitricis Mariae, quam Deo auctore a fundamento ereximus, praesentibus venerabilibus Episcopis et nobiscum omnem actionem confirmantibus, *REMPERTO*, *THEODERICO*, *LYTTARDO*, adstante religioso Abbate *ADALGARIO*, coram multis fidelibus clericis, monachis, laicis, Sub testimonio Christi et totius Ecclesiae in Trinitatis nomine feliciter. Amen.

*PRIVILEGIUM* et documentum tuitionis regiae Ludouici, Regis Germaniae, qui haec *Romanorum rex* dicitur:

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. *HLVDO WICVS*, Dei fauente clementia Romanorum Rex (aduocatus potius.) Si petitionibus seruorum et ancillarum Dei iustis et rationabilibus diuini cultus amore fauemus, superna nos muneris gratia non diffidimus. Ideo notum facimus tam praesentibus aevi quam futuris vniuersis fidelibus, *MONASTERIUM ANCILLARVM DEI*, quod in loco, qui *LAMSPRING* dicitur, situm est, prudenti fundatoris instantia obtinente, fideliter nos in nostram regalem tuitionem et mundibardium suscepisse, quatenus in vigore sanctae religionis omnipotenti Deo ibi famulantes feminae secunda deuotione beatae contemplationi valeant operam dare. Hoc etenim Monasterium *ILLVSTRISSIMVS PRINCEPS* et per omnia nobis ac regno fidelis *RIDDAGVS COMES*, eiusque sapientissima Coniux *IMHILDIS* nomine, consilio diuae memoriae Domini *SERGII* Papae et nostro consensu Domino Deo vniuersorum, perpetuaeque Virgini Beatae Mariae in honores preciosi *MARTYRIS ADRIANI* de patrimoniorum suorum iustis possessionibus pia deuotione construxerunt, et ob irrefragabile stabilimentum omnium rerum suarum, quas immobiliter ibi contulerunt, Deo dilectam filiam suam *RICKBVRGAM*, quam meritis eiusdem gloriosi Martyris *VNICO PIGNORE SOLAM HEREDEM* habere meruerant, Domino ibidem virginem sacram deuouerunt, *PRIMAM* quoque loci *ABBATISSAM* fieri sanxerunt, ob conciliandum vero munimenti fidele patrocinium et opportunum in posteros praedicti ac securitatis per omnia beneficium ad principalem sanctae Hildesemensis Ecclesiae sedem, in beatae Mariae semper Virginis tutissimam protectionem eundem locum simul cum suis omnibus oblatione solenni spe futurorum honorum transtulerunt, eo scilicet pacto, vt sine praedictio aut impedimento *EPISCOPI SPT* consultu et assensu benigno earundem ancillarum Christi congregatio personae sibi competentis, in Domino liberam electionem semper habeant, atque sub eius paterna defensione sua omnia firma quiete et inconcussa stabilitate perhenni pace possideant, ad testimonium huius fidelissimae actionis ad indicium veritatis et monumentum pietatis tradendum posteris Dominus *Alfridus Hildesemensis* praeful venerabilis communi consensu congregationis suae in beneplacito totius ecclesiae suae pro augmento Seruitutis diuinae de manu sua eidem loco decimas aliquas banni sui auctoritate firmando contradidit, pro quibus tamen vice aeterna, vt in pace bonavtrobique sapienter suauiterque disponerentur omnia, de Dote illius Ecclesiae praecipua quaedam *Foloberti* constirpationem recepit (*Wolperode*.) Nihilominus et hoc inuolabiliter sancitum est ac sacramento firmatum est, vt, si quando, machinante Diabolo, malignitate prauorum hominum temerari contingat hanc pontificalis Domi concessionem, illa etiam ex integro ad dictae Ecclesiae suae, cuius dos erant, primariam redeant possessionem cum omnibus aedificiis suis et culturis, immobilibus ergo firmitatis gratia regalis nostrae auctoritatis iusta super haec damus praeecepta, quae omnimodis esse volumus inuolabilia, consensus namque cunctorum Regni procerum statuendo firmamus, praecipiendo mandamus, quatenus ex hoc et per omnes futurorum temporum successiones inuariabilis maneat haec vniuersa constitutio decretorum; et vt nulla deinceps auctoritas aut potestas vel temeritas aliquam praesumat praefato *S. Adriani* monasterio violentiam, seu rapinam, aut calumniam vlllo ingenio, seu qualibet occasione inferre nec homines illius distringere, aut feras sine redhibitiones vel thelonea exigere, aut in expeditionem cogere, sed sub nostra et successorum meorum, et propriis Episcopi et successorum horum, nec non regni nostri Principum fidei defensione omni futuro tempore absque perturbatione Christi famulantium sancta congregatio cum omnibus suis possessionibus, praediis, decimis, terris cultis et incultis, mancipiis vtriusque sexus, villis, arcis, pratis, pascuis, siluis, venationibus, aquis, aquarumue decursibus, piscationibus, vus et inuis, quaesitis et inquirendis, habitis et habendis, ceterisque omnibus appendiciis et vtilitatibus, quae quomodocunque nominari possunt, iucunda quiete ingiter imperturbata consistat, ac pro nobis et pro statu regni, nec non pro omnibus sancta Ecclesia Dei superam misericordiam libera deuotione sine intermissione suppliciter exoret, huic nostrae secundum iustitiam Dei iusta constitutio, si quis temere contra ire praesumerit et horum aliquid infringere ausus fuerit, si non digne in beneplacito incolarum loci quantocius per omnia satisfecerit, primo eum vt inimicum Dei districtissimae vltioni diuinae militari gladio sancti *Adriani* terribiliter feriendum tradimus; Deinde vt publicum hostem Regni omni gratia, honore, ac iustitia priuamus, et iudicialis gladii nostri animaduersione persequendum, et de terra exterminandum,



nus in Bauaria tenebat. (c) Incidit igitur exstructio castris Winzenburg in finem saeculi vndecimi. Comitatus autem Wincenburg, qui nunc est praefectura Episcopi Hildesheimensis, complectitur urbem Alfeld et quatuordecim pagos, filisque praestat, quae

„dum, nemine parcente, aut miserente, foras mittendo, publicae damnationi exponendo, proscribimus. Porro iniuriam patientibus Dei iustitia et regale iudicium ad sua requirenda nequaquam deficiet. Et vt haec auctoritas nostra firma stabilitate insolubiliter atque inuitabiliter rata atque permanens habeatur, manu propria super eam firmando anuli nostri impressione in nomine Domini signamus. Actum Dominicae Incarnationis Anno octingentesimo septuagesimo tertio, gloriosissimi Ludouici Regis anno trigesimo quarto. Datum Aquisgrani, in Palatio regio, coram Regni Principibus. Idus Iunii, Indictione sexta

Signum Hludouici  
Serenissimi Regis Romanorum.



„Euerhardus Cancellarius ad vicem Lamberti Archi-Capellani recognoui. In Dei nomine feliciter Amen.

Monasterium illud anno tandem 1523. proscripso Episcopo IOANNE, Hildesienfis antistite supremo, incidit in potestatem Ducum Brunsvicensium, qui succedente tempore Euangelicam in illud introduxerunt doctrinam, Monachisque posuerunt administratorem et subaduocatum, qui rationes accepti et expensi Ducibus redderet. Adiunctus vicus est eiusdem nominis, et Euangelico verbi diuini ministro, nunc Domino GREVIO, viro doctissimo et pio, gaudet. Incolae vici sub Brunsvicensibus dominis ad vnum omnes euangelio nomen dederant. Quum autem Episcopales praefecturae traderentur Episcopo, cautum est, vt pastor vici perpetuo foret Euangelicus et virgines sacrae Euangelicae ad mortem suam usque sumptibus coenobii alerentur. Accesserant inter haec Benedictini Anglicanae congregationis, et ab Electore Colonienfi, Episcopo Hildesienfi MAXIMILIANO HENRICO coenobium Lamspringense in seminarium Anglorum Pontificiorum cum iurisdictione bassa, vti vocant, in vicum pagosque nonnullos adiectos obtinuerant. Incolae vici antea vsi erant templo coenobiali, dum Euangelica doctrina personabat. Pastor autem Euangelicus priuato ausu, ne quid oriretur confusionis, sponte recessit a frequentatione aedis coenobialis, et iuxta vicum in coemeterii templo verba sacra fecit, aere Campano ad conuocandum coetum carens, quo vique coetus Euangelicus a. 1624. gauisus est, vnde postea lites exarserunt satis diuturnae. Abbas summe Venerabilis coenobii in praesens est Iosephus, Doctor Duaci renunciatus. Viget inibi libera electio, ordo Benedictinus, disciplina litterarum pro iunioribus. Prouisioni autem spiritali Episcopi Hildesienfis, vel, si hic non sit presbyter, suffraganei subest coenobium, de quo disserimus.

(c) REINHARDI Reinehusensis Abbatis Opusculum de familia Reinhardi Episcopi Halberstadenfis, quod edidit L. G. LEVCKFELDIUS in Appendice ad Antiqq. Walkenriedenses P. II. p. 200. sq. et G. G. de LEIBNIZ To. I. Ser. Brunsv. p. 703. sqq. haec est prora et puppis. Exhibebimus locum integrum, qui huc maxime facit p. 703. Leibn. *Esake et Elle fratres et Comites noisles et praediuites erant, qui Reynehusen et Lichen habitabant. Sed Esake quum esset immaturo suo destitutus herede, beatum Petrum in Helmwardishusen sibi constituit heredem. ELLE genuit quatuor filios, Conradum, Henricum, Hermannum et Ydonem Hildeneshemensem, et duas filias, Mathild et Rikence, quam Geroldus de Immenhusen (locus est in vicinia prope Calefeld, quem tenet Gen. de Steinberg in Wispenstein) clam rapiens, praedia multa cum ea obtinuit. Sed cum ex eanon haberet heredem, Reinhardus Praepositus, qui et postea Halberstadenfis Episcopus, omnia coemit, et nepoti suo Popponi Comiti de Elanckenburch in nuptu contradidit. Porro Conradus genuit Beatricem, quae nupsit Olgero (Oegero) Comiti de Wartbake et genuit Otricum. Henricus autem genuit Meinhardum et Pilgrinum et Eilham et ADILHEID Abbatisas. Mathild vero nupsit cuidam Barro Principi et genuit HERMANNVM de Winzenburch. Hic quia patre Barro fuit, domus suae, quam extruxit, nomen de se inuadit. His tribus fratribus Comitibus et Mathildi, communicato consilio, placuit, vt locum suum principalem, vnde originem duxerant, domino Deo et perpetuae virginis Mariae et specialiter sancto Christophoro martyri deputarent. Vt autem intelligas Reinhardi praepositi et Popponis genus cum origine Comitum Blanckenburchensium et Regensteiniensium, hanc accipe IOANNIS HENRICI HOFFMANNI, Brunsvicensium antiquitatum olim pertissimi, tabulam:*

Ippo seu Poppo Comes in Pago Hartego.  
Vx. N. foror Reinhardi Episcopi Halberstad.

Hugo de S. Victore Mythicorum parens nouus, et capitum in Bibliis latinis autor	Poppo Comes de Blakenburg				
	Reinhardus Praep. in Hal- berstad.	Henricus Comes in Blan- kenburg	Sifridus C. de Blanken- burg	Conradus C. de Re- genstein	Iutta
	Henricus progenitor lineae in Re- genstein	Sifridus progenitor lineae in Blanken- burg	Conradus	Fridericus	Bernhar- hardus vel Burchardus

TORIEVS

burg in finem sac-  
fectura Episcopi Hil-  
s, filiusque praestat,  
quae

oni exponendo, profici-  
requirenda nequaquam de-  
reminabiliter rata atque per-  
sione in nomine Domini  
ultimo terro, gloriosissimi  
regio, eorum Regni Prin-

illum  
dovici

vi. In Dei nomine feliciter

Hildesheimi antistite suprema,  
Evangelicam in illud inno-  
scatum, qui rationes accepit  
Evangelico verbi domini no-  
vici sub Brunonice obitu  
pales praefecturae traditio-  
gines sacrae Evangelicae et  
Benedictini Anglicanae can-  
NO HENRICO coenobium  
bulla, vii vocant, in vico  
aplo coenobiali, dum Ec-  
e quid oriretur confusionis,  
meritum templo verba sacra  
Evangelicus a. 1024. ga-  
nerabilis coenobii in praet-  
ordo Benedictinus, discipuli-  
tensis, vel, si hic non fa-

Episcopi Halberstadensis, quod  
P. II. p. 200. sq. et G. G. d.  
Exhibendum locum integru-  
nostris et praedictis an-  
e sua deservit herede, bea-  
tatur filius, Conradum, Hen-  
et Rejone, quam Geroldus  
reibeig in Wispenstein) et  
tem, Reinhardus Praepositu-  
ni Comiti de Blauenburg  
(Ogero) Comiti de Wa-  
um et Euliam et ADHE-  
MANNVM de Winciburgum  
indidit. His tribus fratri-  
cipalem, unde originem  
Irisophoro martyri de qua  
origine Comitum Hilt-  
OFFMANNI, Brunonice

de Blauenburg  
paratus Iutta  
de Re-  
entein  
ericus Rein-  
hardus vel  
Barthardus

MONASTERII LIBERI GANDERSHEIMENSIS.

quae dicuntur *Sackwald, Siebenberge et Sunderen*. Dispescitur ab intersecante iugo montium in tractum superiorem et inferiorem, *Oberbörde et Nedderbörde*, quorum ille per Hornsen, Graafte, Neze, Woltershausen, Adensted, Harbarnsen, Armsüll, Grafel, Sellenstede, Sele, Petze, Almsted, Breinem et Salzdetfurt procurrit; hic autem flectitur per Euerode, Hörsüm, Langenholzen, Sack, Röllihausen, et pagos alios. Lignorum et filuarum multa fuisse conuersa in agros exultos, loquuntur pagi ex *roden*, eruendo, et *holze*, silua, dicti. Langenholzen, quod est patria mea, Eberholzen, Wrisbergholzen sint exemplo cum *Euerode*. Quam certa sint ea, quae de Cunone, Riddagi fratre, de eius filiis tribus adferuntur, dicere non habeo. *LEZNERVS* sic disposuit genus Wincenburgensium Comitum, nec, cur ita fecerit, rationes extare voluit. Quantum mihi in historia et monumentis illorum temporum versari contigit, nexum eiusmodi genealogicum nusquam perspexi, nec ex vlla lacinia eruere potui. Quum autem indicta causa neminis fides sit damnanda, et Leznerus nunc causam suam perorare atque dicere nequeat, rem ipsam in medio relinquere animus est. Quod autem *Celeberr. HEINECCIUS*, indubie Leznerum secutus, de Riddago adfert, eum, imperante Ludouico Pio, *inuestituram* petiisse ab Episcopo Hildesheimensi, hoc fabulis adnumerandum esse puto. Alfridi enim in Charta, coenobio Lamspringae concessa, Riddagus dicitur strenuissimus Princeps et Comes, qui dotauerit monasterium a sese structum *iustis et liberis hereditarii iuris possessionibus*, cui *iuris proprii libertas* in sua fuerit, qui coenobium fidelissimae tuitioni, id est, Aduocatae Episcoporum Hildesheimensium assignauerit. Nullum inibi occurrit vestigium feudi collati, nulla oblâti. Qui etiam faciem illorum temporum norunt, eis incompertum non est, Comites eiusmodi praedia sua et Comitatus integros Episcopis minime subiecisse in feuda. In saecula nobis propiora consuetudo illa est reiicienda. Origo autem enarrationis eiusmodi videtur ex eo emanasse, quod, intercidente stirpe Comitum Wincenburgerum Hildesheimenses ita ratiocinati fuerint, vt eo facilius reportarent hereditatem illam opimam. Episcopi autem ipsi aliam viam insiterunt et ius suum deriuarunt ex iure expectationis, quod Imperator Episcopo dederat in Comitatum ipsum. Porro non est omittendum, *Paternam* Meinfridi filiam, vxorem Hermannii Comitis Northheimensis, cum ipso Comite ad fictiones esse reiiciendam. Recentiores Historici et Genealogicarum rerum periti id ad vnum omnes largiuntur. Vbi enim desunt testimonia et rationes veterum scriptorum, ibi nobis nihil est adfirmandum. De *Henrico I.* fateor, lego apud *GOLDASTVM* (d) quaedam, quibus ostenditur, eum interfuisse hastiludio Magdeburgico. Obstant autem duo potissimum momenta, quo minus illa series et lex a Goldasto recensita pro genuina et sincera reputari possit. *REINHARDVS* enim primus Reynehufenensis Abbas, qui sub initium saeculi XII. vixit, inter praedia Comitum Wincenburgerum in Thuringia verfatiss, luculenter testatur, Hermannum demum extruxisse Wincenburgum eique nomen de se, quia Bauarus erat, indidisse. (e) Recordor praeterea, solemnes illos ludos, quos torneamenta vocabant, Henrico Aucupe esse iuniores, siquidem eorum inuentor existit Gaufridus de Preulli, qui anno 1066. ad Andegauum in Gallia, Gallus ipse, occisus est. (f) Edictum igitur illud Henrici Aucupis de torneamento Magdeburgi celebrato, ad fabulas et hominum commenta relegandum est, qui saeculo XIII. (g) coeperunt torneamentorum initia in Germania ab Henrico Aucupe arcessere, quae rectius ab Henrici II. aeuo deducuntur, vel, si ex origine receptarum apud Germanos peregrinarum vocum colligere quidquam licet, Henrici V. aetati assignantur. Vox *turnementi, turniamenti, torneamenti* Gallia est, et saeculo demum XII. Germanica ciuitate sub

- (d) *GOLDASTVS* To. vno Constitutionum Imperialium p. 2138. Nec tamen puto, Wincenburgum et Comites Wincenburgericos ante illum Hermannum Mathildis maritum non existisse. Obstant Annales Hildesh. To. I. Leibn. p. 729. ad a. 1038. *Sigfrithus praetor Palatinus, frater Brunonis Episcopi Mandonensis VII. Kal. Maii moritur et in WINCIBVRCH tumultatur.*
- (e) Locum aduali in (e). At quid sibi volunt illa, Hermannum patre Bauaro genitum Winciburgum extructum de se vocasse, quia Bauarus fuerit? Haec ita accipio, vt dicam, Winciburgum fuisse dirutum antea et euersum, absentibus eius dominis, et reaedificatum ab Hermannio; et ab eodem castrum suum nouum fuisse cognominatum *Baierburg*, reluctante consuetudine et pristinam appellationem tuente.
- (f) Ostendit hoc omnium primus *CAROLVS du FRESNE* T. III. Glossarii latini p. 1268. sub voce *Turnementum*.
- (g) *CONRADVS BOTO* Chronici picturati p. 305. de Henrico Aucupe: *De wile fatte de Keyser Torney unde Stekespel in den Steden, upp dat 114 de Lude in den Steden in den Wapen sust bet wenden und heren konden, wan se echt to sryde scholden.*



sub Henrico V. et Lothario donata. (h) Confudit fera posteritas ludos ab Henrico exercitos, (i) qui erant exercitia militaria minus artificiosa, cum ipsis torneamentis. Eundem Henricum anno 933. praelio Mersburgico, quod ad Keuschberg interuallo duorum milliarium a Mersburgo Henricus Auiceps contra Auares seu Hunnos celebrauit et victoria sua illustre reddidit, interfuisse, recentiores memoriae prodiderunt. Verum *FRODOARDVS*, *WITIKINDVS*, *LIVTPRANDVS*, *REGINONIS CONTINVATOR*, *HERMANNVS CONTRACTVS*, *SIGEBERTVS GEMBLACENSIS*, *MARIANVS SCOTVS*, *CONRADVS BOTHO* et alii ex aevo antiquiori Henricum illum Winciburgensem ignorant. Dolendum est, *DITMARVM* Merseburgensem Episcopum Ann. L. I. p. 327. nonnisi strictim de decertationibus cum Hunnis egisse, siquidem is omnium optime momenta pugnae in proximo commissae explorare potuisset. Quis autem, quaeso, scriptores quando antiqui tacent, recenti auctori *SPANGENBERGIO* (k) fidem habebit? Ut igitur *MEIBOMIVS* incerta ac incomperta refecaret, ab Hermanno Bauarico exordium generis Comitum Wincenburgerum capit: (l) *REINHARDVS* Bauaricum Principem (m) vocat Hermanni, qui Wincenburgum condiderit, parentem, nomen ipsum haud exprimit. D. *CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS* Dietericum vocat, qui eo quod Henrici IV. Imperatoris legatum interfecerit, digressus sit in Bauariam tanquam voluntarium exsilium. Dieterico illi tribuit coniugem Machthildam, sororem Vtonis Episcopi Hildesienfis duodeuigesimali. Si hoc ita\* sese habet, tum Machthilda non fuit Comes de Aluensleben. (n) Ex eodem Reinhardo saepius laudato discimus, Vxoris Mathildae, heredis de Gleichen, filium fuisse Hermannum. Vnde per sese patet, Hermannum ei pro nepote non esse statuendum. Huius Comitum de Gleichen idem Celeberr. *BEHRENS* maritum in alia deductione vocat Henricum II, Mihi ratio suberit solida, si eum vocauero anonymum, et ab audacia omnis coniecturae me absteineam. Sequitur tandem anonymi illius filium ex Mathilde Gleichenfi *HERMANNVS* natus. Pater dicitur Princeps Bauarus. Ipse autem modo patriae Comes, modo Comes de *Winzenburg*. (o) Planum exinde est et perspicuum, parentes Hermanni circa Wincenburg habitasse et comitatum tenuisse. Ut autem intelligas, quomodo partem comitatus Gleichen et Reinhausen in Thuringia adquisi-

verit,

(h) *OTTO FRISINGENSIS* de rebus gestis Friderici I. L. I. c. XVII. p. 416. *Duces* Fridericus et Conradus Regem Lotharium insequentes, illo in ciuitate (Herpiboli) manente, tirocinium, quod vulgo nunc Turnamentum dicitur, cum militibus eius exercendo, usque ad muros ipsos progrediuntur, *RADEVICVS* L. II. de gestis Friderici I. c. VIII. p. 511. Placenterum militum egressa ad certamen - quod vulgo Turnamentum vocant, *CHRONICON MONTIS SERENI* ad a. 1175. p. 40. ed. Mader. Conradus Comes, filius Tiderici Marchionis, in exercitio militari, quod vulgo Turnamentum vocatur, lanceae ictu occisus est XV. Kal. Decembris. Tum enim idem pessifer ludus in partibus nostris ita inoleuerat, ut infra unum annum XVI. in eo referantur milites interisse, pro qua re *Wichmannus* Archiepiscopus omnes eos frequentatores excommunicationis vinculo innodauit.

(i) *WITIKINDVS* L. I. p. 641. In exercitiis ludi (Henricus) tanta eminentia superabat omnes, ut terrorem exteris ostentaret. *AUCTOR VITAE MATHILDIS* c. IV. p. 202. Mathildis (post Henrici filii mortem) neminem volebat audire carmina secularia canentem nec quenquam videre ludum exercentem.

(k) In *Sachsischer Chronike* e. CXXIV. fol. 115. b.

(l) Ad *Chronicon Marienthalense* p. 256. To. III. Scr. rer. Germ.

(m) Locum dedimus in (b).

\* Hoc ita sese omnino habet. Luculentum est testimonium Reinhardi Reinhusensis p. 703. Accedet paulo post testimonium ex *CHRONICO HILDESHEIMENSI* p. 746. To. I. Leibnit. ubi Erika et Adelheidis vocantur filiae fratris illius, qui gauisus est Vdo Episcopus Hildesheimensis XVIII. Testor litteras Adilberti p. 705. Leibn. To. I.

(n) Ita enim vulgo tradunt. Parco nominibus eorum et in contemptum adducere eos nolo, quorum merita alia veneror.

(o) In litteris Adilberti Archiepiscopi Moguntini, fundationem monasterii Reinhusani confirmantibus, ex quibus excerpta dedit Illustris G.G. *LEIBNITIVS* p. 705. dicitur *Herimannus patriae Comes - et filius eius duo, Henricus et Herimannus pueri*. Idem dicitur ibi fundator coenobii Reinhusani. Litterae illae datae sunt 1100. Ergo Herimannus iunior in lucem editus est ante initium saeculi vndecimi. In privilegio Conradi III. a. 1144. p. 706. Comes *Herimannus de Winzenburg* et frater eius *Henricus* memorantur. Inter constructores autem coenobii Reinhusani pater illorum recensetur, diciturque *Herimannus, patriae Comes*. Quenam autem intelligitur patria? Num Bauaria? Nemo vnus perhibet, cum in Bauaria possedisse hereditates. Num in Thuringia? Haec non erat eius patria, siquidem ex Bauaria accesserat, ibique in Thuringia vxorem duxerat, Mathildem Comitum de Gleichen. Nihil igitur restat, praeterquam quod patria illa fuerit Wincenburgum, quod dudum existerat et a quo dicebatur Comes.



cur Comites Wincenburgici facti fuerint aduocati Gandersheimenses. Quae collegium sacrum monasterii de militibus, in Abbatia lautitias sectatis, conqueritur, ea intellego de comitatu Hermanni, in quo indubie fuerunt Meinhardus et Piligrinus, viri bellicosi, in torneamentis exercitatissimi et Imperatori adprime gratiosi. Nec animum ad credendum induco, collegium detulisse querelas suas ad Imperatorem, antequam milites illi, in hastiludis versatissimi, Wirciburgi ad curiam Imperatoris, in certamine singulari seu ordalio, fuissent interfecti. Quarto intelligimus, quanam illa fuerit *BEATRIX* Abbatissa, eiusque frater Henricus, cuius in querela Capitularium virginum (§. 4.) iniecta est mentio. Non equidem frater fuit, sed patris frater Henricus ille, respectu ad Beatricem habito. At consuetudo tunc temporis erat recepta, ut fratres et sorores dicerentur, qui arcta consanguinitate in latus decurrente sese mutuo contingebant. Praecipuus autem tabulae Genealogicae vsus spectat ad genus et ortum *HERMANNI* senioris, Comitis Wincenburgensis, vulgo ignotum. Nunc tandem huius Hermanhi res gestas addere animus est. Hic intererat comitiis Goslariensibus quas ibi celebrauit Imperator Lotharius, Dux Saxoniae, (s) et ipse encomio ab Imperatoribus singulari eminebat, vocatus quippe ad dignitatem Landgrauatus Thuringiae, quam eidem Hermannus idem Caesar Lotharius circa annum 1142. ademit et a. 1143. Ludewico secundo contulit. Causa tantae mutationis recidit in homicidium, quo sese maculauerat Hermannus. Burchardum enim de Lucca vel Luckem, regis consiliarium, hominem vero suum ob castrum cuiusdam exstructionem fraude circumuenerat fideque violata occiderat. (t) Hinc in comitiis Quedlinburgensibus festo circiter Pentecostali honoribus et dignitatibus, suffragio principum Germaniae aduente, exutus est: castrum Winzenburgum obsessum, expugnatum, incensum et funditus subuersum: ipse in exilium actus, (u) Homicidium illud anno 1130. in Burchardum de Lucca commissum fuit, cuius hereditas obtingebat Comitibus de Hallermunt et Oldenborch anno 1163. Bernhardus Episcopus Hildesheimensis, occasione hac suis augmentandis inuigilans, precibus ab Imperatore Lothario impetrauit, ut ipsi liceret castrum Winzenburg funditus dirutum ad defensionem Episcopatus sui reaedificare, turrin ligneam vetustate corruptam et euerfam amouere et nouam sumtu satis magno reponere. (x) Frater eius erat Henricus Comes de Aslo vel Hasede in Episcopatu Hildesienfi (y) qui cum

fra-

(s) *HEINECCIUS* in Antiqq. Goslariensibus ad a. 1130. p. 127.

(t) Pauca praemittemus de Herimanno seniore et iuniore, et deinceps addemus iunioris homicidium. *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1104. p. 737. *Archiepiscopus Coloniae Fridericus, Bruno Treuirenfis, Cancellarius Adelbertus, Comes Hermannus de Winzeburg alique Principes satis clari Romam cum magna pompa vadunt, inter Dominum Apostolicum et Regem concordiam facturi. Eidem ANNALES* ad a. 1121. p. 739. *Dux Luitgerus, Comes H. de Winzeburg, numerosa et forti manu Monasterium vadunt pro restituendo Theodorico Episcopo. In qua restitutione incaute S. Pauli templum nobiliter constructum incendio conflagrauit cum omni fere urbis loco. Praedictus Dux omnes fere urbis defensores tam nobiles quam ministeriales captos abducit. His actis Dulmene urbem munitam in dationem accepit. Circa festum S. Michaelis in sede Episcopali Wercsburch Imperator et totius regni Principes conueniunt et in concordiam redeunt. Eidem ANNALES* ad a. 1130. p. 740. *Burchardus de Lucca occiditur, unde rex contristatus et iratus, Winzeburg castrum Herimanni Comitis, cui huius caedis consilium et iussum imponebatur, obsidione circumdat. MCXXXI. Rex Natalem Domini Gandershem celebrat. Herimannus consilio Principum cum praedicto castro Regis se potestati tradit. Quem rex custodiae deputat; castrum vero euertit solo tenus imperat.*

(u) *LERBECCIUS* in Chronico Mindensi p. 176. To. II. Leibn.

(x) *CHRONICON HILDESHEMENSE* p. 747. To. I. Leibn. de Bernhardo Episcopo Hildesheimensi: *Castrum etiam Winzenburg funditus dirutum, ut sibi ad tutamen Ecclesiae reaedificare liceret, ab Imperatore Lothario impetrauit, quod et reaedificauit, et ut Ecclesiae et sibi et suis successoribus et abique alicuius inuasionem liberum permaneret, duorum Romanorum Pontificum Innocentii et Eugenii magnorum in Christo virorum banno firmari rogauit. Ipse etiam ligneam turrin vetustate dirutam amouit et nouam non modico sumtu reposuit. De Brunone, sequenti Episcopo, ibidem additur post interiecta pauca: *Castrum quoque Winzenburg non modico sumtu turri firmissima communiuit.**

(y) *VITA MEINVERCI* Ep. Paderborn. To. I. Leibniti p. 559. mentionem facit sub Henrico II. Imp. *Ekkhae de Aslan* §. 102. *SCHATENIUS* in Ann. Paderborn. T. I. ad a. 1084. p. 615. *Post obitum Popponis Episcopi nostri - subrogatus est HENRICVS Comes de Aslo, vir in clero probatus multisque virtutibus conspicuus. - Asloensium Comitum familia in Ostfalia et Hildesienfi dioecesi clara eademque cum Wincenburgicorum prosapia - Locus olim vocabatur Hasede et Afele, nunc Hase. Pagus est iuxta Trispenstedt, ad boream Hildesheimii interuallo dimidii militaris Germanici. Conf. MEIBOMIUS in Notis ad Chronicon Schawenburgense p. 57. Fallitur LEVCKFELDIUS, qui Comitatum Aslo quaerit in Westphalia Antiqq. Gandersh. c. XXV. §. 13. p. 294. Henricus, Herimanni iunioris frater, per matrimonii pactum comitatum Aslo indeptus fuisse perhibetur. *Otto de Aslob liberalis erga S. Vitum*, obuius est ad a. 1118, in *Annal. Corbeiensibus* p. 306. Tom. II. Leibn. qui ad a. 1171. p. 308.*

Hen-

fratre condidit monasterium in Derenburg et anno 1146. mortem obiit. (z) Filius Henrici decessit anno 1187. cuius (aa) vxor vidua Salome cum herede filia sua hereditatem vendidit Adologo Episcopo Hildesienfi. (bb) Hermanni fratris, qui cum Henrico V. militares fecerat expeditiones et tandem honoribus omnibus fuerat priuatus, frater alter erat Theodericus Episcopus Monasteriensis, qui anno 1137. vitam cum morte commutauit. (cc) Hermannus, idem an filius haereo, anno 1148. permutauit agros quosdam cum Abbatisa Gandersheimensi Luitgarda, vt obtineret castrum Schiltberg ad Bornhausen haud procul ab oppido Sefen. Anno 1144. fuerat cum Conrado III, Northusae ibidemque subscripserat Diplomati, quod Imperator Capitulo libero Goslariensi SS. Simonis et Iudae impertitus est. (dd) Anno 1150. cum Imperatore Fuldae versatus fuit. (ee) Tandem vero anno 1152. (ff) in castro Winzenburg occisus est ab equite Sueuo, cuius vxorem stuprauerat. (gg) Interiit, vti quidam adferunt, cum vxore grauida,

*Henricum Comitem de Aslo referunt obtulisse in honorem XII. Apostolorum tot S. Vito pocula de argento cum effete cuiuscunque Apostoli. HELMOLDVS L. II, Chron. Slauroum T. II. Leibn. p. 623. c. VI. de Henrico Leone: Praeter hereditates magnorum progenitorum Lotharii et coniugis eius Richenzem multorumque Ducum Bavariae atque Saxoniae accesserunt et nihilominus multorum Principum possessiones, ut fuit Hermannus de Winzenburg, Sifridus de Bommenburg, OTTO de ASLE, et alii, quorum mentio excidit.*

(z) ANNALES STEDERBURGENSES ita referunt, qui itidem p. 858. T. I. Leibnit, memorant Sophiam Comitissam de Asle, quae genuerit Bormanno filios, et ipsa sororibus ac matre fuerit vta. Almannus autem ille fuit Comes de Hemsede, cuius filiae dicuntur domina Friderunda et Hadewiga, vti legenti negligentius adparet ex Excerpto de fraternitate Frederundae et Hadewigae T. I. Leibn. p. 869. Verba sunt: *Recipimus in fraternitatem nostram Dominam Friderundam et Hadewigam loci huius (Stederburgensis) et familiae insititricis cum Almanno Comite patre ipsius. Friderunda vel Frederintha obiit XVII. Kal. Apr. CHRON. HILDESH. Tom. I. Leibn. p. 764. defuncta circa a. 1104. Maritus Friderundae erat Rudolfus C. de Woldenberge, filius autem Herimannus C. de Woldenberge et Aduocatus Gandersheimensis, filia Herimanni Hadewigis Canonissa Gandersh. ad a. 1188. Frederundam illam fuisse Abbatisam Gandersheimensem XII. posthaec docebimus.*

(aa) CHRONICON HILDESHEIMENSE p. 748. Tom. I. in Vita Adelogi Episcopi Hildesienfis XXIII. Praedium quoque Comitissae Ottonis de Asle vidua ipsius Comitissae, domina Salome, quod ad ipsam legitima successione deuolutum erat, sua filia consentiente aliisque suis heredibus legitime consentientibus, multis laboribus et magnis impensis comparatum cum omnibus suis attinentiis, mediante Domino Frederico Imperatore, et factum Episcopi modis omnibus corroborante, Ecclesiae nostrae acquisiuit. Eadem repetuntur in CHRON. Epp. Hildes. et Abbatum Monast. S. Michaelis p. 793. To. II. Leibn.

(bb) In transitu, quum id, quod petitur, iam ostensum sit, notabimus, Vdonem Episcopum Hildesiensem vocari Comitem de Alvensleben, in Eodem Chronico p. 790. et mortem eius confecti in a. 1114. Erat Comes Gleichenfis, et fortasse dicebatur C. de Aslo, ob fratris filium, qui ita adpellatus est.

(cc) Theodericus ille fuit primo Canonicus Monasteriensis, dein Episcopus a. 1116. interfuit comitiis Brunsvicensibus a. 1130. MADERVS in Antiqq. Brunsvic. p. 227. A fratre Herimanno et Liutgero Duce a. 1121. restitutus est in Episcopatum Monasterii, ANNALES HILDESH. p. 739. ad. d. a. Obiit 2. Kal. Mart. secundum CHRONICON HILDESHEIMENSE p. 764. To. I. Leibn.

(dd) Exhibetur id a LEYCKFELDIO in Diplomatis Goslariensibus ad finem Antiqq. Poeldensium et in Antiqq. Gandersh. C. XXV. p. 298. 199.

(ee) Idem in Addendis ad Antiqq. Poeldens. Num. I. subscripsit Hermannus adhuc a. 1151. Diplomati Imperatorio, quod exhibet HEINECCIUS in Antiqq. Goslar. p. 146.

(ff) HELMOLDVS in Chronica Slauroum L. I. c. LXXIII. p. 592. ad a. 1152. Tom. II. Leibn. *Circa tempus dierum illorum occisus est Hermannus Comes in castro Winzenburg, vir potens et magnarum pecuniarum, et ortae sunt contentiones inter Ducem nostrum (Henricum Leonem) et Marchionem Adelbertum propter castra et facultates eius. Propter hos compandos denuntiavit Rex curiam apud Marsipolim (Mersburg.) ciuitatem Saxoniae, mandauitque Principibus solenniter adesse. Missaque legatione, Reges Danorum tumultuantes euocauit, vt decerneret inter eos, mediante iudicia Dissensio autem, quae erat inter Ducem et Marchionem, sedari non poterat, eo quod principes elati regis adhuc recentis monita parui penderent. Persuasit ergo Archiepiscopus Vicelino Episcopo, vt inuestituram de manu regis acciperet, non fructum ecclesiae, sed odium Ducis intentans. At ille non consensit, ratus, iram Ducis implacabiliter accendens. In hac enim terra sola Ducis auctoritas attenditur. Soluta est curia, Vicelinus Episcopus reuersus est in Parochiam suam - Conf. PHILIPPVS IACOBVS SPENER Heraldic, P. Spec. L. III. c. 8. §. 25. p. 594. 595. ed. Francof. ad Moen. 1717. fol.*

(gg) BOTHO in Chronico picturato Brunsvicensi p. 338. ad a. 1133. *In der Schrift stat geschreuen, dat do Keyser Luder de Winsenborch aff wan, unde brack de borch in de grunt, so holt eyn kryneke ut, wu de Grene van der Winsenborch by sich hadde eynen Ridder ut Swaeren, de was ut gereeden, unde de Ridder hadde eyn schon erlich wyff, de woude up dem verwarcke, dar gingk de Greve Herman ben, unde schaffede synen Willen, an der erliken Fruwen dank. De fruwe de moede sick seve unde was drovich, do de Ridder to Hus kam, se clagede dat dem Ridder mit bedrovenisse, de Ridder de wart tornich unde schikede syn dingk, unde gingk an eynem morgen upp de kemnade, dar de Greve by syner Fruwen lach, unde stak one mit eynem Swerde dot. Do sprach de Fruwe: wat deystu nu? Ich hebbet under dem gordel, de dat wreken schal, unde se was schwanger, do stak he de Fruwe dot. Dat blod sprangk an de muren, unde me secht, dat warteken sitte dar nach. Vnde de Ridder gingk do van der borch,*

mens. Quae collegi-  
conqueritur, ea inter-  
us et Pilgrimus, viri be-  
ratiofi. Nec animum ad-  
ratorum, antequam mi-  
ratoris, in certamine ho-  
taenam illa fuerit. BEA-  
Capitularum virginum  
s frater Henricus ille, ro-  
at recepta, vt frater et  
e sese mutuo continge-  
id genus et ortum HE-  
1. Nunc tandem huius  
s Goslariensibus, quas ibi  
comio ab Imperatoribus  
aiatus Thuringiae, quar-  
ademit et a. 1143. Lub-  
homicidium, quo selem-  
m, regis consiliarium, ho-  
reumenerat fideque pro-  
circiter Pentecostalibus  
nte, exutus est: castrum  
subuerfum: ipse in cen-  
Lucca commissum fuit  
ldenborch anno 1168  
augmentandis inuig-  
et castrum Winzenburg  
urrim ligneam vetustat  
reponere. (x) Frate  
hildesienfi (y) qui cur  
in

addemus inuicem homicidio  
Colonae Fridericus, Brunsvic  
aliquae Princeps satis clar  
gem concordiam factum. In  
eburg, numerosa et forte  
vione incante. S. Pauli scriptura  
vradicus: Dux omnes fere  
soluone vrbem muniam in  
urh Imperator et totius  
a. 1130. p. 740. Burchar  
Herimanni Comitissae, cui  
I. Rex Natalem Domini  
regis se potestatis tradidit.

Episcopo Hildesheimensi  
siae reuadificare liceret, ad  
sibi et suis successoribus  
ficam Innocentii et Eugenii  
torum vetulato diruta  
oppo, ibidem additur post  
messina commemorant.  
nem facit sub Henrico II. b.  
1084. p. 615. Post haec  
u clero probatur: multaque  
lystensi discessi claua rano  
Vicle, nunc Halc. Pape  
is Germanici, Conf. M  
FELDIPS, qui Comitissam  
cus, Herimanni iuuenis  
Dito de Aslo liberalis  
Leibn, qui ad a. 1171. p. 108

uida, quae per foetum in vtero portatum vindictam in posterum repetendam comminata perhibetur. (hh) De Hermanni, qui Winciburgum condidit, liberis complures supersunt in Diplomatis. Liutolphum a. 1116. in fraternitatem S. Viti Corbeiae iuisse receptum, annalium (ii) fide constat. Henricus siue Heino, frater ipsius Ludolfi, a. 1117. litteras impertitus est coenobio Lamspringensi, interfuit torneamenti Goslariensibus a. 1119. legatus fuit a. 1125. in causa Adelberti Archiepiscopi Bremensis et Henrici superbi, ac praemature misereque obiit a. 1127. (kk) Solet vocari Comes Aslouiensis, seu de Aslo. Filius eius dicitur Henricus iunior. Id equidem negari non potest, Comitem Herimannum de Wincenburg et fratrem eius Henricum a. 1144. Hersfeldae subscripsisse privilegio Conradi III. regis, quod Reinehusensi dedit coenobio. (ll) In Henricum patriae Comitis et fundatoris Reinehusensis Herimanni filium, qui a. 1100. Reinhufae Diplomati ab Adilberto Archi-Episcopo Moguntino in confirmationem dato subscripsit et a. 1127. defunctus est, haec non quadrant. Quam autem Herimannus iunior Comes et Henricus senior fuerint fratres, et Ludolfus matrem gausus sit, quae matrem Comitem Herimannum peperit, facile perspicere inde potest, Ludolfum Herimanni iunioris quoque fuisse fratrem. Conradus et Vlricus vti testes Diplomatis subscribendis operam suam accommodarunt, ille a. 1147. hic 1150. Hermannus vero ille, qui anno 1152. in lecto obruncatus est, cuiusnam fuerit filius, comperit non habeo, vtrum Hermanni an Henrici. Herimanno esse tribuendum pro filio, probabilis existimo. Quare ex eo, qui in lecto interemtus a Sueuo legitur, et illo, qui a. 1130. a Lothario proscriptus est, Genealogistae duos fabricentur Hermanos, eius conatus rationes sufficientes non video. Discrepant magnopere scriptores in eruendo anno illo fatali, quo Hermannus vltimus suae stirpis misere interiit. Atres est in vado. Anno 1151. subscripsit ipse Diplomati, (mm) sequenti autem anno inclinante lites de hereditate ipsius iam exarserunt. (nn) Liquido proinde constat, necem Herimanno a. 1152. adlatam fuisse. Sunt, qui Hermannum addunt, qui a. 1188. vixerit, et cuius filia fuerit Hadwigis Canonissa in monasterio Gandersheim. Fateor, Hadwigen fuisse Hermanni filiam eo tempore. Id enim ex subscriptione Diplomatis patet. At quis ille Hermannus et vnde ortus fuit? Quare Henricus Leo (oo) petiit Wincenburgensem comitatum et obtinuit in hereditatem, tanquam regionem morte vacuefactam, si Hermannus superfuit ex gente Wincenburgica? Quare misso in exsilium

Leo.

*borch, unde satte sich upp syn pert, unde nam de frwen hinder sich upp, unde vejt ut dem Lande. Do packede sich Bodeke (HOEDEKE) vocant accolae) de geyst to dem Bischoff Bernde to Hildessem, unde se de, Plettener wake upp, de Greueschopp to Wincseborch de steyt los. De Bischoff wart rede, unde nam Wincseborch in, also kam de Keyser unde gaff de greueschopp to dem stichte to Hildessem, alie Wincseborch unde Alvelde. Rudera antiquae arcis hincisima supersunt, Addunt etiam creduli, spectrum Hildeke in eo tractu oberrare, et viatores, transentes dex. rennestieg, callem curriculi, quo olim Comites vecti sunt Hildesheimium, in erroris deducere. Credant, quibus volupe est!*

(hh) KRANZIVS in Metropoli L. VI. c. 31. Saxoniae L. VI. c. 11.

(ii) ANNALES CORBEIENSES ad a. 1116. p. 306. *Tres C. de Insula - Liutolph de Wincseborch cum uxoris - in fraternitatem S. Viti recepti, quem honorem Principes et Nobiles certando quasi exorabant.*

(kk) Tom. I. Leibnit. script. Brunsvic. p. 706.

(ll) Diploma adtulit in lucem Rev. HEINECCIUS in Antiqq. Goslar. p. 146. Comitum Friderici Babarofae, vbi de hereditate Herimanni agebatur, incidunt in a. 1152. in eisque Petrus siue Sueuo confirmatus est in regno Daniae. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1152. p. 286. Diploma regi Daniae datum est a. 1152. in curia Mersburg et habetur in Schatenio P. I. Annal. Paderborn. L. VIII. p. 793. et PAVLLINIDiffertationibus Historicis Diss. II. §. VII. p. 24. sq. Concidunt hac ratione varietates omnes de anno Herimanni emortuali, Occisus autem is est IV. Kal. Febr. NECROLOGIVM HILDESHEIM. p. 763. T. I. Leibn.

(mm) HELMOLDVS L. I. c. LXXIII. p. 592.

(nn) CHRONICON HILDESHEIMENSE p. 747. T. I. Leibn.

(oo) Henricus Ep. XXIX. Hildesimensis omnia fere amittebat, excepto Wincenburg, quum postulatus nonnullis Hermannus sancti Cyriaci in Brunsvic praepositus Episcopatum armis aggrediretur. CHRONICON HILDESHEIMENSE p. 752. Otto XXXI. Episcopus castrum Wincenburg a Beyerberg usque ad valnam muravit. CHRONICON idem p. 754. Indubie legendum est Beyerberg. Iam supra in (c) suspicatus sum, Hermannum Mathildis maritum, qui Bauaricus princeps adpellatur, ex stello a sese condito de terra exsilii sui, videlicet Bauaria, nomen imposuisse. Coniecturae autem meae non solum fauet, sed certum aduentum quoque conciliat Chronici Hildesimensis locus, qui praec manibus est, STIFTISCHE FEHDE p. 258.

WYN.

ATORIBVS  
 in repetendam comm  
 didit, liberis complu  
 em S. Viti Corbeiae fuit  
 o, frater ipfius Ludol  
 uit torneamentis Gofa  
 thiepifcopi Brementis e  
 k) Solet vocari Come  
 id equidem negari m  
 us Henricum a. 1144  
 inehufenfi dedit coeno  
 lenfi Herimanni filium,  
 Moguntino in confir  
 rquadrant. Quam autem  
 et Ludolus matre gau  
 peripici inde potefi, Lu  
 s et Vlricus vii testes U  
 a. 1147. hic 1150. He  
 iusnam fuerit filius, con  
 o esse tribuendum pro  
 tus a Sueuo legitur, t  
 os fabricentur Herma  
 e magnopere fcripton  
 s miferere interit. At  
 ienti autem anno ind  
 proinde conflat, nec  
 idunt, qui a. 1188. vix  
 lersheim. Fateor, Ha  
 ctione Diplomatis pat  
 us Leo (oo) petit Win  
 regionem morte vacu  
 Quare miffo in exfilu  
 Le

7, unde veyt ut dem Lande  
 1077 Berode in Hildesheim, au  
 De Bifchoff -ort rede, au  
 Bichte in Hildesheim, alie Win  
 dunt etiam creculi, fpectant  
 stem curricula, quo olim G  
 volupe est!

Leutolp de Wincenburch  
 et Nobilis certando quafi et


46. Comitibus Frederici Bab  
 ae Petrus sine Sueuo contra  
 Diploma regi Daniae datur  
 L. VIII. p. 793. et PAVLLI  
 rietates omnes de anno Hen  
 ILDESH. p. 763. T. I. L. 1.

Wincenburg, quum podio  
 tum armis aggredere, G  
 Wincenburg a Beyerburg  
 est Beyerburg. Un fopu  
 s adpellatur, et illo a fco  
 cturae autem meae non  
 locus, qui ptae manet

MONASTERII LIBERI GANDERSHEIMENSIS.

Leone Episcopus Hildesienfis hereditatem illam adiit? Hermannus Comes a. 1188. fuit aduocatus ecclesiae Gandersheimensis, eiusque filia Hadwigis eodem tempore heic Canoniffam egit. Id innotescit ex Diplomate Adelheidis Abbatisfae supra (§. 1.) adlato. Nequaquam vero inibi additur, Hermannum illum fuisse Comitem Wincenburgicum. Si quid iudicando adsequi possum, *FREDELVND*A vel Fritherinda, Abbatisfa Gandersheimensis duodecima, primum fuit nupta Rudolfo, Comiti Woldenbergensi, et ex eo genuit Othelricum seu Vlricum, Hermannum, et Hedewigem, quae fuit Canonica Gandersheimensis, deinceps marito orbata velum suscepit sacrum et tandem renuntiata fuit Abbatisfa Gandersheimensis. De singulis copiosius differetur loco suo. Quantum vero ad Comitatum Wincenburgicum adinet, is ex tempore exfulantis Henrici Leonis adquiescit sub pedo Episcopali Hildesheimensium, licet enim is anno 1123. a Ducibus Brunsvicenis fuerit occupatus, superiori tamen saeculo fere medio Episcopis fuit restitutus.

Quae certa sunt de Comitibus Wincenburgicis, hanc fundunt genealogiam.



§ VI. De

*WYNTZENBORG ward belegt,  
 Dat hadde ynne de rechte knecht  
 Henninck Ruscheplaten,  
 Dem kemen de Forsten recht to maten,  
 Dat se ohm affschumen dat feth,  
 Dat he by den Forsten gesammet het.  
 Hödeken hadde darmede syn spel,  
 He makede, dat dat fūr in dat pulver fel,  
 Do konden se sek nicht geweren,  
 So mosten se dat hus geven den Heren.*

(pp) Disputari solet, an Hermannus senior Wincenburgicus cum filio fuerit Landgravius Thuringiae. Sunt, qui negant, innixi eorum testimonio, qui, Ludouicum, tertium comitem Thuringiae, ex Ludouico

## §. VI.

*De aduocatia Comitum Winciburgicorum, quam praefiterunt coenobio immediato et libero Gandersheimensi.*

Ea quondam viguit consuetudo, vt Abbatissa deligeret Aduocatum et potentem et vicinum, eumque curaret ab Imperatore et Pontifice confirmandum. Initia confirmationis huiusmodi deprehenduntur penes monasterium Gandersheimense non adeo antiqua, vt Comites Wincenburgicos attingant. Si qua initio defensione singulari opus erat coenobio Gandersheimensi, eam administrabant ministeriales per loca singula, obnoxia ecclesiae maiori Gandersheimensi. Ludolfus enim conditor et auctor in singulis marcis ministeriales habuit, quos addixit et subiecit coenobio a sese fundato et constituendo. (a) Imperatoribus vero Saxonibus extinctis in Henrico secundo, maiori defensione vtendum erat. Erant in proximo Comites Wincenburgenses, huic defensionis et conseruationis officio aptissimi, clari per Thuringiam et Saxoniam nostram. Occasionem dabant aduocatae nouae erigendae ex Gleicheni genere procreatae Abbatissae,

uico secundo natum, a Lothario primum Thuringiae Landgrauium esse renuntiatum, referunt. ENGELHVSIVS Chron. T. II. Leibniz, p. 1099. alique sic arbitrantur. Nugatur auctor Legendae S. Bonifacii apud TENTZELIVM Supplem. Hist. Goth. p. 345. qui, a Carolo M. *Lantgraphium Thuringiae* esse praefectum, somniat. HISTORIA de Landgrauis Thuring. T. I. Pistor. c. XVIII. p. 1311. 1312. ed. Strunianae de Ludeuico tertio: *Hic Ludouicus, primus Thuringiae princeps et Lantgrauis, genuit Ludouicum primogenitum, qui sibi successit in principatu.* At Herimannus quoque vterque Landgrauis Thuringiae fuit, antequam ea dignitate ornaretur Ludouicus. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1143. p. 243. *Adelheids (Vdonis Stadensis filii) nupsit Lodouico, et genuit secundum Lodouicum, qui a Lothario Rege impetravit prouincialem Comitatum in Thuringia, quem eo per sententiam priuatus esset HERMANNVS de Wincenburg.* ANNALES BOSOVIENSES ad a. 1130. *Burcardus, consecratus Lotharii regis, Comes Lütchenheimensis de Saxonia, dolo domini sui de Winciburg, PRINCIPALIS COMITIS THVRINGIAE et Misnensis Marchionis, occiditur; ob quod idem Hermannus a Rege Lothario deponitur et Comes Ludeuicus pro eo constituitur Landgrauis.* Idem ANNALISTA SAXO ad a. 1130. CHRONICON GOZECENSE p. 235. *Annus quartus Lotharii Regis computatur, quum generalis curia Quedlinburg in Pentecoste celebratur. Hic Hermannus de Winciburg PRINCIPALIS honoribus, dignitatibus, principum iudicio, abdicatur: Winciburg obsidetur, capitur, incenditur, funditus subuertitur. Causa fuisse dicitur, quia Eurhardum de Luckem, regis quidem congiarium, hominem vero suum (i. e. ministerialem), pro cuiusdam castri exstructione fraude circumuenerit, et fide uiolata occiderit. Cuius PRINCIPATV Comes Ludouicus sublimatur, quippe qui Regi, vt fidelis, vt prudens, carissimus habebatur.* ENGELHVSIVS l. c. *Ipse etiam fecit primum Thuringiae Landgrauium Ludouicum, cuius pater construxit coenobium Regusborne; nam antea terra Thuringorum fuit sub comitatu de Winciburg.* In Diplomate Henrici Ducis Bawariae et Saxoniae T. I. Leibn. p. 706. dicitur *Herimannus prouincialis comes.* In Diplomate Lotharii Imp. de a. 1129. quo confirmatur venditio curtis Abbenrod, inter testes adducitur *Herimannus Landgrauis.* Potentior tamen fuit Landgrauis Ludeuici quam Hermanni ob maiores in Thuringia hereditates, ideoque auctoritatem praestantiorum. Miror, HEINECCIVM ambigere, an Hermannus Thuringiae fuerit, in Antiqq. Goslar. p. 128. ad a. 1130. Primum solide hoc monstrauit Illustris GOTTHELF BURCHARDVS STRVVE ad T. I. Pistorii a se editum p. 1311. 1312. Posteaquam vero comitatus prouincialis Thuringiae Hermanno Wincenburgico ademptus fuit, splendor et dignitas familiae ipsius in dies decreuit. Anno enim 1150. 8. Id. Maii ab Episcopo Hildesiensi litteras accipere iussus est, quas difficulter impetravit. Viget Hermannorum memoria in coenobio Dernburgensi, quod est inter Bokenem et Hildesheimium, in Reinhausen tractu intra Thuringiam, in rudibus antiquissimae arcis Wincenburg, infra quam in valle praefecturae Wincenburgensis domicilium nunc conspicitur, et in coenobio Imperiali Gandersheimensi. Nam monasterii Dernburgensis conditores ac fundatores existenter Hermannus Comes de Wincenburg et Henricus Comes de Aslo a. 1143. VI. Id. Apr. vii est in litteris Bernhardi Episcopi Hildesiensis, quae fundatio ipsa continetur. Coenobium Reinhausen ab Herimanno seniore inter alios conditum est ac constitutum. Rudera antiqua Winciburgi in colle edito restant. Partes murorum sunt durissimae et aegre pulueri pyrio incenso cedunt. Saxa, quibus olim constabant muri, maximam partem deiecta et dispulsa sunt, vt insuerent templo Pontificio circa aedes Praefecturae extruendo. Spectrum Hödeke adhuc in ore accolarum est, commorans, vt ipsi referunt, inter ruinas castri dissipati, cui vicinus est vertex montis, quem *Baierberg* adpellant, documentum Winciburgi secundi. Primum fuit in loco, qui fere iguoratur; secundum in Baierberg, dictum *Baierburg*; tertium in colle, vbi in hanc diem exstant muri quidam et alia vestigia: quartum in conualle subiacenti. In coenobio imperiali Gandersheimensi residua sunt scripta et Diplomata, quibus testatum fieri potest et exploratum, Comites Winciburgenses fuisse eiusdem aduocatos, iudices externi, et conseruatores.

- » (a) Innocentius Episcopus seruis seruorum Dei dilectis filiis ministerialibus Gandesarmensis Ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Honori vestro et saluti anime vestre noscitur conuenire, vt Gandesarmensem Ecclesiam, cui a bone memorie Ludolfo duce Saxonie, intuitu pietatis, fuistis oblati, sicut ex ipsius priuilegio cognoscitur euidenter, a malefactorum incursumus protegatis. Quocirca nobilitatem vestram monemus attentius, et hortamur in remissionem vobis peccaminum inuulgentes, quatenus predictam ecclesiam, iura, et possessiones eius dilecte in Christo filie Abbatissae ipsius

fae, Adelheidis et Beatrix, quarum illa Quedlinburgo (b) simul praefuit. Praefidebat Vdo Episcopus Hilleshemio, cognatus Abbatissarum, de quibus paullo ante mentionem iniicimus. Herimannus senior anno 1123 (c) vita functus in tabularii nostri chartis ac membranis inueniri nequit. Herimannus iunior anno 1148. cum Liutgardi Abbatissa permutauit agros quosdam in variis locis sitos. Membrana eius rei testis a me descripta et supra communicata est Diss. l. §. 8. (r) In ea Herimannus dicitur *aduocatus ecclesiae nostrae*. Sigillum eius est illaesum satisque magnum ac repraesentat barbatus et aetate proeuctum virum, qui sedet in sella et dextra tenet ferrum districtum, capulo prehensum, sinui ex transuerso impositum et laeua tenuiter contactum. Circa eum legitur scriptura maiusculis litteris expressa: *HERIMANNVS DEI GRA. COMES de WINCENBURCH*. In calce exhibemus illud aeri incisum, quod quippe antiquitas et raritas commendat. In eisdem litteris membranae mandatis commemoratur *Walterus aduocatus* inter ministeriales, quem fuisse subaduocatum et officialem aulae Abbatialis non est quod dubitemus. Discimus ex antiquissimo illo documento, Comites Winciburgenses tenuisse varia heredia extra Comitatum suum, qualia ibi referuntur fuisse mansi nonnulli in Brüneffen, Haholdeshusen, Hildebechtshusen, Siboldeshusen et Ellethehusen i. e. Hahaufen inter Borahusum et Lutterum, Brunishausen, Hilbrechtshausen, Sebbeldshausen ad Gandershemium, et Elvshausen ad Osterodam. Est extra controuersiam vtique positum, Comites Winciburgenses suscepisse feoda ab Abbatissa. Is enim eo tempore gliscebat ac erumpebat morbus, vt Aduocati tertio Denario forensi minus contenti circumspicerent pinguiora, eaque ecclesiis specioso plerumque nomine detraherent. *Friethengawi* spectabat ad patrimonium ecclesiae maioris Gandershemensis, *Gau* ille nequaquam constituisse existimandus in pago, qui vocatur *kiemen Freden*, quem olim ministeriales nostri de Freden ex feodo vel potius circa initia nomine ministerii possederunt. Circumiectos campos pagosque plures, qui innexi fuerunt Comitatu Wincenburgico secuta posthaec aetate, Abbatissae fuisse subditos, nullus ambigo, quem minus fugit, *pagum*, qui dicebatur *Gau*, nequaquam fuisse terminis pagi hodierni vnus, villaeue, circumscriptum. In hunc diem frumentum ex variis pagis comitatus Wincenburgici in annum debitum censumque Gandesiam deuehitur et coniunctum est cum redditibus reliquis ecclesiae maioris. Distincte tamen de his in praefens agendi locus non est. Arma Comitum Wincenburgicorum referebant duo cornua ceruinæ aurea, in ramos procurrentia, in area coerulea. (d) Occasionem inuentioni suppeditauit siluofus et feris refertus Comitatus, quo fruebantur, vti exempla Comitum Blanckenburgensium, Regensteiniensium et alia liquido euincunt.

ipsum ecclesie vestrum consilium et auxilium cum expedientia impendentes pro reuerentia beati Petri et nostra protegere ac defendere taliter procureritis, quod et nos gratum habere possimus et vos exinde premia consequi valeatis eterna. Dat. Lateran. V. Kl. Iulii Pontificatus nostri anno tercio decimo. Est haec Bulla ab Innocentio tertio in exordio saeculi XIII. data. Vfus eius est insignis in cognoscenda dignitate ministerialium et determinando eorum officio. Praeterea hinc innotescit vnum et alterum. Ludolfi diploma vtrumque a Pontifice Romano habetur pro genuino. In priori enim duae marcae coenobio dicantur et donantur cum *mancipis diuersi generis*; in posteriori tres marcae adduntur et *alia loca plurima cum famillis vtriusque sexus*.

- (b) In Innocentii Papae III. priuilegio, Romae dato apud S. Petrum XVI. Kal. Febr. Pontificatus anno decimo, nominantur inter benefactrices coenobii Reinhauensis Erika in Ringelem et Adilais in Quedlingueburg Abbatissa. To. I. Leibn. p. 707.
- (c) *CHRONICON STEDERBURGENSE* ad a. 1123. *Hermannus Comes obiit*.
- (d) D. *LACOBVS PHILIPPVS SPENERVS* in Opere Heraldico Par. spec. p. 409. *MEIBOMII* Chronicon Marienthalense T. III. rerum Germanicarum p. 256. *ECKSTORMII CHRONICON WALCKENRE-DENSE* p. 309. *LYCAS* in Grafen-Saal p. 781. I. G. *LEVCKFELDIUS* in Antiqq. Gandersheim. c. XXV. §. 9. p. 286.

§. VII.

De Comitibus, Ducibus Nordheimensibus et eorum genealogia.

*Nordheim* est oppidum, distans Gandershemio ad austrum interuallo duorum miliarium. Locus olim et antiquitate et Comitum sede et coenobio S. Blasii floruit. In proximi montis vertice vestigia supersunt castris cuiusdam in silua, quam vocant *Böhmerbörgerwald*. Castello quondam erat nomen *Bomeneborch* et *Bohmerborg*, quod nonnulli confuderunt cum *Homborg*, castro ad coenobium Amelunxborn cis Holzmindam in fastigio montis posito, cuius in hunc diem supersunt ruinosae reliquiae. Comites igitur Nordheimenses saepius dici Comites de Bomeneborg non potest eis esse insolitum, qui

uocatum et potentem andum. Initia confirshemeine non adeo o defensione singulari riales per loca singula, itor et auctor in lingu a sese fundato et cono secundo, maiori de- genles, huic defensio- iaxoniā nostram. Oc- ere procreatae Abbatil- sae,

recomitatum, referat. Es- gatur auctor Legendae S. M. Landgrauum Thuringia n. 4. XVIII. p. 1311. 1312. mtepi et Landgrauum, genis quoque vtrique Landgr- ERTVS STADENSIS ad a ut secundum Ledewicum, qu- es per sententiam priuile- o. Burcardus, confessoris Winciburg. PRINCIPALIS Hermannus a Rege Lutho- ANNALISTA SARD ad 2. tempore, quom generalis- eg PROVINCIALIS honori- aptur, incenditur, fundatu videm consularium, huncen circumuenerit, et fide rudi- se qui Regi, ut fidelis, resp- in Thuringiae Landgrauum- ra Thuringorum fuit sub- xoniae T. I. Leibn. p. 706. dit 129. quo confirmatur veon- enior tamen sint Landgrau- de auctoritatem praestantior in Antiqq. Goslar. p. 125. ARDVS-STROPPE ad T. I. Thuringiae Hermannus W- creuit. Anno enim 1190. ad- difficulte impetrant. Vp- skenem et Hildesheimium, Wincenburg, infra quom- coenobio Imperiali Gande- stiterunt Hermannus Cos- i est in litteris Bernharti- usen ab Herimanno feren- e edito restant. Partes mult- olim constabant muni, ut- itra aedes Praefecturae eib- ipsi referunt, inter ruan- ammentum Winciburgi fuit- em Buerburg: tertium in- ualle subsaceni. In coeno- arum fieri potest et explorat- uservatores. libus Gandershemis Eub- velle noscitur conuenit, v- nie, intuitu pietatis, fuit in- incurribus protegati. Co- necum vobis peccantem ino- ette in Christo fuit Abbat-



geographiam mediæ æui callent. Sifridus, Comes de Bomeneborch, fuit olim aduocatus et defensor monasterii Ganderfemensis, vti ex §. 8. innoscet. I. G. LEVCKFELDIUS in eam descendit sententiam, Comitem hunc Sifridum comitem fuisse Homburgensem, (a) in quo magnopere fallitur, siquidem *Boumeneborch*, vti ipse largiri debuit Leuckfeldius, (b) perpetuo notat castrum ad Nordheimium, quod recentiori loquendi consuetudine *Böhmerburgum* est adpellatum. Quoniam vero promissimus, data occasione recensere ea, quae quidem cum nostris connexa sunt, antiquitatibus tamen Saxonice et in primis principum atque terrarum Brunsvicensium lucem nonnullam adfundere sunt apta; non inconsultum fore existimo, si hoc loco de Comitibus Nordheimensibus, quibus tandem ducatus Saxoniae adhaesit, differam. Antiquitatem Northemii et Adelingorum, qui deinceps Comites de Northem dicti sunt, colligimus ex donationibus, quae Fuldensibus obtigerunt. In eis enim *BERN* de *Northem* est obuius, (c) et *Adalhardus* cum vxore *Hucela*, qui vnam huobam in *Northem* S. Bonifacio in *Fulda* delegauit, eo fine, vt a Fuldensi aduocato in omnibus defendatur. (d) *Villa Goddingo*, quae oppidi *Gottingae* origo est, Carolo Magno non erat ignota, vti *IOANNES MABILLONIUS* (e) et nuper *IOACHIMVS MEIERVS* (f) monstrarunt. Ad *Goddingam* est pagus *Grone*, olim ciuitas imperialis, vbi diplomata permulta a Caesaribus sunt scripta et ipse *Henricus* Auceps oblesus mirabili ratione euasit, (g) *Henricus* autem sanctus mortuus est. (h) Inter *Gottingam* et *Nordheimium* in monte edito haud procul a fede generosissimorum de *Hardenberg* castellum ruinosum *Plesse* eminent, Baronum de *Plesse* olim domicilium, quos ex professo descripsit ac enarrauit *D. IOACHIMVS MEIERVS* *Gottingensis* Professor emeritus et Iureconsultus solidus, hemiplexiam dolens. (i) In proximo erant Comites de *Embike* seu *Embeca*. (k) Genealogitae originem Comitum *Nordheimensium* vulgo deducunt ab auctore *HERMANNO*, quem statuunt filium *Henrici*

- (a) In libro *von den Grafen von Beichlingen* c. XIV. p. 42. Iudicat enim ita, vt in Diplomate a. 1188. dato existimet mentionem fieri non posse Sifridi Comitis Northemensis ac Bomeneburgensis. Idem metus inaccessit *HAMELMANNO* Opp. Genealog. histor. p. 716. Quis enim ignorat, Sigfridum Comitem Bomeneburgensem a. 1144. obiisse? Verum salua res est. In diplomate Adelheidis nequaquam commemoratur, Sifridum illum a. 1188. fuisse in viuis. Origo tantum repetitur mercedis annuae singularis, qua aduocati fuerint deliniti ac deuincti, vt eo diligentius violentes omnes et insolentes imprefiones depellerent. En verba: *Quaedam ecclesiae bona in Bofelshufem (Bölshausen) sita ad decem talenta (Kornpfunde) aestimata, Sifrido Comiti de Boumeneborch, Ganderfemensis aduocato, primo fuerunt concessa pro eo, vt litones ecclesiae a violentis exactionibus aduocati omnino sint liberi.* Ostenditur, probari non potuisse Abbatissis exactiones aduocatorum in homines ecclesiae subiectos suae, ideoque, ne aduocati sic facere pergerent, PRIMO annuam pensionem Sifrido olim fuisse destinatam. Quis praeterea, quaeso, vnquam euincet, Comites Homborgenses de *Boumeneborch*, castro ad Northheimium montano, fuisse adpellatos? Concidit igitur Leuckfeldii opinio, qui ipse omnium optime notat situm Bomeneburgi, *der Böhmerburg* l. c. §. 14. p. 38. Conf. *PFEFFINGERVS* ad Vitriatum T. II. p. 429.
- (b) In *Historischer Beschreibung von dreyen in und bey der guldnen Aue gelegenen Oertern: nemlich dem gewesenen Cistercienser Kloster S. Georgis zu Kelbra nebst einer Genealogischen Nachricht von denen gelebten Grafen von Beichlingen* - Lips. et Wolfenb. c. II. §. 14. p. 38. Conf. *D. IOACHIMI MEIERI* Diss. II. de Böhmeris p. 49.
- (c) *TRADITIONES FVLDENSES* T. III. Pistorii edit. Struv. p. 645. 541. 552. 583. 587.
- (d) *Ibidem* p. 650.
- (e) *IOANNES MABILLO* de re diplomatica L. IV. N. 64. p. 285. ed. Paris. 1681. Actum *GODDINGA VILLA* in *Des nomine feliciter*. Est clausula Diplomatis Caroli M.
- (f) *Antiqq. Plessens.* P. II. C. I. §. 5. p. 103. sq.
- (g) *WITIKINDVS* L. I. p. 636. *Grone* haec erat sita in pago *Logingaha* seu *Leingow*. *WOLFHERVS* in *Vita S. Godehardi* c. IV. p. 491. *Godehardus* in pago, qui dicitur *Logingaha*, quadam die iuxta castellum *Gruona*, vbi gratia *Des* et electus et consecratus est, iter carpebat. *Otto M.* in Diplomate apud *MADERVM* in *Antiquitatibus Brunsvicensibus* p. 109. In *Grone* capellam regalem et quinque mansos, in *Gottingen* ecclesiam et telonium -
- (h) *VITA MEINWERCII* Episcopi Paderbornensis c. 89. p. 556. To. I. Leibnit. *Gruona* decumbens cum totius christianitatis inaeestimabili moerore anno vitae suae LII. regni XXII. Imperis X. Dom. Incarnationis 1024. est defunctus et *Bauenberge* translatus. *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1024. p. 725.
- (i) Inscriptus est liber: *Origines et Antiquitates Plessenses*, das ist, Ursprung und Denckwürdigkeiten der edlen Herrn von Plesse 4. Goslar. 1713. 2. alph. 8. plagg. 1. tab.
- (k) *Theodoricus* Comes de *Embike* memoratur in *Annal. Hildeshemensibus* ad a. 1106. p. 737. T. I. Leibn. *Eimbeca* vrbs a. 1267. sese submitit potestati Alberti Ducis Brunsvicensis. *BOTHO* in *Chronico picturato* p. 367. T. III. Leibn. *De van Eimbeke horden den Rüggeven van Dassel, de wolve se beschatten, do kemen de van Eimbeke unde geven sick under den groten Hertoghen Albrecht to Brunswik, de nam dat in, unde wart ör huldige Here* -

rici Ducis Bauariae filium, Henrici Aucupis nepotem, fuisse. Dolendum est, comprobari hoc nequaquam posse ex monumentis genuinae antiquitatis. Primordia igitur capienda sunt a SIGFRIDO primo. Proponam interea suspicionem quandam de patre Sigfridi, aliis, quibus vacat, examinandam. Memoratur a DITMARO, Merseburgensi Episcopo, (l) *Sigfridus Comes*, filius inclyti Marchionis *Hodonis*, in noua vrbe, vbi pater ipsius requiescat, diu versatus inter Monachos et deinde habitu Monachorum reiecto vocatus ab Ekkihardo Magdeburgum, sub Imperatore Henrico secundo. Sifridus marchio Brandenburgensis heic locum non inuenit, siquidem frater erat Mechtildis, quam Henricus Auceps duxerat vxorem. Nec alius succurrit Sifridus, in quem illa Ditmari quadrent praeter Sifridum Comitem Northemensem, tum ad aetatem et locum, tum ad nomen respectu habito. Sifridus ille floruit exeunte saeculo decimo, quem scriptores adpellant *seniorem*, *Comitem de Bommenborch* (m) *Comitemque de Northem*. BODO, Monachus Clusnensis, confundit eum cum Ottone et Bommenborgum permiscet cum Homburgo (n) aliaque falsa admiscet, nam sua transcripsit ex ENGELHVSIO, (o) qui peraeque totidem admittit naeuos. Vxor Sigfridi senioris erat Ethelinda, (p) femina pia et a crudelitibus aliena. Vterque genuit Sigfridum iuniorem, Henricum, Benno- nem et Vdonem, qui vocantur nunc de Northem, nunc de Bommeborch, Comites. Ipse Sigfridus senior mortem cum vita commutauit anno 1004. (q) Filii quatuor insignes sunt caede, quam a. 1002. in Ekkehardum Marchionem in Pölede admiserunt, (r) a qua mater penitus abhorrens, Ekkehardum de discessu ex oppido Northem hortabatur, eumque, vt sibi caueret, admonebat. SIFRIDVS II. erat tanta auctoritate, vt a

1002.

- (l) Annal. L. IV. p. 360. In temporibus suis Conradus, Suenorum duxer egregius ac eiusdem frater Heribertus Comes, nec non HODO inclytus Marchio, prob dolor! morte momentanea depressi sunt. SIGFRIDVS autem praedicti Marchionis filius, in noua vrbe, vbi pater suus requiescat, inter Monachos diu in eodem habitu conuersatus, cucullam proiecit, lascalem suscipiens vestem. Qui ab Ekkihardo, abbate suo et Gisslero Archiepiscopo vocatus ad Synodum Parthenopolim venit, et, quamuis inuitus, pristino habitu indutus iudiciali sententia, duodecimus ipse sacramentis exsoluit, exemplo vnus, qui Romae simili sententia se in conspectu praefati Imperatoris purgauit.
- (m) CHRONICON VETVS ducum Brunsvicentium et Lüneburgensium p. 14. T. II. Leibnit. Sifridus et Benno, filii Comitis Sifridi de Bommenborch, cum Comite Thiderico de Katelingeborch ipsam Ekkehardum - in Pölede occiderunt. DITMARVS L. V. Annal. p. 366. vocat eum Comitem Sigfridum, cuius curtis fuerit Northem. Pro Bommenborch saepius librarii posuerunt Homborg et Homburg, vti in ENGELHVSII Chronico p. 1088. T. II. Leibn. immo Hammenburg pro Bommenburg, vti apud HELMOLDVM Chron. Slaurotum L. II. p. 623. Sunt tamen MSta, quae genuinam scripturam seruant, vti Illustris Leibnitius vtrouique notauit.
- (n) In Syntagmate de Ecclesia Gandersheimensi p. 721. T. III. Leibnitii: Iste est Otto, qui monasterium Northemense in honorem Dni Blasii Praesulis ac Martyris aedificauit. Huc erant filii, Sifridus, Henricus et Cono, quos, vbi Ducatus Bauariae prinatus fuerant, primum Ducatus honore et nomine praenari contigit; et Comites de Homborg, de Dassel et de Euerstein vocati fuerunt, vnusquisque a loco, quem sortitus, patre distribente, fuerat. Quot errores grauissimi!
- (o) In CHRONICO p. 1088. T. II. Leibnit. Iste Otto construxit monasterium S. Blasii in Northem, cuius filii Sigfridus, Henricus et Cono, non Duces, sed Comites in Homburg, amplius dicebantur. In MSC. Cruc. legitur de Bomborg.
- (p) DITMARVS Annal. L. IV. p. 366. T. I. Leibnit. Ekkihardus insuper animaduertit Paderbornae, multum displicere antisiti (Berwardo Ep. Hildesheim.) de incepto eius inconueniens (i. e. suo, ambiebat enim regni Germaniae fastigium, quod Henricus II. obtinebat.) et propter hoc abiens, quum ad Northem SIGFRIDI Comitis curtem veniret, diligenter susceptus est, atque, vt ibi pernoctare vellet, rogatur. Intuuerat huic occulte domina ETHELIND COMITISSA, quod Sigfridus et Benno, SENIORIS SVIMET FILII, confratribus Henrico et Vdone, aliisque conspiratoribus suis, de nece sua (ipsius Ekkihardi) possit tractarent insidias, suppliciter efflagitans, vt ad ibi usque in crastinum maneret seu alio iter diuerteret.
- (q) EXCERPTA NECROLOGII FVLDENSIS p. 766. T. III. Leibnit, MIV. Sigfridus Comes. Video quidem, a Genealogistis plerisque mortem eius figi in anno 1002. At eo occisus est Ekkihardus a Sigfridi senioris filii in Pölede haud procul Osteroda et Herzbergo, vt habent numerosi scriptores et Necrologium Fuldense ad eundem annum p. 766. ac eodem vixit adhuc Sigfridus senior, vti patet ex loco Ditmari iam iam adlato.
- (r) DITMARVS pergit ita l. c. Talia Comes benigne suscipiens, propositum itineris propter eos interrumpere nequaquam (se) posse nec velle respondit. Inde protinus discedens, caute suos per omnem diem hanc circumspexit, et, vt optimus erat miles, nō terrentur, admonuit. Quod eminus hostis e latentibus insidiis considerans, quia non vtile tunc videbatur, distulit et sequenti nocte in coeptis persistere, dextris confirmauit. Peruenit autem Comes ad locum praedestinatum, qui Polithi dicitur, et facta vespere comedit et in lignea cavinata cum paucis dormitum suis. Ceteri vero quam plurimi in proximo quiescebant solario. Quos quum sopor oppido lassos grauaret, inimica manus incautos opprimens inuasit, Comitemque clamoribus immensis excitatum, a lecto celeriter surgere compulsi. Is vero braca (dic Hofe) sumet, et quibuscumque potuit, igni vires suggerit, et, quod tunc praemeditari non valuit,

ech, fuit olim aduocatus  
t. I. G. LEICKFELDI  
m fuisse Homburgensem  
e largiri debuit Leuckfeld  
reitori loquendi confus  
imus, data occasione m  
ibus tamen Saxonici e  
nullam adfundere sui  
ibus Nordheimensibus  
atem Northemii et Ade  
ligimus ex donationibus  
e est obuius, (c) et Adal  
Bonifacio in Fulda dele  
(d) Villa Goddingo, quae  
vbi IOANNES MAHIL  
erunt. Ad Goddingam el  
a a Caesariis sunt scrip  
(e) Henricus autem sancti  
e edito haud procul a h  
minet, Baronum de H  
IOACHIMVS MELIEM  
plexiam dolens, (f) h  
iltae originem Comite  
uem statuunt filium He

vi in Diplomate a. 1188. de  
ac Bommenburgensis. Iden  
im ignorat, Sigfridum Comi  
te Adelheidis nequaquam com  
entur mercedis annuae sumpt  
ias omnes et insolentes impri  
(Höbhausen) sua ad decem  
refrenant aduato, primo p  
tate omnes sui liberi. Quo  
uomines ecclesiae subiectos in  
em Sifrido olim tunc defun  
de Bommenborg, caltro ad No  
inio, qui ipse omnium optiam  
FFENGERVS ad Vitianum T.

pelegens Oertem: nemischa  
sigfriden Nachricht von de  
Conf. D. IOACHIMI MEI  
552. 583. 587.


ris, 1681. Actum GODDINGO

m Leingow. WOLFHEDT  
engulus, quodam die suu  
bat. Otto M. in Diplomate  
am regalem et quinque ma

bnit, Graua decembris  
XXII. Imperis X. Dom. In  
DESHEIMENSES ad a. 1100

erung und Denkmärdigen

ad a. 1100. p. 737. T. I. Leib  
s. BOTO in Chronico p. 1088.  
Dassel, de morte sigfriden  
adirectis et directis, dicit



10021. Ottone III. defuncto a nonnullis in Imperatorem destinaretur. (s) Nemini tamen digniori sese cupiens anteponi, Henrico secundo cedebat (t) et ex optimatibus regni ipsius erat. (u) Quomodo Eccardum Thuringiae et Misniae marchionem, qui in curte regia Frosae et Werlae efficere laborauerat, vt eligeretur imperator, e medio sustulerit, patre adhuc viuo, paullo ante ostendi. (x) Sifridus erat studiosissimus Berwardi Episcopi Hildesheimensis et consilia sua ab eo haud separabat. Berwardus autem Ottonis tertii et Henrici II. praeceptor posteritati Ludolfinae masculae maximopere fauebat ac nominatim Henrico, Hezilonis Bauarici, filio. Inter haec intolerabilius tulerat Eccardi superbiam, qui Hidesheimii ante electionem imperatoriam regem egerat et Paderbornae elatius sese gesserat. (y) Erat inter diadematis imperatorii candidatus BRVNO, Marchio seu dux Brunsvicensis, quem nonnulli Henrici Bauariae ducis filium et Henrici Aucupis nepotem constituunt. (z) Bernwardus consilijs ac destinationibus

Bru-

*fractis fenestris maiorem nocendi, quam se defendendi, hostibus aditum patefecit. Nec mora. Praeforibus occiditur miles Hermannus, et exterius ad auxilium domino properans Atulphus, ambo fortes et usque ad mortem fideles. Vulneratur insuper Ermanoldus, Imperatoris Camerarius, ac solus tunc repugnat Ekkehardus, vir domi militiaeque laudabilis, cui SIGFRIDVS, hasta fortiter emissa, nodum cervicis infregit terramque oppetere compellit. Quo casu protinus conspecto, alacriter omnes irruunt, caput amputant, et, quod miserum, funus depraedantur. Facta sunt autem haec II. Cal. Maii. Peracto tandem immani scelere, percussores laeti et incolumes redeunt. Conf. VITA MEINWERCII c. XI. p. 521. Causa tantae caedis erat Berwardus ille, qui inter sanctos relatus est, Episcopus Hildesheimensis, Sancti ab hominibus adoptati quantis laborarunt saepe peccatis! Quid electio Imperatoris magnopere ad unicum illum Berwardum pertinere videbatur? En hypocriticum Berwardi animum! Partes Ekkeharti primo sequebatur, eum, vbi suffragium sancti illius coram expeteret Hildesheimii, honorifice excipiebat et peramicem Paderbornam dimittebat, vt ad minimum videretur neutri parti addictus. Paderbornae autem pugnabat pro eligendo Henrico II. et respuendo Ekkehardo tanquam pro arcis et focus. DITMARVS L. V. Annal. p. 365. Ekkehardus cum Berwardo antistite Hildesheim venit, vbi vt Rex suscipitur honorificeque habetur. Deinde ad Pathabrunnam pergens clausas inuenit portas, et iussu venerabilis Rhetari praefulsi intronissus - Nisi heic lateret ignominiosum quiddam, TANGMARVS PRESBYTER, qui totus est in exornandis Berwardi virtutibus, vita, rebusque gestis, de aduentu Ekkehardo non siluisset tam sollicito.*

(s) ADELBOLDVS Episcopus Traiectensis in Vita Henrici Sancti Imperatoris §. 26. p. 437. percontet conspirationem Hezilonis, Brunonis, Ernestionis et Sigfridi cuiusdam Saxonis aduersus Henricum II. Scriptor quidam nuperus inde elicit, ni alius suppetat scriptor luculentior ex antiquis, Sigfridum ambiisse fastigium dignitatis Imperatoriae.

(t) DITMARVS L. V. Annalium p. 373. *Henricus vero Comes se iam defecisse animaduertens, ad urbem Crana dictam, properat ibique SIGFRIDVM, FILIVM COMITIS SIGFRIDI, inueniens, auxilio se expectantem collato inueniens, nec sibi neque huic ullam in rebellionem spem in partibus promisit. Tandem cum eo multa locutus, eandem incendit, atque ad Bohemiae tunc inuasorem Boliz laum cum domino Brunone residuisque fautoribus concessit. Sigfridus vero spe palam resistendi frustratus, non eos comitatur, sed de futura commissi emendatione certus reuertitur. Conf. D. SIMON FRIDERICVS HAHNIUS P. II. der Reichs-Historie C. VI. §. 4. p. 184. sqq.*

(u) VITA MEINWERCII §. LIX. p. 547. et §. 72. p. 551. vnde patet, Sigfridum cum fratribus heic Gandersheimis adhibuisse testem tribus et octoginta libris argenti accipiendis, et soluendis a Comite Sigebodo. Facta haec sunt a. 1018, adstantibus Wizelino Episcopo Strasburgensi, Rainwardo, qui advocatus fuit, aliisque. Quis ille Rainwardus? Num fuit Reinhardus Comes Gleichenis, postea Abbas Reinhufensis? Respondet tempus, respondent momenta alia. Malim tamen coniecturam meam suspendere quam vrgere aliusue obtrudere.

(x) Supra in notis (p) (r).

(y) DITMARVS Annal. L. V. Annal. p. 365.

(z) De Brunonis huius appetentia primum dicam, qua prosequatur ac exoptabat fastigium regni Germaniae, deinceps pauca subiiciam de eius genere, promissi memor, me occasione data illustraturum esse Saxonica et praecipue Brunsvicensia. De cupiditate illa conscendendi solum regale testantur scriptores genuinae fidei ac antiquitatis. TANGMARVS in Vita S. Berwardi c. XXXIV. p. 457. *Princeps quidam. BRVNO nomine, sciens venerabilem Berwardum Episcopum domino Henrico Duci reuerentissimo esse fialissimum, timens, ne coepts eius aduersaretur, siquid inciperet, quocumque in exitium illius vel in damnum Hildesheimensis Ecclesiae armare poterat, pro viribus insistit, hinc praedictis et rapinis passim bacchatus in loca et homines Episcopi. Sed ille more suo nusquam de fide desicnerat, quamuis multis saepe lacessitus insurris, AVCTOR VITAE MEINWERCII §. XI. p. 521. Quidam Princeps, BRVNO nomine, regni fastigium obtinere voluit, sed effectu carens, multis votis eius non fauentibus, et praecipue beatae memoriae Berwardo Hildesheimensi ecclesiae Episcopo in hominibus et bonis eius multa damna intulit. Quis Brunonis fuerit parens, disputatur. CHRONICON RHYTHMICVM principum Brunsvicentium negat, id sciri accurate a quoquam, c. XV. p. 27. T. III. Leibnit.*

Nu mercket, was uns de fornste scriffe  
Van Brunswik orkunde giffe.  
Alsus spriket he, also ek wil sagen,

Seit


Seit bi dissen dagen,  
Was BRVN Forste in Brunswik,  
Den man ok Greve heit algelik:

- - - An neyner scriffte ek las,  
Wat disse BRVN to rechte

De ersten bestunden an finen Geschlechte.

CHRONICON STADTWEGI p. 268. vocat eum dominum et Comitem Brunsvicentem. Bruno bleiff ein Her to Brunswik na Otten dode - Bruno heit ein Greve, wente dat Hertochdom, dat sine eldren hat hadden, dat hadde Otto Hermene Bilinges gheven. CONRADVS BOTHO in Chronico Brunsvicenti picturato p. 315. ad a. 987. id, quod ceteri vel noluerunt vel minus potuerunt definire, determinat, statuens, Brunonem hunc Brunsvicentem fuisse Henrici Ducis Bavariae, cuius pater erat Henricus Auceps et frater Otto Magnus, filium, quod ipsum Genealogistis plerisque fati probatur. BOTHO: Dusse Bruno dat was Herrogen Hinrikes sone to Beyeren, Keyser Otten broder des groten, so was do dut eyn wise, de eldste broder dat bleiff ein Hertoghe, de iungste eyn Greve. Vnde disse Greve Brun de gaff sich by jinen wedderen Keyser Otten, do stelde he sich so manliken in sryde, so dat se ome gheven wat landes in Sassen by Brunswik also Melverode de hoghen Wort, he leggelde so lange went dat se vorstorven de Keyseri, dat schach by disse Marggreven Brunnes sonen tyden, also Greve Lude'eff, de nam Danckwerderode unde Brunswik in, unde schreven sich Marggreven to Sassen unde Herren to Brunswik. So wunde disse Marggreve Bruno uppe disse vorbenomede stude, dat weren do borchgesete unde steyne wesse. He nam eynes eddelen Greven dochter van Krawatten, de het Hildeswida, de telde ome eynen Sonen, de heyt Bruno, de na ome su'vest geheten wart, unde besat vordan de Greveschopp to Sassen. Hic est locus ille memorabilis, in quem resolutur recentissimorum plerorumque Genealogistarum opinio, qui Henricum, Bavariae Ducem, Ottonis M. fratrem et Henrici Aucepis filium constitunt pro patre et progenitore Brunonis. Illustris GODEFRIDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS olim in ea erat haerens, Brunonem hunc per lineam descendente rectam ex Brunone Ludolfi filio, qui a. 880. ad Hamburgum a Danis victus ac interfectus fuit, fuisse ortum. Quum autem nulla sese offerret ratio, cur tempore intermedio, quod complectitur annos fere centum, nullus ex Brunonis illius profapia ac progenie, a quo Brunonem iuniorem Henrico II. aetate aequalem deriuare liceat, memoriae proditus sit vel splendore rerum gestarum aliquo emicuerit, auctor Illustris coniecturae isti misit nuntium. Ipse sententiam vel potius fluctuationem suam existare voluit in Introductione ad Tomum tertium scriptorum, Brunsvicentia illustrantium, Art. XIV. p. 12. sq. Accipe verba ipsa: Haud scio, annon et Conradus Botho in Chronico hoc nostro primus prodiderit anno supra citato 987; ex aliis haud dubie haustum, sed quis ignoramus, a Cranzo autem repetitum et auctoritate donatum; medios Principes Brunsvicenses, qui scilicet post Regnum vel Imperium, ad veteres Brunsvici Dominos in Henrico Aucepe et Ottonibus delatum, Brunsvicentem urbem cum agro vicino tenuerunt, fuisse ex eadem cum Ottonibus stirpe. Henricum nempe, fratrem Ottonis Magni, Ducem Bavariae, praeter progenitum Henricum, in Ducatu successorem (Henrici Sancti, Imperatoris, patrem) habuisse filium Brunonem, cui data sit regio aliqua circa Brunsvicum, in qua sita Melverode (Melverode de Hoghenwort) postea Ludolfum Comitem, eius filium, obtinuisse Tanqwarderodam et Brunsvicum. Atque hinc tandem intelligo, quid sibi voluerit Monachus Hamerslebenensis in excerpto, priore Tomo num. 28. edito, qui Gregorium V. Pontificem ait natum in Melverode. Villa vel vicus est non procul Brunsvico, vix vno ab urbe lapide, Guelferbytum tendentibus dexter. Ex Chronico autem Conradi Borbonis nostri picturato cognoscimus, existisse olim, qui tradidere, Ottonis II. consobrini habitasse tunc in dicto loco tanquam in Apannagio quodam; et quia putabant, Gregorium V. antea Brunonem, Ottonis III. cognatum, Saxonem fuisse: facile sibi persuaserunt, eundem filium fuisse Brunonis prope Brunsvicem habitantis; adeoque natum in Melverode dixerunt, ut originem indicarent, perinde ac si ex Principibus Brunsvicentibus medii ortum dixissent. Ex quo intelligas, Chronici picturati auctorem in assignanda origine Principum Brunsvicentium mediorum non fuisse destitutum auctoritate anteriorum. Est autem asseueratio eius certa non sit, nondum tamen aliquid occurrit, unde certo refutari possit. Et sententia verisimilitudine non caret, tum quia Brunsvicum postea tenuere, Ottonianae familiae patrimonium; tum quod Bruno ille Princeps, existit Ottoni III. ad regnum aspiravit, ut ex veteribus constat. Vnde originis admodum illustris eum fuisse oportet. Et Brunonis ac Ludolfi familiaria nomina, etiam in Ottonum familia, occurrunt. Mihi eadem verosimilitudinis lux non oboritur, si singula momenta secreta animi aestimatione mecum pensito. Brunones enim omnes in profapia Ottonis Magni quaerendi non sunt. In Vita S. Swiberti, quae falso attribuitur Markelino Presbytero, iniicitur mentio illustris Brunonis, magni satrapae Saxonum c. XXII. p. 236. T. II. Leibnit, Subertum a. 713. obiisse, breues Francorum Annales, To. II. Scriptorum Francorum a DVSCHEONIO editorum, memoriae prodiderunt. Patet exinde, quam verus ille fuerit Bruno. Vereor tamen, ne ludibrio exciperet, tribuens eum Ludolfo, de quo potissimum in hoc libro commentamur, in atavum. Quod Brunones ab Ottone tertio, certe eo defuncto, Brunsvicum tenuerunt, verum est ita, ut impudentiae incurreret crimen, qui illud infitaretur. Sed hoc potius destruit sententiam Leibnitii, Cur enim Henricus II. Sanctus Henrici rixosi, Ducis Bauarorum, filius natu maximus Brunsvicum non adit hereditatis iure? Nonne pater ipsius secundum eos, qui Brunonem pro Henrici rixosi fratre iuniori reputant, erat aetate et iure excellentior? Nec video, qua euentus verosimilitudine Bruno in animum inducere potuisset petere diadema regium, quum Henricus sanctus et aetate et gradu profapiae foret ipsi anteponeendus. Quamvis per sese ex studio consequendi regalem honorem nil solidi colligi possit pro cognatione cum Ottonibus stabienda. Premebatur Henricus secundus a competitoribus, qui ex gente Ottonum oriundi haud erant. Perplacet ea propter mihi opinio D. CONRADI BERTHOLDI BEHRENS, in quam merito descendo. Edidit illam in hochgemüßigten Schreiben an einen vornehmen Freund, betreffend die von Herrn Johanne GEORGIO von ECCARD edirte Historiam Genealogicam Principum superioris Saxoniae 1724. 4. p. 19. sq. Cur, quaeso, ducatus Bavariae ab Henrico secundo

aretur. (s) Nemini  
at (t) et ex optimatibus  
snae marchionem, qui  
retur imperator, e medio  
erat studiosissimus Be-  
bat. Berwardus autem  
masculae maximopen-  
rhaec intolerabilibus tulo-  
eratoriam regem egerit  
is imperatoru candidatus  
rici Bavariae ducis filium  
ullius ac destinationibus  
Bru-  
um patre. Nec mora. Præ-  
reperit stupras, ambrosio  
viri Camerarii, ac sicut  
D. hanc fortiter emissa, nuda  
aspects, alacritas animi  
antem hac II. Cal. Mart. 1704  
V. A. MEINWERCII. XLII. 22  
st. Episcopus Hildesheimensis  
ind electio Imperatoris magis  
um Berwardi animus! Prae-  
xperet Hildesheimi, hooob  
deretur acuti parti addito  
Albeardo tanquam pro arce  
ut fuisse Hildesheim venit, in  
regni clausas inuenit portas  
omnium quiddam, T. III  
vita, rebuque gestis, de  
toris §. 26. p. 437. percente  
in Saxonis aduersus Henricu  
entior ex antiquis, Sigfridu  
eisse animadvertens, ad  
FRIDI. iuuenem, auxilia fr  
em on partibus promissit. Tam  
sorem delectam cum demum  
spondens frustratus, non est  
SIMON FRIDERICI HABI  
gfridum cum fratribus heic  
dis, et soluendis a Comite  
sburgensi, Ranwards, qu  
Comes Gleichenis, postu-  
lalam tamen conuocaturam  
exoptabat fastidium regi-  
ne occasione data illustra-  
endendi solum regale  
wardi c. XXXIV. p. 457. in  
scopum demum Henrico  
id inciperet, quocumque  
tro veritas inuenerit, hanc  
suo nunquam de fide de-  
IRCI. XI. p. 521. Quam-  
erent, multas res in  
te ecclesiae Episcopi in hunc  
utatur. CHRONICON BE-  
am, c. XV. p. 27. T. III.



ad alienum fuisset deuolutus, nec potius in Brunonem translatus eiusque posteros, si Bruno fuit Henrici rixosi, Ducis Bauariae, filius? Accipe igitur sententiam cum D. Behrensis mihi communem. Otto Magnus filium habebat praeter Ottonem secundum, Imperatorem, etiam Ludolfum, cui ducatum dedit Sueviae. Ludolfus tertiam filiam Hermanni Ducis Alemanniae Itam anno 947. teste Reginonis Continuatore, et ducatum Sueviae a Patre a. 950. in comitiis Wormatiensibus, quo ob rebellionem in patrem inflammatam excidit a. 954. defunctus a. 957. Haec egregie ostendit IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS ad Vitriarum Institutiones Iuris publici Romano-Germanici To. I. p. 411. sq. Ex hoc Ludolfo et Ita procreatus videtur Bruno senior, siquidem Otto II. in Diplomate, quod exhibet Illustris, nuper demortuus, ECKARTVS l. c. p. 271. Brunonem illum vocat nepotem suum. Non fuit eius ex filio nepos. Otto III. enim prole caruit. Ergo, quia nepotes ex sororibus, nondum deficiente alia stirpe mascula, patrimonium Ottonum adire et per hereditatem sibi vindicare non potuerunt, nepos ex fratre intelligendus est. Finge enim, Brunonem e genere diuersissimo fuisse ortum. Adde, quod scriptores non praetermittant significare mutationes ducatum, sed potius sollicitè notauerint ducum e gente noua constitutionem. De Brunone autem silent omnes. Quid inde veritati magis videtur congruere, quam Brunonem seniorem, intermediorum dominorum caput et exordium, hereditatis iure consecutum esse terras Brunuico adiacentes. Quo anno natus, quo defunctus sit, litterarum monumentis consignatum haud legimus. Hildeswinda vxor nititur auctoritate Conradi Bothonis. De Ludolfo animaduertimus genealogiae causa vnum et alterum, EDITH mater ipsius obiit a. 946. relictis ex se duobus liberis Ludolfo et Lutgarde, quorum illi a. 949. MATHILDA est nata, haec autem nupsit duci Franconiae Conrado a. 949. et obiit a. 954. Haec constant ex Chronico Quedlinburgensi p. 279. T. II. Leibnit. Mirum est, scriptores tacere Brunonem in recensendis Ludolfi liberis, Improlem cum fuisse nemo tamen ausit contendere. Hinc oritur tabula:

LUDOLFVS, Dux Saxoniae orientalis primus † 875.

Vxor Oda † 913.

OTTO ILLUSTRIS † 912.

HENRICVS AVEPS † 936.

Tancmarus,	OTTO Imp. † 973. Vx. 1. Editha † 946. 2. Adelheid.	Bruno † 965. Archiep. Colon.	Henricus rixosus Dux Bauariae † 955.	Mechthildis Abbatisa prima Quedlinb. † 942.
1. LUDOLFVS † 957. Vx. Ida	2. Mechthild Abbatisa Quedlin- burg. † 999.	2. Otto II. Imp. † 983. Uxor Theopha- niana	Henricus, He- zilo † 989. Vxor Gisela Burgundica. Ipse sepultus in Gandersheim	Gerberga Abbatisa Gandersh. † 1000.
1. Otto Dux † 982. Mathil- da ex Lotha- ringia	Ludol- fus Ep. Osnabrug. † 938. ex Croa- tia	BRUNO Otto III. Imp. † 1002.	Henricus II, Imp. † 1024. Vx. Cun- negunda Comes Palatina ad Rhe- num	Gerberga Abbatisa in Essen † 1027.
Egbertus C. Saxo- niae,	BRUNO † 1014. Vx. 1. Gisela C. de Werle. 2. Gisela Dux Sueviae. Sic vulgo,	Mathil- dis vx. Azonis Gandersh. † 1038.		Bruno Ep. Aug. † 1027.
	LUDOLFVS † 1038. Vx. Gertrudis Comes Flandriae.			Gisela vxor Stepha- ni R. Hungar.
	EGBERTVS Marchio † 1068. Vx. Irmgardis Comes de Segulio *	Bruno occisus 1059.		
	Egbertus occisus a. 1090. Vxor Oda Misnensis marchionis filia	Gertrudis † 1117. ** vx. 1. Hen- rici C. de Northheim, 1079. 2. Diederici C. de Catelnburg		

\* CONRADVS BOTHO in Chronico picturato vocat eam Garborgem nobilis Domini de Landerberge filiam, et ex ea natos recenset 1) Egbertum, 2) Mettam, nuptam regi Longobardiae, 3) Gertrudem, ad a. 1046. p. 325. To. III. Leibnit, LAMBERTVS SCHAENABVRGENSIS ad a. 1076. p. 176. et MONACHVS HERVELDENSIS ad a. 1068. p. 388. vocant Egberti huius vxorem viduam Ducis Ottonis de Swinenfurt.

\*\* Dedo Marchio Misniae genuit Henricum Marchionem de Hileburg, qui genuit ex Gertrude, quae de Brunewig, Marchionem Henricum iuniorem, Chron. Mont. Seren. p. 203.

Bruno

Brunonis praecipue reluctatus, (aa) videtur omnino participem consilii in eo Sifridum habuisse. Ceterae Sigfridi res gestae tenebris et silentio sunt inuolutae. Qua coniuge usus sit, cum ignarissimis iuxta ignoro. Videtur autem obiisse anno 1025. (bb) Illustrissimus Sifridi filius fuit OTTO, quem scriptores vocant *Ducem de Northem* (cc) et *ducem Saxoniae*, (dd) emicans auctoritate haud secus ac prudentia et rerum bellicarum exercitatione. (ee) Virtutibus eius tantopere fuit AGNES, Imperatrix vidua, Henrici IV. mater, ut omne in id posuerit studium, quo Ottonem ducatu Bauariae exornaret, virum quippe industrium et fulciendis imperii viribus aptum natum. (ff) Anno proinde 1061. (gg) dignitatem illam nouam cum Saxoniae ducatu coniunxit. Quum autem

AGNE-

Bruno, Brunonis filius, vxore vtebatur Gisela de Werle. *CHRONICON RHYTHMICVM* Principum Brunsvicensium c. XV. p. 27. To. III. Leibnit. addit, eam antea fuisse vxorem Leopoldi, nati ex Ernesto duce Sueviae, et ex eo procreasse Hermannum, vti adicit *STADTWEGII CHRONICON* p. 269. quod in eo tamen fallitur, quod adferat, Henricum III. Imp. natum fuisse ex Gisela et Brunone. Nam Henrici Imperatoris mater equidem fuit sed nupserat, obeunte Brunone, Conrado II. Salico Imperatore, vti est apud *AVCTOREM ANONYMVM CHRONICI BRVNSVICENSIVM DVCVVM* p. 6. 7. ed. Mader. in *CHRONICO RHYTHMICO* laudato p. 27. 28. T. III. Leibn. et *BOTHONEM* p. 320. Si autem scriptores antiquissimos et Brunoni aetate aequales consulimus, Gisela Ernesto Duci Sueviae nupsit et ex eo suscepit Ernestum et Hermannum. *OTTO FRISINGENSIS* L. VI. c. 28. p. 132. *ANNALISTA HILDESHEIMENSIS* ad a. 1038. p. 729. addit tertium filium Liudolfum Comitem, immatura morte functum. Gisela deinde matrimonium, scriptoribus vetustissimis perhibentibus, contraxit cum Conrado, postea Imperatore et ex eo genuit Henricum III. nigrum, Beatricem et Mathildin. *CHRONICON QVEDLINBURG.* ad a. 1025. p. 296. *GISELA* igitur Brunonis vxor non fuit eadem, sed ex prolapia quadam Venetica, quod conuicio ex eo, quod Saxonici scriptores nonnulla addunt de progenie connexa Venetica. Ex *Wenethe* videtur tactum *Werle*. *CHRONICON VETVS* ducum Brunsvicensium et Lunenburgensium p. 15. To. II. Leibnit. *His temporibus in Brunswick princeps fuit Bruno, qui Comes dictus est, quod esse potuit, quia ducatus, quem praedecessores sui tenuerunt, maribus deficientibus ab Ottone I. Hermanno, Bilungis filio, est donatus. Brunonis vxor fuit Domina de Werle, quae eidem genuit Ludolfum - Porro Ludolfus genuit Ekbertum et Brunonem. Hi in Meriborch, Principibus ab Imperatore vocatis, venerunt prope Nendorp ad flumen, quod Salica dicitur. Vbi ipsi Otto et Wilhelmus fratres, Principes Thuringiae, hostes eorum, occurrunt, et, bello commisso, Brunonem occiderunt, Ekbertum grauius vulnerantes - Et p. 16. Ekbertus, Brunonis defuncti frater, qui Marchio dicebatur, genuit Ekbertum et Gertrudim. Quae defuncto patre et fratre a fautoribus Imperii interfecto, hereditatem in Brunswick obtinuit. Cui fidelis erat inter alios ministeriales Widekindus de Wulferbusle, auus Eberti, patris Guncelini, patris Burchardi de Asselborch, adeo ut pro eo obses esset Henrico IV. Imperatori. Cuius Widekindi fidelitatem et constantiam Imperator ipse comperiens, castrum Scharnuelde - ei iure contulit feudali - Gertrudis nupsit Comiti Henrico, qui Pinguis dicebatur, qui fuit filius Ottonis de Northem, Ducis quondam Saxoniae, et erat de progenie Sifridi, Comitis de Berneborch (Bommelborch,) cuius filius - Ekkehardus Marchionem in Polede occiderunt. Gertrudis de Henrico genuit Rikysam, quae tradita est Ludero, qui fuit filius Comitis Gheuehardi de Supelngheborch, et erat potens et industrius -*

- (aa) *TANCMARVS PRESBYTER* in Vita Berwardi Ep. Hild. c. XXIV. p. 457.
- (bb) *NECROLOGIVM FVLDENSE* ad a. MXXV. p. 767. *Sigefrisus Comes.*
- (cc) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. III. p. 282. *Oda Marchionissa obiit. Haec fuit filiastra (i. e. priuigna) Ottonis Ducis de Northem - -*
- (dd) *CHRONICON BRVNSVICENSE* vocat eum *Ottonem de Northem, Ducem quondam Saxoniae*, apud *LEIBNITIVM* p. 16. T. II. et p. 5. apud Maderum in *Antiqq. Brunsvic.* Eadem repetit *IOHANNES STADTWEGEN* in *Chronico* T. III. Leibnit. p. 269. *HENRICVS BODO* in *Syntagmate* de constructione coenobii Gandersheimensis T. II. rer. German. Meibom. p. 503. et T. III. Leibnit. p. 721. *THEODORICVS ENGELHVSIVS* in *Chronico* p. 1088. T. II. Leibnit. p. 201. edit. Maderianae separatae Helmstadt. 1671. 4.
- (ee) *VITVS ARENPECK* in *Chronico Baiuar.* p. 660. T. III. Leibnit. *Otto, Dux Bauariae, ab Agnete Imperatrice constituitur. Hic itaque Saxo genere, vir amplissimae nobilitatis, prudentia rebusque bellicis paucis erat comparabilis: et in tanta apud vniuersos primates excellentia habitus, ut Rex Hainricus, qui iam Saxonibus suspectus et inuisus erat, ipsum contra se in regni fastigium eleuari posse formidaret, si res sua secus cederet.*
- (ff) *LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS* ad a. 1061. p. 166. *Imperatrix Ducatum Baiariae, quem, post mortem Conradi filii sui usque ad id tempus per se ipsam administrauerat, Ottoni dedit, videns, eum virum industrium et iuuandis regni negotiis satis opportunum. MONACHVS HERVELDENSIS* p. 381. apud *SCHARDIVM* T. I. eadem verba ad eundem annum repetit.
- (gg) Eum annum definiunt *LAMBERTVS* et *MONACHVS HERVELDENSIS*, auctores aetate et fide praestantes. *CHRONOGRAPHVS SAXO* et *CONRADVS VRSPERGENSIS* annum determinant 1069. Ille ad hunc annum p. 258. 259. ita: *Agnes Imperatrix, mater regis Henrici, taedio affecta, vel potius diuinitus compuncta, ducatum Bauariae deposuit, et regni gubernacula penitus spernens pro Christo, Romam se contulit - Hic eadem repetit ad annum eundem p. 168. Ipse sibi contradicit *CHRONOGRAPHVS SAXO*. Habet enim haec ad a. 1063. p. 256. *Agnes Imperatrix sacrum velamen accepit. Ipsa a. 1077. 14. Decembris obiit Romae. CHRONICON STEDERBURGENSE* ad a. 1077. p. 853. *ANNALES HILDESHEIMENSES* p. 732. *EPITAPHIVM AGNETIS* apud *BARONIVM* To. XI. *Annalium ecclesiasticorum* ad a. 1077. n. 78. p. 540. *An. MLXXVII.* ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi - Agnes*

Mechthildis Abbatisa  
prima Quedlinb.  
† 942.

Gerberga Sophia  
Abbatisa Abbatisa  
Gandersh. in  
† 1000. Essen

Bruno Gisela  
Ep. Aug. vxor  
† 1027. Septi  
mi 1  
Haug

Domini de Landeburg  
ingobardiae, 3) Gertrudis  
NSIS ad a. 1076. p. 176.  
ius vxorem videlicet  
si genuit ex Gertrude, p. 203.

*AGNETA* illa Henricum principem filium, qui postea imperii Romani clauo admotus est, tractaret ad nutum Episcopi Augustani Henrici, quo cum in incesti amoris suspitionem inciderat, et sub specie educandi Imperatoris futuri multa moliretur, quae feminam minus decent; Colonienſis Archiepiſcopus, Comes Egbertus, et Otto, dux Bauariorum et Northeimii, communicatis inter ſeſe conſiliis, a matre et Episcopo Augustano principem ſegregarunt et mira arte per Rhenum nauicula ad inſulam S. Suitberti abripuerunt. Rex noua hac rerum facie perterritus incertumque habens, quid conſilii de ſe captum eſſet, atque ſuſpicatus, vim ſibi illatum iri, praecipitauit ſeſe in Rhenum, in quo periſſet, niſi Ecbertus Saxoniae Comes, periculum propriae vitae ſubiens, eum extraxiſſet, ruruſque in nauim reſtituiſſet. Quo facto Ecbertus et Otto regem adoleſcentulum blanditiis ſuauiſſimis byſſiniſque verbis permulſum perduxerunt Coloniam. (hh) Quenam controuerſia olim inter Camerarios Episcopi Hildesheimenſis et Abbatis Fuldenſis in templo Goſlariae oborta ſit, nemo facile ignorat, ſiquidem adiecta fabula de mugitu diaboli, in aede ſacra audito, celebrior eſt litis ipſius (ii) rationibus. Hiſce interpretem, qui in medium conſuleret, ſe interpoſuit Otto, ipſamque controuerſiam amice et feliciter compoſuit. (kk) Eodem anno 1063, Episcopi, Hamburgeniſis et Bremenſis, toti in eo fuerunt, vt Abbatiam Corbeienſem ad ſeſe traherent,

*Imperatrix Augusta post mortem viri sui Henrici Imp. II. An. XXII. die XIV. mensis Decembr. animam bonis operibus foecundam saluatori suo atque omnium bonorum Deo auctori reddidit. Otto autem iam anno 1062. fuit Dux Bawariae. Conſtat id ipſum ex Diplomatiſ. Henricus IV. Imperator a. 1062. donat Hezloni Episcopo Hildesheimenſi foreſtum quoddam et bannum. Donationis inſtrumentum exhibetur a SCHATENIO L. VI. Annal. Paderborn. ad a. 1062. p. 555. diciturque datum, conſente et conſente OTTONE, Bawariorum Duce, - Eodem anno IX. Kal. Nouembr. Henricus Imperator Ratiſbonae diploma expediendum curauit, quo Adelberto, Hamburgeniſi Archiepiſcopo, conſtitutus Bernhards Comitiss in proprium datur, ad ſatiſfaciendum petitioni Ottonis Ducis, Bertoldi Ducis, Ottonis Marchionis et aliorum. Diploma publicauit LINDENBROGIUS p. 141. Privilegiorum Hamburgeniſium §. 26. cum MADERO, olim Rectore Scheningeniſi, in Appendice ad Adamum Bremenſem §. XXII. p. 227. Quod autem Otto hic fuerit Bawariae Dux, innotefcat ex alia charta, cuius beneficio idem Imperator Adalberto iam dieſo Comitatum Vdonis Marchionis conſert et donat. Haec eſt obuia apud eundem LINDENBROGIUM l. c. §. 27. p. 142. et MADERVM l. c. §. 23. p. 229. 230. Addo, Ottonem Ducem Bawariorum cum aliis a. 1062. ſuſcipuiſſe Henricum V. puellum matri Agnetae et Henrico Episcopo Augustanae, vt teſtantur LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS p. 166, 167. et ſcriptores illius aetatis reliqui.*

(hh) LAMBERTVS ad a. 1062. p. 166, 167. *Ea res Principes grauiter offendebat, videntes ſcilicet, quod propter vnus priuatum amorem ſua, quae poſſimum reipublicae valere debebat, pene obliterata fuſſet. Itaque indignitatem rei non ferentes, crebra conuenticula facere, circa publicas functiones remiſſius agere, aduerſus Imperatricem popularium animos ſollicitare, poſtremo omnibus modis niſi, vt a matre puerum diſtraherent, et regni adminiſtrationem in ſe transferrent. Ad vltimum Colonienſis Episcopus, communicatis cum Ecberto Comite et cum OTTONE DVCE BAWARIORVM conſiliis, nauigio per Rhenum ad locum, qui dicitur S. Suitberti inſula, venit. Iſtum rex erat, qui dum quadam die poſt ſolemnes epulas factus fuſſet hilarior, hortari eum Episcopus coepit, vt nauim quamdam ſuam, quam ad hoc ipſum miro opere inſtruxerat, ſpectatum procederet. Facile hoc perſuaſit puero ſimplici et nihil minus quam inſidias ſuſpicanti. Quumque nauim ingreſſus fuſſet, ſtipantibus eum hiſ, quos Episcopus factionis ſuae ſocios ac miniſtros parauerat, repente remiges inſurgunt, remis incumbunt, nauim dicto citius in medium fluminis impellunt. Rex, noua rerum facie conſuſus, incertusque animi, nec aliud quam vim et necem ſibi paratam arbitratuſ in flumen ſe praecipitem dedit, citiusque eum aqua violentior ſuffocaſſet, niſi Ecbertus Comes, dato poſt eum ſaltu, periclitantiem, ipſe quoque non minimum periclitatus, vix et aegre morti eriperet, et nauis reſtitueret. Xin blanditiis, quibus poterant, delimitam Coloniam, perducunt. En fortitudinem animi in Saxone Ecberto!*

(ii) Fute haec perſequitur et fabulae originem in Malmesburienſem, fictionibus deleatatum, conicit HEINECCIUS in Antiquitatibus Goſlarienſibus, egregie perpolitus et exaſciatis atque auctore ſuo plane dignis L. I. ad a. 1063. p. 72. 73.

(kk) BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1063. p. 343. apud Veſtifiſium; *Caedes magna Goſlariae contigit in Eccleſia, rege praefente. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad a. 1063. p. 716. Conſuetudo erat in regno per multos retro maiores obſeruata, vt ſemper in conuentu Episcoporum Abbas Fuldenſis Archi-Episcopo Moguntino proximus adſideret. Sed Episcopus cauſabatur, neminem ſibi inſtra dioceſin ſuam poſt Archi-Episcopum debere praeferrere, animatus ad hoc opum gloria - AVCTOR APOLOGIAE PRO HENRICO IV. p. 216. Contentio facta eſt inter Wezelinum (Hezelinum) Hildiniſhememſem Episcopum, et Wideradam Fuldenſem Abbatem, ſuper altitudine ſeſſionis ſuae - Inter cubicularios Episcopi et Abbatis certatum eſt pugnis atque ſcamelis pro herilis ſedis poſitione, quum illi vindicare voluiſſent Episcopo ſuo principem locum iuxta Moguntinae eccleſiae, propter priuilegium parochiae ſuae; iſti autem contra tendere propter primatum Fuldenſis Abbatiae. Abbatis cauſam tuebatur Dux Otto, et ea de cauſa Vatiniſium Hildesheimenſis Episcopi in ſeſe deriuabat odium. LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad a. 1063. p. 716. Rex natalem domini Goſlariae celebrauit. Vbi ipſa die, dum ad veſperam ſellae Episcoporum locarentur, inter camerarios Hezlonis, Hildesheimenſis Episcopi,*

rent raperentque. Ne igitur Otto conatibus ipsorum obsisteret, vtilitatibus quibusdam in ipsum collatis sese effecturos crediderunt, curantes et multum studii in eo defigentes, vt Ottoni Abbatiam Altahensem a rege puero, Henrico quarto, daretur. Frangi tamen Otto non potuit, nec pacto vilo passus est, libertatem et dignitatem monasterii Corbeiensis aliquid detrimenti accipere. (ll) Quanta tum Ottoni fuerit auctoritas in Germaniae imperio et penes regem adolescentem, praeconiis et elogiis iustissimis scriptores illius aetatis demonstrant. (mm) Qua autem iactantur homines varietate fortunae, quae mox humiles extollit, mox euectos deprimit penitusque submergit, eandem Otto Dux effugere non potuit. Petebatur dudum occultis eorum odiis, quorum oculos fulgor ipsius praestringebat. Augustanus Episcopus inuidebat Colonienfi consortium et educationem noui regis, multosque eadem tabe laborantes in societatem similitatis adduxerat. Duces reliqui animo haud satis aequo ferebant splendorem et auctoritatem Ottonis, tantum suae detractum esse dignitati opinantes, quantum adiectum fuisset alienae. Episcopi Bremenses et Hamburgenses in primis, eo quod Corbeia exciderant, insidias machinabantur in eum, quem publice praecipitem dare minus valebant. Odi enim eorum, qui se ductores ad Deum et doctores ecclesiae profitentur, sunt plerumque plumbea, Vatiniana, et internecina diabolo astutissimo conatus suos ita dirigente, vt per eos fallat, a quibus fallaciae, quia abesse debebant, metui non solent. Subornatus erat homo quidam maledicus *EGINO*, qui Ottonem dicitaret ipsi auctorem suaforemque fuisse interimendi Regis Henrici IV, tamque praefractae esset frontis, vt intrepida gladii ostentatione, quo per insidias iussu Ottonis Regem fuisset, dummodo ipse probasset consilium, transfixurus, fidem sibi faceret et impunitatem ementitae insimulationis crearet. Quo facto infidi ac inuidi proceres Germaniae tela vno veluti agmine confertissimo euibrabant in Ottonem, regemque ita obtundebant, vt Eginoni crederet, parte altera inaudita. Vocatur Dux Otto Moguntiam, non vt causam dicat, sed vt certamen singulare ineat in proximis Goslariensibus comitiis ac innocentiam suam euentu ipso fatali comprobet. Petit Dux a Rege litteras liberi comitatus cum praesidio, non detrectans cum eo suscipere pugnam forensis, qui erat vilior vilique proiectior alga ac minorum gentium ex Diis procreatus. Sufurrones, qui tantum Ducem cum homuncione vili frivolo certamini interfuturum esse dubitauerant, vellicant regi aures et monent, e re imperatoris fore, si Ottoni denegaretur comitatus liberi praesidium. Otto, ad vtrumque paratus, detrectato regio comitatus patrocinio certamen ipsum detrectat hostiumque malitiam euitat. Incendunt igitur Principes inuidi ceteros aemulatione ac odio, remque eo deducunt, vt in comitiis celebratis crimen a Caesare proponeretur et Eginno ferocior inde redditus iterum iterumque ea, quae semel detulerat, confirmaret. Exsecrantur Principes facinus, quod nondum erat euictum. Vno ore animoque omnibus sedet sententia, ducem esse laesae maiestatis reum ideoque Bauariae ducatu et capite mulctandum. (nn) Anno 1071. Rex Henricus IV.

na.

*scopi, et camerarios Wideradi Fuldensis Abbatis, grauis concertatio oborta est, citoque ad gladios prorupissent, nisi OTTONIS DVICIS BAIUARIORVM, qui causam Abbatis tuebatur, auctoritas intercessisset.*

(ll) *CHRONICON LAVRISHAMENSE* p. 77. To. Freheri primo: *Archi-Episcopi Colonienfis, qui Henricum IV. educabat et cum Godefrido duce Mantuam erat ablegatus, absentiam Adelbertus Bremensis Archi-Episcopus aucupatus, vt erat effrenis auaritia, omni arte circa aulicos molitur, vt Regis pueri eruditio et paedagogium sibi committeretur, asserens, Annonem senerae frontis, se vero ingenis mitioris esse: Regem iam maturae aetatis suae potestatis esse debere, nec tam alieno quam proprio arbitrio regni gubernacula disponere. Hic delensicis persuasionibus inflexo rege auaritia suae pandit hiatum, et duas mox regales abbatias, Laureshamensem atque Corbeensem, quasi fides deuotionisque praemium, erga Regem ambauit. Veritus autem id apud ceteros regni Principes inuisum fore, donari fecit Annoni Archiepiscopo abbatias Indam, Malmundarium, et Filike: Sigefrido Archiepiscopo Moguntino Seligenstat, OTTONI BAWARIORVM DVCI Altaha, Radolfo Sueuorum Duci Kembeten - Verum OTTONIS DVICIS fide et instantia, cunctisque Episcopi conatibus explosis, tam Abbati quam monasterio Corbeensi sua libertas, sua dignitas, incolumis seruata est.*

(mm) *LAMBERTVS et MONACHVS HERVELDENSIS* ad a. 1063. ille p. 169. hic p. 383. *Tum rex consilio vsus Colonienfis Archiepiscopi, et OTTONIS, DVICIS BAIUARIORVM, quorum tunc arbitrio respublica administrabatur - LAMBERTVS idem ad a. 1070. p. 179. Clarus eo tempore in Palatio et magnae in Republica auctoritatis erat Otto Dux Bawariorum - Eadem repetit MONACHVS HERVELDENSIS p. 390.*

(nn) *VITVS ARENPECK* Presbyter Prifingenfis in *Chronica Bawariorum* p. 660. To. III. Leibnit. *Otto Dux Bawariae ab Agnete Imperatrice constituitur. Hic itaque, Saxo genere, vir amplissimae nobilitatis, prudentia rebusque bellicis perpaucis erat comparabilis, et in tanta apud vniuersos prima-*

Romani clauo admotu  
 inocesti amoris suspicio  
 moliretur, quae femi  
 rtus, et Otto, dux Ba  
 natre et Episcopo Au  
 cula ad insulam S. Sui  
 umque habens, quid con  
 raecipituit sese in Rho  
 a propriae vitae subieci  
 chbertus et Otto regem  
 ullum perduxerunt Co  
 piscopi Hildesheimensi  
 le ignorat, siquidem ad  
 est litis ipsius (ii) ratio  
 erposuit Otto, ipsamque  
 no 1063, Episcopi, Ham  
 rbeicensem ad sese trahere  
 tent

die XIV. mensis Decembris, m  
 Deo auctori reddidit, Ott  
 mandus, Henricus IV. Imp  
 idam et bannum. Donatus  
 1062. p. 555. diciturque lo  
 m anno IX. Kal. Novemb  
 Adelberto, Hamburgensi  
 tiendum petitioni Ottonis Du  
 LINDENBROGVS p. 141.  
 hemingensi, in Appendice al  
 tariae Dux, innotescit ex ali  
 s Vdonis Marchionis confect  
 p. 142. et MADERVM I. c. 3  
 62. scripsisse Henricum V  
 ut LAMBERTVS SCHAFFN

mebat, videntes scilicet, qu  
 re debebat, gene obliterata p  
 circa publicas functiones re  
 strema omnibus modis niti, v  
 rent, ad vltimum Colonienfis  
 WARRIORVM consiliis, nam  
 rex erat, qui dum quadam  
 ut, vt nauum quendam p  
 e hoc persuasit puero sumpt  
 ter, suspensibus eum lat, p  
 u insurgunt, remis incant  
 iacie confusus, incertusque  
 le praecipitem dedit, cunct  
 tim, periculatam, vix qu  
 aueret. Xin blandissim, qu  
 Saxone Eberro!

inibus delectatum, comit  
 iatis atque auctore suo p  
 m: Caeser magna Goslari  
 IS ad a. 1063. p. 716. Ceter  
 conuicta Episcoporum Abba  
 sakatur, neminem sibi int  
 om gloria - APTOR AN  
 em (Hegelium) Hildesheim  
 sifionis suae - Inter ceter  
 sedis desistat, quam illi  
 siae, propter privilegium p  
 ariae. Abbatia caelum vultu  
 leriuitat odium. LAMBERT  
 lariae celebrant. Pii regis  
 sloni, Hildesheimensi de  
 ip.



natalem domini ac comitia Goslariae celebrat, ac, interuentu Rudolphi, Ducis Sueuorum, ducatum Bauariae tradit Welfo, Azonis filio, qui filiam Ottonis Ethilindam secum desponsauerat, (oo) Renitur Otto Northeimensis cum Magno, confederationis suae socio, et in Saxonia, quam hostes variis diuexant artibus ac calamitatibus, strenue sua tuetur. Ne vero totius imperii Germanici in se transferret inuidiam, anno eodem exeunte

tes excellentia habitus - Hinc peruersitatis materiam arripens quidam Eginno, mediocri natus loco, rebus admodum tenuis, audacia tamen et nequitia satis diffamatus; patrociniis quibusdam regis fidelibus, curiam irrepit, et magnum illum heroem, qui eum nunquam nouerat, secum de Regis nece tractasse, commentus est: se ipsum etiam, ut mos est, Potestati regiae uadem obtulit, quousque campali duello cum Duce confingers, uera comprobaret, quae retulit. Quid multa? placitis uel colloquiis regalibus, uno Moguntiae, altero Goslariae conditis, Otto cum Eginone, utpote Dux cum latrone, primas cum ignobili, congressi contempsit: sua tamen innocentia uel Eginonis improbitas minime latuit, Sic Ducatum Bauariae Otto, ut reus laesae Maestatis, amisit 1701, quem Welfo quidam, illustris et acer atque bellicosus, natus Suennus, accepit. Inimici Ottonis erant Giso Comes et Adalbertus cum filiis suis quatuor. LAMBERTVS SCHAFFNABURGENSIS ad a. 1073. p. 755. 756. Giso Comes et Adalbertus cum IV. filiis suis, quibus inuentoribus perditus (Egino) tragicam fabulam (de Ottone) confinxerat, -- occisi sunt. Verba Arenpeckii legimus etiam in CONRADO VRSPERGENSI p. 220. Chronici, et CHRONOGRAPHO SAXONE ad a. 1071. p. 259. Conf. MONACHVS HAMERSLEBIENSIS in Vitae Imperatorum p. 709. ANDREAS RATISBONENSIS Chron. Bauar. ad a. 1071. apud Schilterum p. 22. BRVNO in Historia belli Saxonici p. 106. Subiungemus hisce locum ALBERTI Abbatis Stadenensis ad a. 1105. p. 148. 149. ed. Helmaestad. 1587. 4. Otto, Saxo genere, quem, sicut praedictum est, Caesar ducatu priuauerat Bauariae, et Welponi Sueuo dederat, obisit. Imperator enim exquisita arte Eginonem quendam, non alti seminis, sed uiribus et audacia praestantem, accusare fecit iam dictum Ottonem de crimine laesae maestatis, quod scilicet de nece tractasset Regis. Unde pro expurgatione dictato duello, per sententiam Principum abiudicatus est ei Ducatus.

(oo) Seriem euentuum connectere liceat. Quum Eginno, ex malitiosis audaciae purgamentis compositus, Ottoni falsum adpersisset crimen, Caesar Ottonem Moguntiam intra sex hebdomadas accedere iussit. LAMBERTVS ad a. 1070. p. 730. Rex (Otonem) Moguntiam cum ceteris principibus ad colloquium euocauit, quid delatum esset, exposuit, negantique inducias in sex hebdomadas dedit, ut Kal. Augusti Goslariam ueniens obiectum crimen congressus cum accusatore manu propria refelleret. Aduebat Otto, dummodo Imperator praesidio liberi comitatus ipsi succurreret. Plurimi autem principes aegre ferebant, uiri illustres existimationem integerrimam in discrimen cum homine infami deduci. LAMBERTVS ad a. 1070. p. 730. Quum in haec uerba discessum esset, causari principes de iniquitate conditionis coeperunt, nec bonum nec aequum esse dicentes, ut homo nobilissimus, integerrimae apud omnes existimationis, nec ulla unquam sinistri rumoris macula attaminatus manum conferre iuberetur cum homine sceleratissimo - Otto (Dux) Deo, innocentiae suae teste et conscio fretus, cum quous etiam indigno, etiam praeter natales suos, pugnare malebat, quam tanti sceleris suspitione teneri. Igitur die statuta ad proxima Goslariae loca cum armata multitudine uenit, missis ad regem nuntius mandauit, si sibi tuto uenire, si tuto causam dicere liceret, paratum se coram uenire, et conditione, quam principes regni aequam iudicassent, crimen, cuius insimulatus fuerat, refellere. Rex ad haec atrociter et acerbe respondit, se ei nec inueniendo nec in causa dicenda pacem aut securitatem polliceri, id solum expectare, ut iuxta conditum Goslariam cominus ueniret, et si quid de innocentia sua praesumeret, conferta cum aduersario manu, aequissimo iudici Deo rem committeret, ni id faceret, se omnia legum dissidentium simultate, relegato sententiarum certamine, pro conuicto confessoque eum in tanta sceleris immanitate habiturum. BRVNO in Historia belli Saxonici p. 106. Certaminis constituto die Otto ab amicis suis Episcopis et aliis principibus praemonetur, quod si Goslariam ueniret, ubi duellum fieri debebat, etiamsi aduersarium suum uinceret, tamen inde cum uita rediret. Elegit ergo honore suo potius iniuste priuari, quam tale iudicium subire, ubi sciebat, ipsi iniustitiae uolentiam fieri. Hisce adductus consiliis Otto sese cum uilissimo proditore committi noluit. CONRADVS VRSPERGENSIS in Chronico p. 320. Placitis uel colloquiis regalibus, uno Moguntiae, altero Goslariae, conditis, Otto cum Eginone, utpote Dux cum latrone, primus cum ignobili congressi contempsit. Eadem uerba repetunt CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1071. p. 259. et VITVS ARENPECK l. c. Confer AN-DREAM RATISBONENSEM in Chronico Bauariae p. 22. Ottoni, quia Goslariae in comitiis comparere recusabat, capitale decernebatur supplicium. LAMBERTVS l. c. Rex principes Saxoniae, quod ex his oriundus esset (Otto) et hi propter priuatas inimicitias maxime inuisum eum haberent, sententiam super eo rogauit. Qui cum, tamquam manifesti criminis deprehensum, reum maestatis iudicauerunt, et, si caperetur, capitali in eum sententia animaduertendum fore decreuerunt. Haec erant fecundissima belli Saxonici semina. Henricus Rex inuadebat et populabatur Thuringia Ottonis praedia. Repugnabat Otto acriter, Thuringosque, in sese impressionem molientes, promptissime profligabat. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 220. Rex Ottonem usque quaque persecutus, quam plures munitiones eius destruit, praedia uastat, et ut uerae reipublicae hostem omnino eum delere pertractat. LAMBERTVS l. c. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1072. p. 259. 260. MONACHVS HERVELDENSIS ad a. 1071. p. 391. addit nonnulla ab aliis obcurius dicta. En locum: Nouerat Rex, haud satis placitum Principibus Baioariae, quod hoc, tum contra morem et ius, tum ipsis inconsultis, factum fuisset, et propterea quantocumque ire in Baioariam cogitabat, ut tumultum, si quis forte oriretur, per se ipsum reprimeret. Sed e diuerso haud nescius erat, si ipse longius abisset, hostes illico in Goslariam impetum facturos et clarissimum illum Regni domicilium in cinerem redacturos. Accepto a familiaribus suis consilio, quorundam Saxoniae Principes illic praesidii causa reliquit, et ipse, sicut instituerat, in Baioariam

exeunte fidei ac potestati regis sese (pp) submittit. Innocentiam Ottonis Deus ipse factis superque patefecit, ne credas, falsum esse, maleficiorum poenas recidere in scelerum administratos. Famossissimus enim ille Egon, qui crimen Ottoni Duci intenderat, in latrocinio quodam comprehensus lumina oculorum, popularibus sic statuentibus, amittit et tantopere ad incitas tandem redactus est, vt stipem publicam ostiatim corrogaret. (qq) Giso Comes etiam et Adelbertus cum filiis suis quatuor, quibus stimulantibus

tu Rudolphi, Ducis Suenor...  
Ottonis Echilindam...  
Magno, confederatione...  
ac calamitatibus, stre...  
et inuidiam, anno eodem...  
exeruit

Egino, meliori natus loco, a...  
atrocissimibus quibusdam...  
nouerat, secum de Regis...  
eadem obierit, quousque...  
id multa? placitum vel collig...  
ne, raptore Dux cum latrone, p...  
tatis impetibus mirum latro...  
nem Welfo quidem, illudris e...  
Comes et Adelbertus cum filiis...  
755. 756. Giso Comes et alid...  
quam fabulam (de Ottono) cu...  
FRADO FRSPERGENSI p. 21...  
Conf. MONACHVS FLAMERII...  
VSIS Chron. Bauar. ad a. 107...  
Subiungimus hinc locum ad...  
587. 4. Otto, Saxo genere, qu...  
si suena dederat, vixit, dux...  
ibis et audacia praestantem, a...  
scilicet de nece tractasset de...  
scatus est Ducatus.

lacie purgamentis compo...  
lex hebdomadas accedere in...  
teris principibus ad colloqu...  
domas dedit, ut Kal. Aug...  
repararefelleret. Adpuebat O...  
flumini autem principes oeg...  
homine infami deduci. LAB...  
ansari principes de iniqua...  
nobilitatem, intererrimae o...  
inani manu conferre suber...  
confusio fretus, cum quous...  
a sceleris suspitione tenent...  
tenit, missi ad regem nuntius...  
coram venire, et constanti...  
rat, resisteret. Rex ad hanc...  
pacem aut securitatem pollen...  
et siquid de innocentia sua...  
mitteret, ni id faceret, se...  
conuicto confessoque eum in...  
106. Certamini confisus...  
si Goslarium veniret, ubi...  
tum vita rediret. Elegit...  
at, nisi iniustitiae violentiam...  
i noluit. CONRADVS PR...  
Moguntiae, altero Goslarium...  
nobili congressu contempse...  
SARENPECK l. c. Consi...  
uia Goslariae in eomitibus...  
Rex princeps Saxonia...  
ime mansueto eum haberent...  
densum, remu mactate...  
fare decreuerunt. Hac...  
idatur Thuringica Ottono...  
ientes, promptissime p...  
persecutus, quam plures...  
nino eum delere pertraxit...  
60. MONACHVS HERVELDEN...  
i locum: Nouerat ite...  
ni, tunc 1751 rursus...  
itum, siquis forte mouer...  
isset, hostes illi in Goslar...  
redacturos. Accipit a famul...  
t, et 1751, sicut in...  
Lamb.

Baioariam proficisci parabat. Interea Dux Otto, videns, sibi nihil iam spei reliquum esse, cuius et bona omnia flamma hostiles absumpisset, et Ducatum alius in suam potissimum contumeliam inuassisset, statuit rem in extremum discrimen adducere, et cum Rege, ubi primum copia fieret, collocatis signis dimicare. Itaque montem, qui dicitur Hansenzun, occupauit, ut si scilicet militibus suis, quomodocumque res in praelio cecidissent, receptus foret. Eum etsi natura et situ ipso satis munitum, munitiorem tamen manu atque opere fecit, obique connecta ex circumiacentibus agris praecida Regem praefolabatur. Rex, accepto nuntio, nihil moratus, quantas in ea trepidatione potuit copias ex Saxonia, ex Thuringia, atque ex Hassia celerrime contraxit. Ceteris Principibus, qui longius aberant, mandauit, ut, si forte res sine mora et diuturnitate confici non posset, sibi, quam citius possent, armata manu concurrerent. Otto Thuringiam inuasit inter haec, Thuringosque rebelles maxima clade affecit. LAMBERTVS c. l. p. 731. Otto impetum in Thuringiam fecit - - Populabundus ultra Heschenenwege peruenit - - Thuringi, qui se ante aliquot annos sacramento obstrinxissent, ne latrones aut raptores inuitos sinevent, verum suorum direptionibus exacerbati, ad arma conclamant, conglobatis prope ingentibus copiis, hostes e vestigio insequuntur, inuentisque haud procul ab Heschenenwege certamen inferunt. - - Nec diu anceps pugna fuit. Nam his, qui cum Duce Ottono erant, impigre occurrentibus, vix primam praelii procellam sustinentes in fugam vertuntur. Inter haec bellorum flammam ducatus Bauariae Welfoni a rege Henrico IV. conceditur. CHRONICON MONASTERII MELLICENSIS ad a. 1071. p. 226. apud HIERONYMUM PEZ To. I. scriptorum rerum Austriae: Welfo Dux Baioariae factus est, expulso Ottono. Apud eundem CHRONICON SALISBURGENSE ad a. 1071. p. 341. CHRONICON CLAVSTRO-NEOBVRGICVM ad a. 1071. p. 439. CHRONICON AVSTRIACVM INCERTI AVCTORIS ad eundem annum p. 555. Welfo ille erat gener Ottonis, hoc pacto in discordiam contra eum prolapsus. MONACHVS HERVELDENSIS ad a. 1071. p. 391. To. I. Schardii: Rex natalem Domini Goslariae celebravit. Ibi per interuentum Rudolphi Ducis Suenorum, Welf Azzonis filius, Marchionis Italarum, Ducatum Baioariae suscepit. Is filiam Ottonis, Ducis Baioariorum, uxorem duxerat, et per iniurandum altera iam vice matrimonio fidem dixerat. Quamdiu itaque res tranquillae erant, quamdiu etiam bellum temere coeptum sine grandi permutatione verum sedari posse sperabat, maritalem uxoris affectum et honorem deferebat et causam socii, quantum poterat, armis et consiliis tuebatur. At ubi animaduertit, datam in eum esse sententiam, et bellum iracundiamque Regis magis indices aduersus eum crudescere, leges omnes vinculaque omnia, quibus vicissim propinquitatem firmauerant, abruptit, satius putans, periurii crimen et violatae fidei verecundiam sustinere, quam res florentissimas, desperatis ac perditis eius rebus, admiscere. Et primo in tam trepidis rebus petenti auxilium denegauit, dein filiam eius a complexibus suis et thori consortio segregauit Patrique remisit. Postremo ad ipsum eius Ducatum occupandum omnem operam intendit, nihil pensi habens, quantum auri, quantum argenti, quantum reddituum ac possessionum suarum dilapidaret, dummodo, quod cupiebat, assequeretur. Directus est ergo dolus in manu eius, et potuit, et inualuit, cunctis detestantibus, quod clarissimam atque inopinatissimam in Republica dignitatem tam foeda ambitione polluisset. Scilicet parva a Welfone per vim Henrico Leoni innocenti ablata est. Quae Monachus ille Herueldensis habet, ex LAMBERTO hausta sunt. Conferatur BERTOLDVS CONSTANTIENSIS in Appendice ad Hermannum contractum p. 344.

(pp) ADAMVS BREMENSIS Histor. Eccles. L. IV. c. 25. p. 124. 125. Dux Otto et Magnus, denastata per annum Saxonia, tandem consilio Archiepiscopi (Hamburgensis) in potestatem regis se dederunt. LAMBERTVS Archiepiscopus illum non habet, sed Eberhardum comitem. Accipe eius locum p. 732. 733. Plurimum eo tempore Rex utebatur consiliis Eberhardi comitis, sapientis admodum viri. - (Is) abiit ad Ducem Ottonem, eumque per Deum obtestari coepit, ne se suosque in - discrimen praecipitaret, nec dum ei omnem spem veniae, omnem respirandi facultatem, ereptam esse. Si -- exercitum abduceret, seque Regi iustis conditionibus dederet, sub iuramento ei se promittere, quod et veniam culpae, cuius insimulatus fuerat, et omnium, quae iure belli amiserat, restitutionem ei a Rege impetraret. Annuente eo rem ad Regem detulit, et eum haud difficulter in sententiam adduxit. Eadem repetit MONACHVS HERVELDENSIS. Vterque autem haud obscure significat, Henricum timuisse sibi a fortitudine Ottonis et Saxonum, quam Imperatores Franconici et Sueuici semper suspectauerunt et Pontifices Romani callidissime adhibuerunt in ruinas Regum Germaniae. Durum nimis erat decretum Regis, quo statuerat supplicium capitale in Ducem, qui nexui Imperii sese quidem obtulerat, at nunquam eo pacto, vt in sese eiusmodi poena locum habere posset. BRVNO in Historia belli Saxonici p. 106. Otto ad sua recessit, et associato sibi Magno - per duos fere annos cum Rege bellum crudele gessit. Verum consiliis amicorum coacti - se regiae (tradebant) potestati. LAMBERTVS ad a. 1071. p. 735. Rex Pentecosten Halberstad celebrauit. Ibi Ottonem Ducem - in deditionem suscepit. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1071. p. 344. In Pentecoste Otto iam pridem Dux Baioariae cum sociis suis Regi ad deditionem venit - - tertia feria eiusdem hebdomadae - - XVIII. Cal. Iulii LAMBERTVS ad a. 1072. p. 740. Rex Pentecosten Magadaburg celebrauit - Ibi Dux Baioariorum post integrum annum deditionis suae gratiam Regis recepit. CONRADVS BOTHO ad a. 1063. p. 327. To. III. Leibn.

(qq) MONACHVS HERVELDENSIS ad a. 1073. p. 405. cum Lamberto: Famossissimus ille Egen, qui Duci Baioa-



bus perditissimus ille fabulam tragicam eiusmodi effinxerat, a priuatis inimicis in castello ipsius Gifonis occisi et e medio sublatis sunt. Licet vero anno 1073. Welfus rebellia in Imperatorem ferret arma; (rr) Otto tamen Ducatum Bauariae recuperare non potuit. Qua de causa ab integro Saxones mouerunt lacertos ac ab Henrico IV. postularunt, vt castella, quae per Saxoniam et Thuringiam Henricus in ipsorum oppressionem exstruenda curauerit, iubeat illico dirui; singulisque Saxonum hereditates et patrimonia, per vim seu calumniam erepta, restituat: Duci Ottoni, ad quem extinguendum nefarii hominis criminatione falsa impudenter abusus sit, ducatum Bauariae reddat: ac Episcopo Moguntino, Coloniensi, Duci Rudolfo, omnibusque, qui Ottonis partes quodammodo sint secuti, impunitatem tribuat. (ss) Imperator, qui Saxones irritare nolebat, Ottoni honores quoscunque exhibuit eumque anno 1076. in artissimam admisit familiaritatem. (tt) At quemadmodum vulnera leuiter percurata facillime recrudescunt, ita inimici reconciliati raro constantissimam seruant fidem et sinceritatem. Quum igitur a. 1074. Imperator Saxonibus pro Ottone deprecantibus (uu) respondisset, sese Duci Ottoni, reposcenti Ducatum Bauariae, ex consensu et iurisdictione Principum esse satisfacturum; promisso autem fides non existeret, Otto in Caesarem asperior est redditus, vbi, sibi illud esse, re ipsa deprehenderet: et anno 1077. una cum Principibus aliis Imperatorem elegit Rudolphum, Sueviae Ducem, atque Henricum obiecit bello (xx) funestissimo: eo occiso cum ceteris Henrici IV. aduersariis a. 1081. Hermannum Lutzelburgicum renuntiat Caesarem, in cuius exercitu principatum

*Baioariae, Ottoni, capitale illud crimen intenderat, comprehensus in quodam latrocinio, a popularibus caccatus est, et ad tantam egestatem redactus, vt deinceps, ostiatim circumeundo, stipem publicam peteret. Giso quoque Comes et Adelbertus cum quatuor filiis suis, quibus innotuerat idem perditus tragicam hanc fabulam confinxerat, ab hostibus suis, ob priuatas quasdam inimicitias, occisi sunt, in Castello ipsius Gifonis, Hollenden. Deo vindicante innocentiam Ducis Ottonis -*

- (rr) LAMBERTVS ad a. 1073. p. 745. Huius coniurationis auctores ac signiferi quidam erant Bucco, Halberstatis Episcopus, Otto Dux quondam Baioariae. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1073. p. 345. Rudolfus Dux Alemanniae et Bertolfus Dux Carinthiorum, et Welfus Dux Baioariae a rege Henrico discesserunt, quia, aliis subintroentibus consiliariis, suum consilium apud Regem non valere perspexerunt. BRVNO in Historia belli Saxonici p. 108. Otto Dux querimoniam fecit, quod Ducatum Baioariae, quem diu iuste possederat, Rex sibi in nullo crimine conuicto fraude quadam excogitata iniuste rapuerit. LAMBERTVS ad a. 1074. p. 758. 760. Saxones postulant, vt Rex Ottoni, ad quem extinguendum falsa criminatione et pessimo nefarii hominis artificio impudenter abusus sit, Ducatum Baioariae reddat - Tandem ancipiti periculo permotus Rex consensit, vt Duci Ottoni Ducatum reposcenti infra anni spatium iuxta principum iurisdictionem satis faceret. MONACHVS HERVELDENSIS ad a. p. 406. 407. LAMBERTVS ad a. 1074. p. 758. Saxones Duci Ottoni vehementer insistebant, vt accepto super se regno Ducatum sibi praeretur ineundi certaminis, et prospera omnia promittenti Deo manus suas operamque non negaret. Anno tamen 1075. denuo sese regi submisit Otto. LAMBERTVS ad a. 1075. p. 786. 787. Principes tandem deditioi consenserunt - Rex ad suscipiendos eos in media late patentis campi planicie in loco, qui dicitur Spiraha assedit - Igitur introducuntur per ordinem Saxoniae ac Thuringiae primo Principes Wezil Archiepiscopus Magdaburgensis - Otto Dux quondam Baioariae - et sicut conuenerat, absque vlla exceptione Regi se dederunt. Spiraha seu Spira haec ad Helbe inter Greysfen et Kindelbrycken quaerenda est, vti perbene monet CASPAR CALVOER Part. IV. Saxoniae inferioris antiquae, gentilis et christianae L. II. c. XX. §. 414. p. 519.
- (ss) LAMBERTVS ad a. 1074. Saxones postulabant - vt Episcopo Moguntino, Episcopo Coloniensi, Duci Rudolpho, postremo omnibus, qui in hac dissensione ab eo defecissent, aut aliquid, quod eum (regem) laederet, aliarum partum studio, admisissent, impunitatem tribuat.
- (tt) BRVNO in Historia belli Saxonici p. 119. 120. Otto, sicut erat vir in omnibus prudens, ad consilia Regis frequenter accessit, et sapientia sua breui tempore promeruit, vt quidquid ad honorem Regis pertineret, eius consilio maxime Rex ipse disponderet. Denique, quem nuper habebat hostem suauissimum, eum nunc coepit habere consiliatorem fidelissimum. LAMBERTVS ad a. 1076. p. 792. 797. Otto, Dux quondam Baioariae, deditioe absolutus est, nec solum in gratiam, sed in tantam quoque familiaritatem, receptus est a Rege, vt omnia deinceps consilia tam de priuata quam de re publica ceteris familiaribus auriculariis cum eo communicaret. - Otto, Dux quondam Baioariae, in castello Hertzburg residebat. Huic Rex per totam Saxoniam vices suas et publicarum rerum procuratorem delegauerat.
- (uu) MONACHVS HERVELDENSIS ad a. 1074. p. 406. 407.
- (xx) LAMBERTVS l. c. Otto, praesidio ab utroque monte, quem occupauerat, (Hertesburg et monte lapideo) abducto, communem deinceps cum Saxonibus socialem vitam agebat. Lapidus mons fuit arx Steinbergia prope Goslarium sita ipsique vrbi imminens, vnde Nobiles vocantur factis bellicis et politis celeberrimi dicuntur de Steinberge. HEINECCIVS Antiqq. Goslariensium L. I. p. 93. scribit, Steinbergiae arcis ruinas antiquissimas esse, adeoque in omnibus, quas viderit, literis et monumentis nec volam nec vestigium eius castelli adparuisse. Sed memoratur id castellum in loco Lamberti Schaffnaburgensis laudato, et in charta Ruperti Palatini Imperatoris, qua confirmat a. 1410. emtionem arcis Steinbergiae Goslariensibus. Hanc edidit D. SIMON FRIDERICVS HAHNVS To. I. Collectio-

tum militiae administrait. (yy) Decessit tandem a. 1083. (zz) quum Henricum Regem et exercuisset satis et fatigasset. Vxori, qua vsus est, nomen fuit *RICHEZA*, (aaa) quam alii perperam adpellant Cunizam seu Cunigundam. Ex ea suscepit tres filios totidemque natas, *Henricum Pinguem* seu *Crassum* Comitem, *Cunonem* seu *Conradum* Comitem *Beichlingensem*, et *Sigfridum* comitem *Bomeneburgicum*. *Henricus Pinguis* maximus natu antecellit ceteros non aetate solum, sed etiam auctoritate, quare, quum sorores eius recensuimus, ei longius immorabimur. Ottoni erant filiae *Ethilinda*, vxor Wel-

nis monumentorum veterum et recentium ineditorum p. 275. 276. *BRVNO* l. c. p. 133. *Dux Otto* violenter honore suo priuatus (et) *Welf* Dux eodem honore non iuste sublimatus, hac conditione sibi inuicem pacis oscula dederunt, ut electo, propter quod ex utraque parte conuenerant, nouo Rege, quicumque ipsorum eum honorem iure retineret, alter ei non inuidens libenter concederet. Conf. p. 135. Inter haec dolebat Otto, filios suos duos a. 1076. Regi pro sese, ut absolueretur, obsides esse datos. *LAMBERTVS* ad a. 1076. p. 402. To. I. Pistor. ed. *Struuianae*. Saxones, deportatis in exsilium principibus suis, excepto *Ottone*, tabescebant taedio et moerore, ac omnia aduersus regem tentabant. Idem p. 406. qui pergit ita p. 410. *Rex commonitus ab Ottone, duce quondam Baiariae, ut turbatis rebus in Saxonia mature consuleret.* At *Henricus*, principum auxilio fretus, quos et carcere dimiserat, asperiora remedia antetulit comitati, belloque decreto mandauit *Ottoni*, ut contractis, quantiscunque posset, copiis secum in *Marchia Misnensi* vires iungeret. *Sed Dux Otto*, p. 411. sciens, genti *Saxonum* iustas esse causas rebellionis, id multo iam tempore apud regem crebris legationibus egerat, ut belli seminarium irarumque causas amoueret: leges ac iura sua *Saxonibus* rata manere sineret: aequitate potius quam armis tumultuantes compeferet. At vero *Henricus* rex inferebat nihilominus *Saxonibus* bellum, sibi exitiale ipsi. Quare *Otto* ipse in regem iras doloremque concepit animo. *LAMBERTVS* l. c. Igitur *dux Otto* vehementer efferatus, quod contra consilium suum rex *Saxoniam* bello rursus impeteret, ait ad *Epponem Citiensem* Episcopum - se nulla iam sacramenti, quo ei (vegi) fidem dixerit, religione teneri, quum recta et utilia suadens non audiat; insuper contra leges Dei, contra decus imperii, contra salutem animae suae, ad effundendum sanguinem innocentem, gentili ritu arma sumere iubeatur: proinde omni periurio absolutum, libere deinceps causam gentis suae, quae iusta sit, quantum valeat, armis et opibus asserturum. Reliqui principes *Saxoniae* et *Thuringiae* eadem ratione conatibus Regis intercedebant. Quum Rex consilia sua nondum damnaret, principes *Germaniae* plerique *Ulmae* conuenerunt et diem statuerunt *XVII. Kal. Nou.* quo *Triburium* conuenirent reique publicae et sacrae *Germanicarum* terrarum consulenter, cuius rei terrore permotus Rex obsides principum dimisit. *LAMBERTVS* p. 412. Duos ducis *Otonis* filios, alterum rex ipse, alterum is, qui a rege curandum susceperat, inscio rege, patri nec opinanti remisit. Iam aperte *Saxones* mouebant lacertos in Regem. *SIGBERTVS GEMBLACENSIS* ad a. 1077. p. 843. Principibus *Saxonum*, qui in deditioe imperatoris erant, relaxatis per eos, quibus commissi fuerant, *Saxones* rebellant instinctu *Hildebrandi* Papae. Quo facto plerique *Germaniae* principes *Rudolphum*, ducem *Burgundionum*, regem suum creant et inter eos *Otto*.

(yy) *BRVNO* in *Historia belli Saxonici* ad a. 1081. To. I. *Freheri* p. 152. 153. Principes *Saxoniae* cunctis gentibus *Teutonicae* linguae, non minus inimicis, quam amicis, legatos miserunt, ut *Henrico*, filioque eius, excepto, quemlibet alium Rectorem eligerent; se ei, quicumque esset, fideliter seruituros, pollicentes: quatenus omnia Regni membra, sicut olim fuerant, in unum, sub vno Rege conuenirent. Mense autem *Iunio*, exercitu collecto perrexerunt in *Orientalium Franciam*, et praedis et incendiis, eam vastando multas, quas sibi fecerant, iniurias vindicauerunt; nam flamma latum facientes iter, venerunt non longe ab *Avenberch*, ibique *Sueuos*, veteres amicos, habentes obuios, de communi negotio Regis constituendi, communi consilio tractauerunt, et, post multos Tractatus, ut *Hermannum Regem* eligerent, unanimiter omnes consenserunt. Sed dum *Saxones* laeti gloriosique redissent, nullumque dubium, de recipiendo Rege, retinerent, Principes aduersae partis, artis antiquae non obliti, quod electum Regem valde timebant, electionem eius, ne perficeretur, modis omnibus disturbare quaerebant. *Ottonem* ergo Ducem solum sibi loqui rogabant, multisque pollicitationibus ei, ut in electione vacillaret, persuadebant: non tamen, ut certum quid eis promitteret, efficere poterant. Sic eo dubitante, magna-que parte eius dubitationi consentiente, tota praeterit aestas, et pacne totam *Saxoniam* commouerat eius instabilitas. In *Novembri* vero mense iterum vocatus ad soliloquium, quum iam totus esset inclinatus ad nostrorum partes hostium, Dei misericordia faciente, ne tot suos labores, quos pro patria tolerauerat, in ultimis temporibus perderet; equus, cui insidebat, in plano campo cecidit, ipsique sessori crus unum ita contriuit, ut fere integro mense, nisi portatus, ire non posset. Igitur ad se, gratia Dei mone, reuersus se peccasse, et diuina pietate correptum esse, intellexit. Missus itaque legationibus diuersis, et hostibus renunciauit, et ciuibus suis, se semper fore fidelem et concordem fideliter repromissis. Vnde Principes *Saxoniae* valde laetati, Regem suum *Hermannum* cum magno tripudio *Goslariae* susceperunt, paucis diebus ante natalem Domini.

(zz) *BERTOLDVS CONSTANTIENTSIS* ad a. 1083. p. 351. *Hermannus* Rex natiuitatem Domini in *Sueuia* cum Principibus regni satis honorifice celebravit. Inde cum exercitum in *Longobardiam* mouere vellet, molesta sibi legatio de *Saxonia* venit, quippe quod *Otto* Dux, prudentissimus miles, obierit, quem in *Saxonia* pro Capitaneo omnium suorum reliquit - *BRVNO* l. c. annum 1081. vocat vltimum *Otonis* tempus. Post annum 1083. nulla fit *Otonis* mentio in rebus gestis eius actatis. *Bertoldus* etiam *ALBERTO STADENSI* est antiquior. Quare hic, p. 148. mortem *Otonis* in annum 1085. conferens, indubie alucinatur. In *CHRONICO HILDESHEIMENSI* T. I. *Leiba*. II. *Kal. Oddo* Comes obiit,

(aaa) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. III. p. 282. Qui *Otto* noster, ut praedictum est, ex Matre ipsius (*Odae Marchionissa*, priuigna sua) *Richeza* nomine, tres filios procreauit et filias tres.

priuatim inimicis in ca  
anno 1073. *Welfus* re  
am *Baariae* recuperat  
rtos ac ab *Henrico IV.*  
*Henricus* in ipsorum op  
e *Saxoniam* hereditate  
ci *Ottoni*, ad quem es  
vulus sit, ducatum *Baia*  
fo, omnibusque, qui *O*  
ss) *Imperator*, qui *Saxo*  
que anno 1076. in arctis  
leuiter percurata facill  
seruant fidem et sincerit  
tione deprecantibus (uu)  
, ex consensu et iurisdic  
ion existeret, *Otto* in *Ca*  
rehenderet: et anno 1077  
ueniae *Ducem*, atque *He*  
s *Henrici IV.* aduersum  
in cuius exercitu princip

vadem *latrocinio*, a populari  
vramendo, sicut publico  
incensioribus idem periculis  
inimicitias, occisi sunt, in *C*  
tis.

eri quidam erant *Bucco*, *Ho*  
*INSTANTIENSIS* ad a. 1077.  
*Welf* Dux *Baariae* a reg  
suum apud Regem non valere  
nomiam fecit, quod *Ducatus*  
fraude quadam excogitata v  
lant, et *Rex* *Ottoni*, ad quo  
pendenter abusus sit, *Duca*  
et, ut *Duci* *Ottoni* *Ducatum*  
et. *MONACHVS HERVELDVS*

*Duci* *Ottoni* vehementer op  
amicis, et prospera omnia pro  
deuotio fide regi subditis  
confessorum. Rex ad su  
*Spiraha* affectus. Igitur  
*Archiepiscopus* *Magalabury*  
exceptione Regi se dedisse  
crenda est, vi perbene m  
christianae L. II. c. XX. §.

antino, *Episcopo* *Coloniensi*  
ant aliquid, quod ex eo (reg

re omnibus prudens, ad  
quidquid ad honorem Regi  
per habebat hostem suarum  
a. 1076. p. 792. 797. *Otto*  
d in tantam quaque famam  
nam de re publica ceteris  
lauiariar, in castro *Hann*  
non procuratorem delegauit

rat. (*Herteburg* et monte  
agebat. *Lapideus* mon  
les vocantur factis bellis op  
riensium L. I. p. 91. scribit, h  
erit, literis et monumentis  
illum in loco *Lamberti* *Sch*  
confirmat a. 1410. omnino  
S *HANNVS* To. I. *Collen*

Welfi, noui Ducis Bauariae et deinceps Hermanni de Caluerla seu Caluerla in Thuringorum terris: (bbb) *Oda* seu *Ida*, vxor Timonis, Wettinensium Comitis, eique peperit Dedum Comitem et Cunradum Marchionem: (ccc) *Alia*, cuius nomen ignoratur, nupsit Conrado, Comiti Arnsbergensi. (ddd) Addunt Albertus Stadenſis (eee) et Kranzius (fff) aliam, serui cuiusdam coniugem. Henningesius intrudit, nescio qua fide, (ggg) *Gertrudim*, Godefrido Barbato Duci Lotharingiae nuptam, et *Tuncam* Gothelonis Lotharingiae Ducis vxorem, *alianque*, quam Otto de Cappenberg in matrimonium duxerit, *HINRICI PINGVIS* vxor fuit Gertrudis, filia Ecberti, Marchionis Saxoniae. (hhh) Hen-

(bbb) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1111. p. 282. *Ex quibus (Ottonis nostri filibus) unam, nomine Ethilindam, accepit Welfus, Dux Bauariae; et postquam illam repudiavit, duxit eam Hermannus de Caluerla, genuitque ex ea Hermannum Comitem - LAMBERTVS SCHAFFNABURGENSIS* de rebus German. ad a. 1071. p. 343. *Welf, filius Azonis - ducatum Baiariae suscepit. Is filiam Ottonis, ducis Baiariorum, vxorem duxerat, et per iusiurandum iam altera vice matrimonio fidem dixerat. ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1105. p. m. 148.

(ccc) Idem *STADENSIS* de Ottone I. c. *Habuit etiam quatuor filias, quarum una mater fuit Conradi de Wettin, Marchionis - CHRONOGRAPHVS SAXO* l. c. *Secunda (Ottonis filia) nomine Ida nupsit Thiemoni, Comiti de Witin, peperitque illi duos filios, Dedum Comitem, et Cunradum Marchionem - CHRONICON MONTIS SERENI* p. 2. ed. Mader. Helmstad. 1665. 4. *Dedo, Comes, filius Thiemonis Comitis et Idae, Ecclesiam B. Petri in sereno monte inchoauit. Sunt, qui addunt, eam secundas nuptias contraxisse cum Gerardo, Querfurtensium et Arnsbergensium Comite. At hoc ipsum repugnat testimonio veterum. S. Brunonis et Gerhardi Comitis mater erat Ida, pater Bruno. CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1009. p. 221. *De Gerardo seu Geuehardo idem l. c. Geuehardus genuit Burchardum et Idam. Burchardus genuit Geuehardum. Ida genuit Geuehardum comitem, patrem Lotharii Imperatoris. Si igitur huius Lotharii auus, Geuehardique seu Gerhardi parens, Comes fuit de Querfurt, quod omnino verisimillimum est, Ida simul auia innotescit. Quam igitur duae duntaxat fuerint Idae, quae Comitibus Querfurtanis nupsent, et neutra earum fuerit Ottonis Northeimensis filia, HENNINGESII aliorumque fictio corrumpit. Priorem enim Itam Chronographus dicere Ottonis filiam non omisit, si, eam ex Ottone progenitam fuisse, veritati deprehensum esset consonum. Posterioris autem pater dicitur Geuehardus, non Otto. Confer. D. SIMON FRIDERICVS HAHNIVS in der Reichs-Historie P. III. c. IV. §. I. p. 170. seq.*

(ddd) *CHRONOGRAPHVS SAXO* l. c. *Tertiam vero (filiam Ottonis) sumpsit Cunradus, Comes de Arnesberch, quae dicta est N. genuitque ex ea Fridericum Comitem - CHRONICON ALBERTI STADENSIS* ad a. 1105. p. 148. b. *Secunda (Ottonis filia fuit) mater Friderici, Comitis de Arnesberch, cuius unam filiam duxit Godefridus de Cuc, pater Comitum Heinrici et Friderici de Arnesberch, secundam duxit Otto de Cappenberch, cuius filia Elica, vxor Eilmari, mater fuit Heinrici et Christiani, Comitum de Aldenburch et Praepositi Ottonis Bremensis. ALBERTVS CRANTZIVS* Metropolis L. V. c. 32. p. 139.

(eee) *ALBERTVS STADENSIS* l. c. *Quartam deduxit quidam seruus.*

(fff) In Metropoli l. c. verba Stadenſis repetit.

(ggg) Part. II. secundi et tertii regni in quarta Monarchia p. 8. *Vxor Ottonis de Cappenberg non fuit filia, sed neptis Ottonis Northeimensis ex filia, vti ex loco Alberti Stadenſis adlato constat.*

(hhh) Filii Ottonis fuerunt Henricus Pinguis, Cuno seu Conradus, et Sigfridus. *Vxor Henrici Pinguis fuit Gertrudis, nata ex Egberto marchione Saxoniae, qui Brunsvicum ditione tenebat. CHRONICON RHYTMICVM* Principum Brunsvicensium c. XXI. p. 36. T. III. Leibnit.

De Mark Grevere Gerdrut,  
De werde Jungfrouve gut,  
Also we finden bescreven,  
De wart ok to manne gheven,  
Einen Försten herliche  
VAN NORTHEM GREVEN HENRICHE  
Der Vatte was genant;  
De heit ok an Soffenlant  
Ein Here vterkoven;  
OTTE sin vader was geboren  
Van Greven SEGEFRIDES kunne  
Van BOMENEBORCH; men secht, dat he gewonne  
Bi sner frouven, Greve HENRICH,  
Dre kint vil herlich,  
Eynen OTTEN, unde twee Jungfrouvelin,  
RITSE unde GERTRUDE megede sin.  
Disse Greve HENRICH  
Stichte dat gestichte herlich

Vppe

Henricus Pinguis occisus est cum multis aliis in Fresia, (iii) ipsi ab Imperatore tradita. Albertus Stadenfis mortem illius collocat in anno 1101. Chronographus Saxo in annum 1102. (kkk) et Conradus Botho in annum 1103. (lll) Liberos genuit HENRICVS PINGVIS Hermannum, Episcopum Coloniensem, Rixsam, Lotharii Comitis Supplin-

Vppe der were to Bursvelde  
Vnde rikede et mit gelde  
Vnde mit vil groten gude.

CHRONICON VETUS DUCUM BRUNSVICENSIVM To. II. Leibnit. p. 16. Erebertus, Brunonis defuncti frater, qui Marchio dicebatur, genuit Ekbertum et Gertrudam, quae, defuncto patre et fratre a fautoribus Imperii interfecto, hereditatem in Brunswick obtinuit. - Gertrudis nupsit Comiti Henrico, qui Pinguis dicebatur, qui fuit filius Ottonis de Northeym, Ducis quondam Saxoniae - Eadem CONRADVS BOTO in Chronico picturato Brunsvicensi ad a. 1046. suo confirmat testimonio p. 325. To. III. Leibnit. addens praeterea Henrici Pinguis liberos eaque, quae ad eos alias dignoscendos faciunt.

(iii) Ottonis filios sic recenset ALBERTVS STADENSIS ad a. 1105. p. 148. b. Hic (Otto) sepultus est Northem, et habuit tres filios, Henricum Crassum, qui fuit Landgravius, pater Rikencen, Imperatricis, qui occisus est Noracn in Fresia, et Cononem, Comitem de Bichelinc, qui etiam occisus est, et Sifridum de Bomeneburgh, patrem iunioris Sifridi. THEODORICVS ENGELHVSIVS in Chronico p. 201. ed. Mader. Iste Otto construxit monasterium S. Blasii (ita legendum pro Balsii) in Northem, cuius filii Sigfridus, Hermannus et Cono, non Duces, sed Comites in Homburg (lege Bomeneburg) amplius dicebantur. Pro Hermannus legendum est Henricus, vii iam alii et notantur et emendarunt, quia Engelhuus patrem Henricum pinguem confudit cum filio Hermanno Episcopo Coloniensi. Alius fuit Henricus pinguis, Comes de Anhalt, quem cum Northemensi confundere non decet. STADTWEIGVS in Chronico p. 269. T. III. Leibnit. Eckertus Brunschw. wart geschlagen van den Hogherren der Rykes. Do bebelit syn suster Gertrud de Hertschop to Brunschw. und nam to manno Greven Hinrike, de Pinguis brüt, Otten Sone van Northeime, de gewesen hadde Hertoghe to Sassen. Mortem eius retulimus ex Alberto Stadenfi. ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1101. p. 733. Comes Henricus gratiam Imperatoris acquisiuit, et ipse Imperator Marchiam Fresonum sibi tradidit. Qui statim illuc pergens cum uxore sua, ipse interfectus est, et illa vix enasit. ENGELHVSIVS l. c. Henricus - occisus est a militibus Episcopi Traiectensis -

(kkk) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1102. p. 279. eadem habet, quae iamiam ex Annalibus Hildesheimensibus ad a. 1101. adtulimus, ne verbulo quidem discrepante. Pater exinde, Annalistas alterius loculos alterum saepius excussisse, ac inde sumisse, quae videbantur memoratu digna.

(lll) CONRADVS BOTO in Chronico picturato Brunsvic. ad a. 1103. p. 332. In duffem Iare starff Greve Hinrick to Northem, unde wart begraven in dat Closter to Bursvelde upp der Warre, do nam Gertrudis wedder to Kattelenborch - unde de Greveschopp unde dat Hertochdom by der Weser kam to dem lande Brunswick unde Danckwerderode. IOANNES GEORGIVS ab ECKARD in Historiæ Genealogica Principum superioris Saxoniae p. 287. arbitrat, Gertrudis priorem maritum fuisse Didericum Comitem de Catelnburg, et posteriozem Henricum Comitem de Northem. At quomodo hereditas Brunsvicensis ad Henricum, nec potius ad Thidericum deuoluta esset, nisi Henricus fuisset Gertrudis prior maritus? Ita aduersus Eccardum ratiocinatur fautor noster D. CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS Sect. VIII. p. 22. in hochgenüßigten Schreiben. Vt haec dilucidius pateant, de Diderico seniore et iunior, Comite Catelnburgensi pauca intextere placet. Senior ille vixit saeculo vndecimo vergente ad finem, et a. 1075. ab Henrico IV. Imperatore cum aliis Saxonie Episcopis et Principibus praeter spem, siquidem sese inter Greussam et Kindelbrücke in loco Spiraha, \* Imperatori cum ceteris Regis hostibus nouam obedientiam praestiturus, veniae locum expectabat, manu praetoria iniecta exilio mancipatus suaeque terrae hereditariae possessionibus exutus est. Paulo post recepit immunitatem suasque terras. Quo facto infensior Imperatori redditus, Saxones ab integro ad arma arripienda oratione grauissima adhortatus est, quae existat in CHRONICO MAGDEBURG. apud MEIBOMIVM To. II. rer. Germanic. p. 303. IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS in Antiquitatibus Katelnburgensibus c. I. §. 10. p. 8. 9. in ea est sententia, Gertrudem Ecberti Brunsvicensis filiam nonnisi Henrico Pingui nupsisse; Thiderico autem Catelnburgensi Comiti vxorem fuisse Gertrudem aliam, quam aetas recentior cum Gertrude Brunsvicensi confuderit. Idque vt allerat et vindicet, nonnulla profert argumenta. Primo quidem opinatur, Gertrudem Brunsvicensem defuncto Henrico Pingui matrimonium contraxisse cum Thiderico, Magdeburgico Burggraui. Testes accersit REVSNERVM in Opere Genealogico p. 267. et Clarissimum IOANNEM HVBNERVM p. I. Tab. Genealog. 149. Non impugno merita horum testium. At in demonstratione eiusmodi eos respuo, nisi praese habeant veterum auctoritatem, qua mihi omnino vacare videntur. Alterum argumentum ex pharetra munitioni depromitur. Est illud chronologicum. Rationes autem suas vir diligentissimus sic subducit: Si Gertrudis Henrici Pinguis circa annum 1103. occisi vidua Thiderico deinceps nupsit Comiti Catelnburgensi, ipsa omnino genuit Thidericum iuniorem, Catelnburgicum Comitem, elapso iam anno 1103. At vero Thidericus iunior a. 1106. extruxit coenobium S. Alexandri in Eimbec, quod antea in Catelnburg coeptum erat. Ipse etiam a. 1107. in bello vitam amisit. HOFFMANNVS in Antiq. Katelnburgensibus MStis: Comes Theodoricus ad Rhenum in expeditionem proficiscens, Waltbrechtshusen cum omnibus appenditiis suis et duos Ministeriales Hermannum et Eilboldum cum beneficiis suis Monasterio Sancti Iohannis Apostoli dedit, praesente Edelero Praeposito, quem vice Episcopi bannum confirmationis super hoc facere rogauit, et huic privilegio id etiam adscribi praecepit. Incidunt ea in annum 1106. SIGE-

\* LAMBERTVS p. 396. ad a. 1075. SPANGENBERG Chron. Saxon. c. 193.

erla seu Calueria in Th...  
ensium Comitis, eiquepe...  
is, cuius nomen ignorat...  
us Stadenfis (eee) et k...  
intrudit, nescio qua fide...  
am, et Tanam Gotheloci...  
penberg in matrimonio...  
Marchionis Saxoniae. (libb...  
Hec

u soliti filibus) v...  
adit, dicit eam Hermannus...  
CHAPPENBERGENSIS de scrib...  
arias suscepit. In filio Ottonis...  
a vice matrimonii facti dixerat.

quarum una mater fuit Conra...  
(Ottonis filia) nonnisi Ida nup...  
tatem, et Conradum Marchionem...  
4. Dedit, Coner, filius Thoma...  
qui addunt, eam secundam...  
Cum. At hoc ipsum negat...  
da, pater Bruno. CHRONIC...  
a l. c. Gerhardus genuit Barla...  
slau comitem, patrem Lubu...  
rdi patens, Comes fuit de Qu...  
um igitur duae duntaxat facti...  
it Ottonis Northemensi filii...  
nographus dicere Ottonis filiu...  
sum esse cononem. Posteri...  
RIDERICVS HAHNVS in de

Comite Conradus, Comes de An...  
RONICON ALBERTI STADEN...  
ici, Comitis de Arnesberch, cui...  
dederit de Arnesberch, secunda...  
us Henricus et Christiani, Comi...  
NTZIVS Metropolitani L. V. c.

Ottonis de Capenberg...  
Stadenfis aditio constat...  
Sigfridus. Vxor Henrici Fe...  
m ditone tenebat. CHRON...  
ibat.

HE

gewonne

burgenfis et regis vxorem (mmm) et *Gertrudin*, nuptam Conrado Palatino Comiti ad Rhe-

*BERTVS GEMBLACENSIS* ad d. a. p. 858. T. I. Pistorii. *Coloniensibus fidem imperatori (nouo Henrico V.) seruantibus et eorum archiepiscopo filium imperatoris contra patrem suum animante, Colonia obfessa oppugnatur, sed non expugnatur. Interim Henricus Imperator Leodii moritur, eique succedit filius acquiuocus eius. De eadem expeditione Coloniensi CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 262. Ibi *Dietericus Comes regi fidelissimus infirmitate pressus communi sine migravit, vir utique nobilissima Saxonum stirpe progenitus, et tam omnigenae religioni, quam catholicae defensionis non mediocriter deditus, literis etiam aliquantum instructus. CHRONICON STEDERBURGENSE* obitum eius conuicit in annum 1107. To. I. Meibom. p. 452. et To. I. Leibnit. p. 853. *CHRONOGRAPHVS SAXO* consentit p. 281. Si quid ego video, *CONRADO BOTHONI* et *D. CONRADO BERTHOLDO BEHRENS* non est accedendum. *APOLOGIA HENRICI IV. IMPERATORIS*, antiqua sane et a Theologo aetatis superioris conscripta, litem omnem dirimit. Accipielocum To. I. Freher. p. 197. *Fit conuentus in loco, qui dicitur Gerstungun, XIII. Kalend. Februarii, anno scilicet 1085. - Tum omnes aduersae partis Episcopi ita sunt confusi, et ita deuicti, ut non haberent, quid ad haec respondere possent - - Vnde facta dissensione inter ipsos etiam Principes aduersae partis occisus est THIEDERICVS COMES, habens in coniugio SOROREM EGBERTHI MARCHIONIS: quem quum alter Thiederichus, \* suus scilicet cognatus, coepisset defendere, occisus est et ipse. Stat igitur sententia ECKARTI, Gertrudim primo nupuisse Thiderico Comiti Catelburgico, eoque matrimonio exutam fuisse anno 1085. LEVCKFELDI* argumentum prius est nullius momenti; posterius insilit falsae opinioni, quam, pro vera tantisper adsumtam, certamine vmbatico debellat ac deuincit. At quare terrae Brunsvicensis non obtigerunt Comiti Catelburgico? Obiectionem diluemus, vbi pauca praemisimus. Egbertus, Marchio Saxoniae, occisus est a. 1090. *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1090. p. 732. *Eggibertus Marchio occisus est. Hoc ipso vacuatum est Brunsvicum cum prouincis adiacente possessoribus masculis ex Ludolfo ortis, ac Gertrudis facta est eius domina. Nec tamen opus est, ut ad maritum Thidericum Katelburgensem credas deuolutam esse vel deuolui potuisse opimam illam hereditatem. Si enim nullus heres ex Thiderico et Gertrude superstes fuit, terrarum Brunsvicensium possessio cum Gertrude ad progeniem Henrici Pinguis et Gertrudis, atque ob liberos communes ad Henricum ipsum processit. Quis, quaeso, huc vsque ostendit, Theodorico illi, qui a. 1085. peremptus est, ex Gertrude fuisse prolem? Quis solide demonstrat, Theodorico illum Comitem de Katelborg, qui a. 1107. interit, fuisse ex Thiderico seniori et Gertrude procreatum? Genealogistas recentiores non moramur. Monumentis antiquis et genuinis rationibusque omnia haec metienda, Eadem de causa LEVCKFELDIO nequaquam adfentior, quando Thiderico iuniori, Catelburgico Comiti, adiungit Adelam, filiam Cunonis seu Conradi Northheimensis l. c. §. II. p. 9. Nullus enim auctorum veterum matrimonium eiusmodi memoriae prodidit. Nullus eorum Cunoni filiam illam tribuit. De Gertrude duo adhuc notamus. Primo transtulit reliquias S. Auctoris Brunsvicum: deinceps marito alteri mansit superstes. Prius momentum dabo, coniunctum cum liberis ex Henrico Pingui et Gertrude progenitis, de fonte Auctoris Anonymi, qui de S. Autore et Translatione reliquiarum eius in regionem Brunsvicensem disseruit To. I. Leibn. p. 701. En locum: *Veteri patrum traditione cognoscimus, quod Gertrudis filia Ecberti Marchionis Saxoniae, relicta Comitis Henrici de Nordheim, qui et Pinguis dicebatur, mater nobilis Ottonis et Rixae uxoris Lotharii Imperatoris, et Gertrudis Palatinae Comitissae, quum die noctuque meditaretur congregationi coenobitarum coadiuuare, et Basilicam construere, in honorem Dei et - Mariae - accidit una noctium, ut videret virum sibi assistere - qui et dixit: ego sum Auctor - quondam - Archiepiscopus Treuirorum - Ipse XIII. Kalend. Septembris migravit ad Christum. p. 702. Obiit igitur post annum 1115. nam eo anno solemniter reliquiarum dedicatio Auctoris, comitante Marclionissa, Kal. Sept. Brunsvici est facta p. 702. An autem anno 1117. defuncta sit, ut habet *HVBNERVS* Tab. 149. nondum solide pronuntiamus, nisi veteres salutemus scriptores. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad 1117. p. 284. *Gertrudis ductrix obiit. AVCTOR RELATIONIS* de S. AVTORE et *TRANSLATIONE RELIQUIARVM EIVS* p. 702. *Gertrudis viam vniuersae carnis V. Idus Decembris feliciter est ingressa. Gertrudis ex Henrico neptis Gertrudis nupit a. 1127. Pentecostali die festa Henrico magnanimo, Duci Bauariae, Augustae Vindelicorum CHRONICON MONTIS SERENI* ad a. 1127. p. 6. *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 276. Chronici. *RIXA* autem Lotharii regis vxor, mortua est a. 1141. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1141. p. 296. *Richeza Imperatrix obiit. MONVMENTVM REGIO LVTTERANVM: Richeze - vitam cum morte commutat MCXLI. Otto praematura decessit morte.***

\* Huius vxor erat Othildis. Chron. montis sereni p. 203.

(mmm) *CONRADVS BOTHO* in Chronico picturato ad a. 1046. T. III. Leibn. *De andere Dochter* (Marchionis Ecberti) *heyt Gerdrut, de nam Greven Hinrik to Northem* - Et ad a. 1099. p. 331. *Marggrevinne Gertrudis, Marggreven Eggebrechtes Dochter to Brunswick, de nam den Greven Hinrick to Northem, den Vetten, Hertoghen Otten Sone van der Weser, van dem telde se dre kynder: eyne Sone, de heyt Otto, de starff in der Joget; vnde twey Dochter, de eyne heyt Gerdrut, de nam Palz greven Corde by dem Ryn; vnd de ander het Rixa, de nam Greven Luder van Supplinborch - ALBERTVS CRANTZIVS* Saxon. L. IV. c. 44. Locum ex auctore de S. Autore et translatione reliquiarum paullo ante dedimus. Gertrudis maritus fuit *Sifridus* Comes Palatinus, non Conradus, quo nomine vocatur Comitissa Palatina. Richsa, Richenzo, Rixsa, Rixa, Richense, Rychyza, Rekinfa, Rekinse nupit Lothario Comiti de Supplinburg, qui postea Imperatoris dignitatem fuit consecutus. *CHRONICON STEDERBURGENSE* p. 854. *Gerhardus praepositus familiaritates principum, Lotharis videlicet Imperatoris et uxoris eius nobilissimae Imperatricis Richense - - affecutus est. Ipsa viris ecclesiasticis et eorum commodis admodum fauit. RIXA* in epistola ad Casinenfes apud *ANGELVM* de *NVCE* in appendice ad Chronicon Casinense p. 25. *Nos - quantum poterimus, auxiliante Deo, pro saluandis rebus ecclesiae vestrae cogitabimus. LOTHARIVS II*, in epistola ad Decanum Calinensem et Monachos

VATORIBVS  
nrado Palatino Comiti

MONASTERII LIBERI GANDERSHEIMENSIS.

Rhenum, (nnn) quem alii Sigfridum vocant. Cuno Beichlingensis Comes, Henrici Pinguis frater, vtrum maior natu fuerit, an Sigfridus aetate antecelluerit, quodammodo incertum est. (ooo) Canonis liberi fuisse vulgo perhibentur Otto Comes Beichlingensis, Sigfridus Comes Palatinus Saxoniae, ab Hoiero Mansfeldensi interemptus, Cunigunda nupta Wigberto III. Marchioni Misniae, quibus alii annumerant Adelam et Mechthildin.

chos l. c. *Salutat vos dilecta nostra Rychza, causam vestram cum omni deuotione apud nos promouere satagens.* Ipsa Rixa etiam res Imperii cogitationibus suis non iudicauit superiores, quippe quas curauit et moderata est. ANACLETVS in Epistola ad Richenzam apud BARONIUM To. XII. Annal. ad a. 1130. n. XXII. p. 202. *Audistum habemus, charissima in domino filia, quod vere christiana sanctitate resurgas, quod ecclesias diligas, quod seruos Dei piis vsque solatiis foueas; nec minoribus es profecto praeconiis attollenda, quod totius regni regimen censura iustitiae de tua potissimum dicitur moderatione pendere.* Ipsa obiit a. 1141. vti docuimus sub finem (kkk), Richenzae ex Lothario filio erat Gertrudis, nepus Gertrudis senioris ex Henrico pingui, nupta Henrico magnanimo seu superbo, vti notatum est ad calcem (kkk). Nunc addo, Gertrudem hanc, defuncto Henrico superbo thorum confcedisse cum Henrico VIII. cognominato *Jachsamergott*, filio Leopoldi pii illustris et nobilis Marchionis Austriae, vti vocatur in historia foundationis Mellicensis coenobii, et Agnetae, filiae Imperatoris Henrici IV. Nuptiae illae celebratae sunt anno 1142. HELMOLDVS Chron. Slav. L. I. c. 56. §. II. p. 135. MONACHVS WEINGARTENSIS de Guelphis Principibus c. XIII. p. 789. 790. To. I. Leibnit. OTTO FRISINGENSIS, frater Henrici huius vterinus, Chron. h. VII. c. 26. alique bene multi, quos laudat Celeb. PFEFFINGERS ad Vittrianum P. II. ad L. I. tit. XVI. p. 450. fq.

(nnn) CHRONICON RHYTHMICVM PRINCIPVM BRVNSVICENSIVM c. XXII. p. 39. To. III. Leibnitii.

*Dit dede de frowe vorgenant (Gertrudis vxor Henrici Pinguis)*

*Mit örer Kinder willen gar,  
Otten öres werden Sones klar,  
Vnde Rixen örer tochterlin  
Vnde Gerdrude, de genomt fin.*

Et paullo post c. XXIV. p. 42.

*Diffem Forsten was ok gebleuen  
To Danckwerderode de Herschap,  
De ome dorch wessel wedergab  
Palenz Greunne Gerdrut  
Vinne ander lant vnde ander gut,  
De Frowen Rixen Süster was,  
Do dusent iar, also ek las,  
Dre vnd XXX, vnde hundert,  
Van Christi gebort waren gesundert.*

De Comite Palatino Sigfrido videatur I. P. de LVDEWIG Germania Princeps L. V. c. 1. §. 9. p. 11. 12. Heic autem intelligendus est Sifridus Comes Palatinus Saxoniae.

(ooo) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1105. p. 148. b. *Otto habuit tres filios, Henricum Crassum - et Canonem, Comitem de Bichelinc, qui etiam occisus est, et Sifridum de homeneburgh, patrem iunioris Sifridi.* Sifridus autem ei anteponitur in charta Ruothardi Moguntini, quae a. 1093. in confirmationem foundationis coenobii Bursfeldensis fuit composita, et legitur apud R. P. NICOLAVM SCHATENIVM Annal. Paderborn. P. I. Lib. VII. ad a. 1093. p. 634. 199. et IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELDIVM in Antiquitatibus Bursfeldensibus c. 1. §. 4. p. 5. 199. Virtutes eius celebrat CONRADVS FRSPERGENSIS ad a. 1103. p. 185. *Cuno, filius Ottonis Ducis, de magnis Principibus vnus, et cui nihil in omni rerum humanarum dignitate deerat, super natu scilicet; litterarum etiam scientia, fortitudine atque diuitiis satis praepollens; elegancia atque facundia bonis omnibus amabilis et affabilis; quorundam funestorum hominum conspiratione noctu, dum iter ageret, inuaditur et enterimitur, ingentem relinquens Nobilibus regni luctum simul, et suspiciones, dum ab infimis in summos tanta scelerata praesumuntur - Ipse dicitur Comes Beichlingensis, nam Comitatus Beichlingensis a Marchione Egberto ad filiam Gertrudim, per hanc ad maritum Henricum Pinguem, et hoc apud Frisios interempto ex donatione Gertrudis ad Canonem, Henrici fratrem, peruenerat. Vtrum ex concessione Imperatoris, an ex matrimonio vel hereditate Egbertus illum Comitatum acceperit, definire non audeo, quoniam ex vetustis auctoribus nihil memoriae succurrit, quod huc faciat. Egbertus ipse a. 1068. febri mortem debuit, teste LAMBERTO SCHAFFNABVRGENSI ad a. 1068. p. 160. To. I. Pistorii ed. prioris. Egbertus II. eius, ex vidua Ducis Ottonis de Swinenfurt, natus viuo adhuc patre Marchiao Thuringorum declaratus est, testibus eodem LAMBERTO ad a. 1076. et MONACHO HERVELDENSI ad a. 1068. p. 388. Ita Beichlingam Comitatum simul possessioni ac ditioni suae addidit, Egbertus initio gratiosus erat Imperatori Henrico IV. Fortuna autem e vestigio vela vertit, Henricus enim Caesar in suspicionem adducebatur, Egbertum insidiarum scepro imperatorio. Obsidione premebat, inimicitia in actum procedente, castellum Gleichen a. 1089. quod Egbertus et obsidioni exemit et exercitu Imperatoris fuso delectoque gloriose vindicauit. DODECHINVS ad Marianum Scotum apud Pistorium To. I. p. 457. 458. PAVLYS LANGIYS in Chronico Citizenis p. 779. alique bene multi. Quem igitur Imperator aperto Marte deuincere non valebat, in eum emittebat sicarios, qui per insidias*

T:

Egber-

Leibn. De adere Docteri  
- Et ad a. 1099. p. 331. *Man den Gerren Hincric  
telde se öre kinder: eyne de  
Gerdrud, de nam Palz greun  
- van Sappelsborch - ALBER  
- et translatione reliquarum  
non Conradus, quo nomine  
Rychza, Relinsa, Relins  
a fuit consecutus, CHRON  
- incipum, Lotharii radice  
utus est. Ipsa viris ecclesi  
tes apud ANGELVM de NPT  
auxiliante Des, pro saluand  
Decanum Calincem et Mar*



din. *Sigfridus*, Cunonis frater, dicitur Comes Bomeneburgicus, fuitque aduocatus Gandersheimensis, filiis instructus *Bennone* et *Sigfrido*, quorum posterior obiit anno 1144, (ppp) fun-

Egbertum in mola Eitenbüttelana ad Brunsuicum a. 1090. obtinuerunt. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1090. p. 270. 271. *ALBERICVS* in Chronico p. 138. *CONRADVS VASPERGENSIS* p. 240. *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1090. p. 731. To. I. Leibnit. *SIGEBERTVS GEMBLACENSIS* p. 607. apud Pistorium To. I. ed. prior. *CONRADVS BOTO* in Chronico picturato p. 330. To. III. Leibn. haec acta et annum genuinum percentent. *GERTRVDIS* filia Egberti II. Thuringicas hereditatum opes transferebat ad Henricum Pinguem, quippe qui, vti ex Diplomate Bursfeldensibus a. 1093. dato patet, tenuit Werteram, Steinhückam, Sandehusam, Völeben, Berge, Dalheim, Welckerodam et tredecim huobas cum ecclesia et molendino in Kelbra. Ab hoc Henrico Comitatus transit ad fratrem Cunonem, qui *Comitem de Reichlinge* sese appellauit, et, antequam comitatum Reichlingensem obtineret, habitabat in Coningshoua intra villam Hersefelde. *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1105. p. 148. *Quilibet etiam fratrum filiorum Ottonis Ducis in Comitatu Stadenfi unam curiam habuit. Henricus Crassus habuit curiam Alerstede: Cono curiam, quae dicitur Coningehoue, in villa Hersefelde. Hic fundauit Catelenburg, et eandem curiam illi claustro dedit, quam postea Fridericus Stadenfis, primo oppignoratam, deinde emptam, Hersefelde dedit.* Quod de Catelenburgo adfert, in eo indubie a veritate tramite aberrat. Fundatio enim illa tribuitur ab antiquioribus Comiti Thiderico de Catelenborgh et suasionibus cognatorum Comitum de Dassel. Alioqui Cuno largus et benignus erat in coenobitas. Ipse enim a. 1093. cum fratribus ratam habuit patris Ottonis fundationem et donationem Bursfeldensem. Ipse Abbatiam suam Ollersleben infra Franckenhusam tradidit Abbati Friderico Gosezensi, (in Gosec) vti habet *CHRONICON GOZECENSE* apud *HOFFMANNVM* T. IV. p. 111. et in Appendice Chronici Montis Sereni apud Maderum p. 221. *Per idem tempus (a. 1088.) Abbas Fridericus a Cunone Comite de Bigluggen exoratus Abbatiam in Holdeslebe regendam suscepit, quam, quia laboris pignit, post paucos annos memorato Comiti resignauit.* Tandem a. 1103. in optimo aetatis flore a Comitibus ligero de Hefeld, et Christiano Comite de Rotenburg funestissima ratione interfectus est. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1103. p. 279. *CONRADVS VASPERGENSIS* p. 255. Falluntur, qui Cunonem vocant Comitem Palatinum, ac eum cum Conrado diuersissimo, qui post mortem Cunonis in Palatinatu floruit, permiscunt. Errant, qui eum vocant Comitem Palatinum Saxoniae, Alucinantur, qui eum vocant *Ducem Lunenburgensem*, quemadmodum fecit *CONRADVS, BOTO* in Chronico Brunsvicensi picturato To. III. Leibnit. p. 332. Vxorem Cunoni tribuit *Cunigundem AVCTOR VITAE WIPERTI* apud *HAHNVM* p. 328. et *HOFFMANNVM* in scriptorum Lusatiae To. I. p. 22. c. IX. §. 1. Ipsa a patricidis mariti misere diuexata alteras ad nuptias festinauit cum Wigberto II. Marchione Misniae, vti ex loco exciatio constat. Liberos, Cunoni vulgo adtributos, ex *HENNINGESIO* adtuli. Si autem vetustos annales ac scriptores dispiciamus, vulgaris illa generis recensio labefactatur et fide debita caret. *MONACHVS PEGAVIENSIS* in Vita Wiperti apud *HAHNVM* p. 328. et *HOFFMANNVM* l. c. c. IX. §. 2. p. 22. refert, Cunonem ex Cunigunde suscepisse Cunigundem, quae nupsit Wiberto iuniori, Wiperti modo dicti, senioris de Groitsch filio, atque filias praeterea quatuor, quae a Principibus per Saxoniam et Thuringiam in matrimonium ductae fuerint. Adiungunt vulgo Genealogistae Cunoni filium Sigfridum Comitem Palatinum Saxonicum. Sed is nequaquam fuit filius Cunonis, sed Comes Orlamundensis, quem Comes Hoyerus de Mansfelde occidit. Testes et auctores adpello *MONACHVM PEGAVIENSEM* p. 333. apud *HAHNVM* et apud *HOFFMANNVM* l. c. p. 24. atque ex recentioribus viros beatos *GWILIELMVM ERNESTVM TENTZELIUM* in Typo Genealogiae Reichlingiae §. 9. et *IOANNEM GEORGIUM LEVCKFELDIUM* von den Reichlingischen Grafen c. 2. §. 13. p. 34. sqq. Otto, quem Henningesius Sifrido fratrem adicit, veteribus plane est incognitus. Vno verbo vt, quod res est, dicam, Cuno caruit omni prole mascula. Ida seu Itha, aua Lotharii III. Imperatoris, et mater Gerhardi Comititis Querfurtani, nequaquam Cunonis fuit filia. Veteres tacent. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1009. p. 221. id dicere omittit. Oda autem, alius cuiusdam Gerhardi, Comititis Querfurtani, qui erat prioris patris, vxor, patre gausa est Thiderico, fratre Milone comite, et filiis Conrado Archiepiscopo Magdeburgensi et Burchardo Burgrauo Magdeburgico. Testor *ANNALISTAM SAXONEM INEDITVM* p. 577. To. Leibnit. De cetero Cunigundis iunior, Cunonis filia, a. 1110. nupsit Wiperto iuniori de Groitsch, vt habet *MONACHVS PEGAVIENSIS* C. II. §. 3. Gertrudis autem, Henrici Pinguis vidua, eo tempore Brunsvici sese tenuit, anno tandem 1117. vt supra ostendimus, defuncta, Coni. *REHTMEIERI* Antiquitates Eccles. Brunsvic. P. I. C. V. p. 59. Wipertus tandem ille iunior ante annum 1124. obitumque patris, obiit, vti Monachus Pegauensis habet, Cunigundis iunior, ita marito viduata, nuptias secundas inire cum Sigfrido, Sigfridi Northemensis, de quo nunc differemus, filio. Restant pauca, huc subtexenda, de quibus Cunonis filiabus commentitiis, *ETHELINA* videlicet, et *GERTRUDE*, obuiis apud Claris, *IOANNEM HVBNERYM* To. I. Genealog. Tab. Tabula 149. Priorem perhibet coniugem fuisse Hermannii Comititis Westphalici, antea sponsam Welfonis IV. Bauarici. Emendanda haec sunt. Welfo sponsa Ethelinda et vxore fructus est Iuditha. *MONACHI WEINGARTENSIS* Chronicon C. VIII. p. 784. To. I. Leibnit. de Welfone IV. ita disserit: *Acceptit reginam Angliae tunc viduam, filiam scilicet Baldubini nobilissimi Comititis Flandriae Iuditham in vxorem.* Consensit *LADISLAVS SVNTHEIMIVS* in Historia de Guelfis p. 803. *MONACHVS PEGAVIENSIS* tres illas, quarum nomina memoriae haud prodidit, filias Cunonis tradit in matrimonium fuisse adscitas ab illustribus Thuringiae et Saxoniae dominis. Haec parum congruunt Comiti ex Westphalia. *GERTRVDEM* Cunoni dat filiam natu minimam idem *HVBNERYS*, eamque narrat nupsisse Godefredo Barbato, Duci Lotharingiae. Qui autem veteres euoluerunt scriptores, minime ignorant, Godefrido illi Barbato fuisse vxorem Beatricem, filiam Sigfridi de Brie, filii Ducis Theodorici, relictam seu viduam Bonifacii, qui fuit Romanae vrbis patricius, praefectus Anconae, Marchio Pisarum tractuumque plurium dominus. *ALBERICVS* ad a. 1052. p. 88. alique id dudum liquido testati sunt.

(ppp) Sigfridus erat tertius Ottonis Ducis filius. *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1105. p. 148. facit eum aetate

fundator coenobii Amelungsbornensis. Chronicon equidem Corbeienſe ad a. 1119. *Segfredum de Bomeneborg* commemorat et in numero eorum, qui bona nonnulla eccleſiæ Quedlinburgenſi donauerant, deputat. Sed is, quiſquis fuerit, Ducum Brunſuicenſium fuit cliens fiduciarius, et nequaquam inter Comites Northeimienſes referendus eſt. De forma inſignium in ſcuto nihil certi tradere poſſumus, quæ quippe eo æuo erat inconfans et vaga.

§. VIII.

ætate minimum, quia tertio loco ponit. Videtur autem ſecundo loco eſſe ponendus. Nam in charta Ruothardi Moguntini a. 1093. eum locum occupat, et caſtrum tenuit Bomeneborg. *ALBERTVS STADENSIS* de eo addit: *Sifridus habuit curiam Hetuælde (in Comitatu Stadensi), quam filius ſuus Sifridus dedit claſtro Amelungesburne, quam poſtea Henricus, dux de Brunſuic, emiſit a Monachis. Hanc tamen, ut dicitur modo, quidam Abbas loci illius, apoſtatæ volens, Duci vendidit, conuentu ignorante. Tandem mediæ pecuniæ ſoluta, et re comperta, Abbas fugit et Dux curiam uſurpauit. Præterea bona in pœodo data poſſedit illius curiæ, quæ non fuerunt claſtro data.* Videtur utique Albertus patrem et filium, quorum uterque vocabatur in vnum coegille et conſuſiſſe Comitem. Errant, qui Sifridum vocant Comitem Palatinum Saxonicum. Geniui enim et vetuſtiſſimi auctores eum vocant Comitem de Bomeneborg et Bomburg, ex qua voce alii fabricati ſunt Romineburg, Hammenborg, Hornenburg et Homburg. Quæ varietas in cauſa fuit, vt *JOANNES GEORGIUS LEVCKFELDIUS* eum minus ſolide commutauerit cum Comite Homburgenſi, in *Antiqq. Amelungbornenſibus* p. 15. quem naeuum corrigi in libello *von den Beichlingſchen Grafen* c. i. §. 14. p. 38. ſqq. Filios Sifrido duos fuiſſe, extra dubitationis aleam poſitum eſt. Nequaquam vero alter eorum Benno dictus eſt. Dicti potius fuerunt uterque *VOLCMARVS* et *SIGFRIDVS*. Prior vitæ monaſticae ſeſe conſecrauit in coenobio illuſtri Corbeienſi ad Huxariam et Viſurgim, vbi a. 1129. Abbas electus et 1138. mortuus eſt. *ANNALES CORBEIENſES* ad a. 1129. p. 307. T. II. Leibn. *Succesſit Volkmar nobilis Dominus de Bomeneborg, qui pro obtinenda confirmatione Hadrianum de Vaſtenbec Romam miſit et euncta expediunt bene. Cum Abba in Amelungborn ſinceram coluit amicitiam, Vir omni populo acceptus. Et ad a. 1138. Obiit Volkmarus Abba noſter.* Sifridus autem patri in Comitatu Bomeneborg ſucceſſit. *THEODORICVS ENGELHVSIVS* in *Chronico* p. 226. ed. Mader. *Coenobium Amelungesborn a bonæ memoriæ de Hornenborg (lege Bomeneborg) fundatur per fratres Domus Campenſis. Iſte Sifridus fuit filius Sifridi, et nepos Ortani Ducis Bauariæ et Saxoniar. Iſte autem vltimus Sifridus perit in bello ante caſtrum Scalenborg.* De origine coenobii Amelungesborn videndus eſt libellus *LEVCKFELDI*, qui Antiquitatibus Michaelſteinſibus ſubiunctus eſt, et emendationibus indiget. Ordo ibi introductus eſt Cisterciensis, cuius auctor fuit S. Bernardus in Gallia. Fundatio ipſa effectum obtinuit pleniffimum a. 1124. *ANNALES CORBEIENſES* ad a. 1120. p. 306. T. II. Leibnit. et in *PAYLLINI* Syntagm. p. 392. *Fundatur monaſterium Amelungborn Ordinis Cisterciensis a Segfredo de Homborch, (lege Bomborch) religioſum ſeminarium bonorum doctorumque virorum.* Adplaudunt *PAYLLINI* in *Synt.* p. 177. 178. 392. et *LEVCKFELDIUS* in Antiquitatibus Walekenredenſibus P. I. p. 515. 516. Anno 1129. ſcripſit Bernhardus ex Gallia ad Abbatem nouum, et Papa Honorius confirmationem ſuam impertitur. Qui Comiti Homburgenſi fundationem tribuunt, nae illi magnopere errant. In comitiſ Goslarienſibus a. 1129. cum aliis bene multis Principibus Sifridus comparuit, vt adparet ex Lotharii tabulis, Friderico Palatino in eo conuentu datus, et in lucem protractis a *NICOLAO SCHATENIO* P. I. *Annal. Paderborn.* L. VIII. a. 1129. p. 720. 721. In uxorem duxit Cunigundem, viduam Wiperti iunioris de Groitſch, filiam Cunois patris ſui, quæ mariti ſui viui amore delectata eſt magnopere et eiſdem latus in ſepultura claſuit. Uterque enim iunctus eſt ratione ſepulcri in coenobio Northeimienſi. *IOACHIMVS MEIERS* in *Antiquitatibus Pleſſenſibus* p. 137. et *I. G. LEVCKFELDIUS* in *Antiqq. Northeimienſibus* p. 234. id iptum demonſtrant. Sifridus Lothario Imperatori crebro adfuit. Litterarum monumentis relatum legimus, Sifridum a. 1137. Lothario adſiſſe Bardenci. *HENRICVS MEIBOMIVS* T. III. *rer. German.* in *Hiſtoria Bardenci* p. 61. et *SCHLOEPKE* in *Hiſtorie von Bardewick* p. 177. 178. *ARNKIEL* in *Cambrifcher Heyden - Bekehrung* L. V. c. 3. p. 236. *BANGERTVS* in *Notis ad Helmodi Chronicon* p. 192. Perit tandem Sifridus genere mortis, quod ex *ALBERTO STADENSI* adtulimus, a. 1144. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1144. p. 296. *Sigfridus Comes de Bouminburg etiam obiit, et in ambobus (Sifrido et Rudolfo Comite Stadensi) ceſſauit miſerabiliter deducta antiquitus proſis ſucceſſio.* *CHRONICON MONTIS SERENI* ad a. 1144. p. 18. ed. Maderi: *Rodolphus Comes de Staden iunior interfectus eſt a tranſalbanis Saxonibus, qui Dimerſchen dicuntur. Sifridus Comes de Homburg obiit. Quidam libri habent de Bomeneborg. ENGELHVSIVS* p. 202. ed. Maderi. *Iſtus Sifridi filius, æque Sifridus, fundator eſt monaſterii in Amelungborn, et iſte vltimus Sifridus obiit ſine liberis in Northeim, in capella S. Nicolai cum ſuis patribus in Chriſto ſepultus.* Terras Sifridi iure hereditario occupauit Henricus Leo, ob matrimonium Richenzæ eum Lotharii, et Gertrudis, filiaæ Lotharii, cum Henrico ſuperbo, patre Henrici Leonis. *HELMOLDVS* L. II. *Chron. ſlavorum* To. II. Leibnit. p. 623. de Henrico Leone: *Præter hereditatem magnorum progenitorum Lotharii et coniugis eius Richenzæ multorumque Ducum Bauariæ atque Saxoniar, acceſſerunt et nihilominus multorum Principum conſeſſiones, vt fuit Hermannus de Winzburg, Sifridus de Hammenburg (lege Bouminburg) Otto de Aſle - Quapropter fruſtra eſt conatus GUILIELMI ERNEſTI TENTZELII in *Typo Genealogiæ Beichlingiæ* §. 9. vbi Beichlingicos inſecutæ ætatis Comites ex Sigeſrido hæc per mares deducit, ſtatuens, a Sigeſrido quodam quinto proceſſiſſe Comites Bomeneburgentes ſæculi ſubſecuti, et a Friderico quodam, itidem ſicario Sigeſridi IV. filio, Comites Beichlingentes. Quod enim in diplomate Abbatiffæ Gandersheimenſis Adelheidis a. 1188. mentio fit de Sigeſido, Comite in Boumeneborgi recte intelligendum eſt, vt monui. (a) Miror, hoc non ſuccurriſſe memoriæ *LEVCKFELDI* *von Beichlingſchen Grafen* C. II. §. 14. Comitatum Beichlingenſem Henricus Leo in feudum dedit Friderico cuidam, cui*

uitque aduocatus Gandersheimenſis obiit anno 1144. (ppp) ... CHRONOGRAPHVS SAXO ... ADVS VASPOGENSIS p. 220. ... SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ... Chronico purano p. 330. ... Diploma Buſtledienſium a ... Henrico Comitiſ uſque ... comitatum Beichlingenſem ... ALBERTVS STADENSIS ad a. ... metata Stadensi vnam curiam ha ... dicitur Conuſſe, in villa Her ... quam poſtea Fridericus Sa ... de Carinburg adit, in eo ... anno quibus Comitiſ Thierſch ... qui Cuno langus et benignus et in ... tronis fundationem et conuſſionem ... ſum tradit Abbatii Friderico Ge ... FEMANNVM T. IV. p. 111. et ... a. 1018. Abbatii ... reſendam ſuſcepit, quem, quæ ... a. 1103, in optimo ætate ſu ... ſuſceptiſſima ratione interſem ... SPERGENSIS p. 255. Fullum ... uerſiſſimo, qui poſt mortem Co ... Comitem Palatinum Saxoniarum ... ſum fecit CONRADVS, BOT ... Canonii tribuit Conuſſionem ... in ſcripturam Luſatiæ To. I. ... nuptias ſollicitum cum Wigber ... ſoni vulgo adtribuit, ex HEN ... nus, vulgaris illi generis recenti ... tra Wiperti apud HANNVM ... Langunde ſuſcepſiſſe Conuſſionem ... ſonſch filio, atque filias patris ... monium doctæ fuerunt. Ali ... tuum Saxoniarum. Sed is nequa ... uerſus de Manſelde occidit. To ... HANNVM et apud BOHEMVM ... WM ERNEſTVM TENTZELIUM ... LEVCKFELDIUM von den ... ſus Sifrido latere adit, vt ... no caruit omni prole maleſula ... Querſutani, nequaquam Co ... 221. id dicere omittit. O ... ſis patris, vxor, patre gau ... ſtagenſis et Burchardus ... ITVM p. 577. To. Leibnit. ... ſiori de Groitſch, vt habet ... ſ vidua, eo tempore Brunſ ... REHTMEIERI Antiquitates ... m 1124. obitumque patris ... luata, nuptias ſecundas in ... teſtant pauca, huc ſubſequa ... GERTVDE, omniſ apud ... orem perhibet coniugem ſuſ ... Emendandi hæc ſunt. Well ... NSIS Chronicon C. VIII. p. 294 ... e tunc viduam, ſiſam ſuſ ... LADISLAVS SPINHELM ... uarum nomina memortue hui ... ribus Thuringiæ et Saxoniar ... ſiſ Canonii dat filiam ſuam ... iſſe vxorem Beatricæ, ſiſam ... ſi, qui ſuit Romane vrbis pa ... nus. ALBERTVS ad a. 1152. p. ... NSIS ad a. 1155. p. 148. ſuſ ...



§. VIII.

*Comites Northeimenses, seu Bomeneborgenses fuerunt, aduocati et conseruatores] coenobii Gandersheimensis.*

Licet alii non animaduuerterint, Comites Northeimenses ecclesiae Gandersheimensis collegiatae fuisse aduocatos primarios atque vindices, litterae tamen et chartae vetustissimae id ipsum docent ac loquuntur. Nam in litteris *ADELHEIDIS* Abbatissae, quibus a. 1188. insolentias aduocatorum, a Caesare Friderico Barbarossa adiuta, coërcet, plane significatur, (a) bona quaedam ecclesiae Gandersheimensis in Boseleshusen sita, decem talentis aestimata, Sifrido Comiti de Bomeneborch, *PRIMO* concessa fuisse, vt homines ecclesiae liberi forent a violentis exactionibus aduocati. Dum Sifridus ille dicitur Comes de Bomeneborch, reuocatur nobis in memoriam progenies

ius origo et progenies latet, qui iam a. 1144. *de Bichlinge* vocatur. Obiter annoto, Genealogiam Beichlingicam *TENTZELIO* paupertatem, et odium aulae Dresdensis, contraxisse. Dum enim ipse fauorem Comitis Beichlingici, qui in aula Electoris Saxonici ineunte hoc saeculo plurimum valebat et Tentzelio lautum stipendium annuum ex aerario Augustissimi *FRIDERICI AVGVSTI* procurauerat, munere quodam chartaceo rependere in animum induxerat, quod nomine *Typi Genealogiae Beichlingicae* erat inscriptum, excidebat fauore et mercede annua. Inuidiosum videbatur, Comitem Beichlingicum pari antiquitate ex Witekindo magno prognatum fuisse, ac summi Europae reges principesque. Obscurum non est, ruinae istius momentum partemque magnam fuisse nouos angelos, quos acerbè nimis in Colloquiis mensuris perstrinxerat. Miror autem, qui fieri potuerit, vt Tentzelius Comitibus Northeimensibus dare potuerit ortum ex Witekindo, nec veritus sit Fridericum, qui Sigfridum IV. excepit, ex eisdem Comitibus de Bomeneburg deducere. Vtrumque enim repugnat fidei et auctoritati veterum, secundum quam concinnaui typum genealogicum, quem heic subicio.

\*\*\*

Bern de Northeim

\*\*

Hodo ex coniectura

Sigfridus I. Comes de Northeim et Bomeneburg † 1004.  
Vxor Ethelinda.

Sigfridus II. Comes de Northeim † 1025.	Henricus	Benno Comes de Bummenborch	Vlo DITMARVS. Annal. L. V. p. 366.
--	----------	----------------------------------	--

OTTO fit 1061. Dux Bauariae,  
1071. ducatu illo priuatus, † 1083.  
Vxor Richeza

Henricus Pinguis † 1101. Vxor Gertrudis, filia Egberti I. Marchionis Brunsvicensis, quae antea nupserat Thiderico Comiti de Catelnburg † 1117.	Sigfridus III. C. de Bumeneborg Volmarus Sigfridus IV. Abbas Vx. Cunigundis, a. 1129. vidua † 1138. Wiperti II † 1144.	Cuno seu Conradus Comes in Beichlingen occisus † 1103. Vxor Cunigundis, cuius maritus alter Wipertus de Groitsch.	Ethelinda Sponsa Welfi, qui a. 1071. dux factus Bauariae Wettrin	Ida Vxor Thimonis de Arnesberg	N. N. N. N. vx. Cunradi Arnesberg
Otto Gertrudis moritur puer. Vx. Comitis Palatini, Henrici Marchionis de Hilenburg seu Eulenberg. Chronicon Montis Sereni p. 203.	RIXA Vx. Lotharii Imperat. † 1141. GERTRVDIS coniux. 1. Henrici superbi Ducis Bauariae, 2. Henrici VIII. Iochfamer-gott, ex Austria	Cunigundis. Tres aliae. Vx. Wiperti iunioris de Groitsch. et dein Sigfridi IV. C. de Bumeneburg.	Dedo Comes	Conradus Marchio	

I.  
HENRICVS LEO

(a) Diploma Adelheidis exhibitum est supra §. 3. et obuium exstat apud I. G. Leuckfeldium in Antiqq. Gandersheim. c. XXV. §. 17. p. 502. 599. et LVNIGIVM in spicilegio ecclesiastico des Teutschen Reichs Archivs P. III. von Abtissinnen p. 34. 35.

nies Comitum Northeimensium. *SIFRIDVS* primus dicitur Comes de *Bummenborch* (b) idemque cognomen in posteris ipsius recurrit. Exempla passim obuia iam iam dedimus. Abbatissa Adeiheidis non sinit exemplo Sifridum, tanquam a. 1188. adhuc uiuum. Ostendit potius originem mercedis certae, a coenobio Gandersheimensi aduocatis dari solitae. *Talenta* illa *decem* more Romano non sunt computanda. Sunt mihi chartae in promptu, et infra suis locis inferentur, in quibus *talentum* vertitur per uocem *Cornpund*, quod heic in praesens uocamus *ein pfund geld*, et novimus parem esse quatuor grossis Misnicis et dimidio, seu, si pecuniam grauiorem intelligas, quinque grossis Marianis. Quanta autem olim penes Germanos fuerit raritas aeris, auri ac argenti, antequam metalla Hercinica et Misnica detegerentur, incredibile uidetur hominibus aetatis nostrae. Si pretia rerum aetatis nostrae cum pretiis, quibus uenalia uenierunt Carolingico et Ottonum aevo, comparemus, facillime adparet, potestatem et publicum ualorem uinciae decreuisse uice plusquam uicesima. *Boseleshusen* est pagus, qui Gandershemio distat milliare fere unum Germanicum ad austrum occidentalem, nunc dicitur *Bölshausen*. In diplomate Ottonis II. qui illum a. 973. coenobio Gandersheimensi tradidit ac donauit, dicitur *Bulceshuson*. Postea Sifrido Comiti de Bumeneborch praerique ibi cesserunt in congiarium laboris sui et ad auertendas ipsius acriores exactiones. A Comitibus Bumeneburgicis, qui tandem pagum omnem sibi uindicauerant uel uisurpauerant, *Boseleshusa* ad Duces Brunswicenses ac Lunenburgenses iure hereditario peruenit, quorum primus *OTTO* a. 1247. *uillam Boseleshusen apud Leinam* Abbatissae reddidit permutatam uilla et bonis in *Elueligrot* libere uacantia. Addit tamen idem Dux *OTTO*, se uillam *Boseleshusen* tenuisse ab Abbatissa loco feodali. Quo ipso clarissime patet, Comitem Sigfridum de Boumeneborch, aduocatum Gandersheimensis ecclesiae, eiusque posteros eodem nexu coenobio eiusdem ecclesiae fuisse obstrictos, nec alio nomine uillae illius fundos possedisse. Quisnam ille fuerit Sifridus, merito quaeritur. Quatuor deprehendimus nominis eiusdem inter Comites Northeimenses. Primum intelligi, opinor. Ut ita sentiam, non unis impellor argumentis. Abbatissa Sifridum aduocatum repraesentat exempli loco, uti primum, qui ex actionibus suis homini uini et alteri ecclesia Gandersheimensis fuerit molestus, et nonnihil in feudum ex bonis ecclesiae eiusdem acceperit. Quae quum ita sint, recolimus ea, quae de aduocatis ecclesiae Gandersheimensis iam supra adduximus (§. 3.). Nam medio saeculo undecimo *BEATRIX* Abbatissa ecclesiae bona, secus ac par erat, militibus dedit in beneficia et feuda, *Henrico* defuncto, non Imperatore, sed Comite Gleichensi, qui indubie fuerat aduocatus Gandersheimii. Quis non inde intelligit simul, aduocatus ex eadem patrocini recipiendi necessitate feudis fuisse ornatos, quippe uexilliferos et duces militum atque ministerialium ecclesiae, sicubi bella ingruerent. Argumentum alterum accessit ex raritate aeris eiusque pretio grauiori, quam aetas illius Sifridi aduocati indicat. Nec dubito, progenitos ex Sifrido illo seniore eandem retinuisse aduocatiuam. Simulac enim Comes quidam in aduocatum maioris ecclesiae electus esset, dignitatem instar lucri et pretii reputabat, eam cum reliqua hereditate ad posteros transmittabat, uel, urgente etiam necessitate telo, uendebat. In re satis nota aceruum argumentorum congerere. Anno 1018. Gandersheimii aderat Henricus II. Imperator, Aribo Moguntinus Archiepiscopus alique ac Meinwerici Episcopi Paderbornensis querelas contra quemdam *Bern* susceperunt, quae ita fuit direpta, ut Meinwericus Bernoni illi octoginta et tres libras solueret et fundum Bernonis, de quo litigabatur, penitus ecclesiae suae adquireret. Adstabant ei solutioni *Wizelinus* Episcopus Strasburgensis, *Rainwardus*, qui *Aduocatus fuit*, *Vdo*, *Sigfridus*, *Ezziko*, *Liudulfus*, *Bezelinus* de Sueuan, Comites, *Conon filius Ducis Ottonis* eiusque miles *Zeizulfus*. Exordiente autem anno proximo circa tempus quadragesimale dedit. Episcopus Meinwardo Bernonis militi duas uncias auri et duas libras argenti, ibidem praesentibus *Vdone*, *Bennone* et *Sifrido* Comitibus, aliisque plurimis cum *Reinwardo Aduocato*. (c) Qui genus Sigfridi senioris haud ignorant, odora-

aduocati et conseruatores  
 menfes ecclesiae Gandersheimensis  
 literae tamen et chartae  
 literis ADELHEIDIS Abbatissae  
 e Frederico Barbarossa aduocati  
 Gandersheimensis in Bofelshusen  
 Boumeneborch, PRIMO conseruatores  
 is exactionibus aduocati. Dicitur  
 ur nobis in memoriam prodigisse

locatur. Obiter anoto, Genealogia  
 scilicet, conuincit. Dum enim ipse  
 me hoc saeculo plurimum ualuit  
 FRIDERICI AUGUSTI procuratorum  
 nomine Typi Genealogiae hinc inde  
 e uidebatur, Comitem Beichlingen  
 i Europae reges principesque  
 e nouos angelos, quos acerbis  
 ent, ut Tenzelius Comitibus Northeimensium,  
 ndericum, qui Sigfridum IV. cum  
 nim repugnat fidei et auctoritati  
 sic subdito.

Boumeneburg † 1004.  
 Vdo  
 de DITMARS,  
 borch. Annal. L. V. p. 366.

Ethelinda	Ida	N. N.
uxor	uxor	ux. Con-
Welfi, qui	Thi-	radi Com-
1171. dux	monis	itis de
factus Ba-	de	Arns-
uariae	Wettr-	berg
Dedo	Conra-	
Comes	du Mar-	
	chio	

aliam.

(b) CHRONICON VETVS DVCEVM BRVNSVICENSIVM ET LVNEBURGENSIVM T. II. Leibnit, p. 14. Sifridus et Benno, filii Sifridi Comitum de Bummenborch, cum Comite Thiderico de Katelingeborch, ipsum Eckehardum - in Poelde occiderunt. Ut autem Sigfridus in aduocatum fuerit adscitus, effecit situs bonorum ecclesiae Gandersheimensis ad Leinam et Rumam in Bofelshusen, Grene, Wenzzen, Olinga seu Olkessen, Ritigerade, Sülbecke, Osdagesen, Hollensted, Rudolfshusen, Angerstein, Lengleron, Lüdgenhusen, Elleueshusen, Hatticheshusen, Forste, Müligerode, Elbigerode, Abbatiskenrode, Thiaedulueshusi et alia loca plura.  
 (c) VITA MEINWERCI Ep. Paderborn, To. I. Leibn, §. 72. p. 551. Ingens terrae motus eodem anno (1018.)  
 V V IV.

apud I. G. Zeickfeldum in Annalibus  
 collegio ecclesiastico dei Trinitatis

buntur illico, *Vdonem*, *Bennonem* et *Sifridum* fuisse filios *Sigfridi* primi. *Rainwardus* e-  
quidem fuit aduocatus loci, cui erant iudicia publica quotannis *Gandersheimii* obeun-  
da et agitanda. *Sigfridi* autem filios tres in rebus extra muros obuiis ad *Leinam* tenu-  
isse aduocatiam, nullus dubito. Aduocata enim erat e speciebus feudi masculi. Prae-  
terea tres illi Comites *Northheimenses* sine vlllo interueniente vel interiecto adiungun-  
tur aduocato loci. *Sifridus* quartus in *Diplomate* *Lotharii* Imperatoris (d) praeponi-  
tur

*IV. Idus Maii in partibus Bataviae contigit. Quidam vero propinquorum Dodiconis Comitis Berno-  
minie, traditionem, quam idem Comes et frater eius, Comes Sigebodo, in bonis hereditariis, ad Patter-  
brunnensem Ecclesiam hortatu et rogatu venerabilis Meinwerti ipsius Ecclesiae Episcopi fecerant, infrin-  
gare iudicio saeculari attemptauit: et multis conciliis habitis, ad vltimum in natali S. Damasi Pa-  
pae in Ermenneswerthe \* in praesentia Henrici Imperatoris, Arionis Moguntini Archiepiscopi, et  
Episcoporum *Wizelini* *Strazeburgensis*, *Adalaldi* *Trasociensis*, *Vdonis*, *Herimanni* Comitem et alio-  
rum multorum, omni querela postposita, plenaria reconciliatione pacatus cessauit et octoginta tres libras ab  
Episcopo accepit: in *Gandersheim* XX uncias auri, XLVI. libras argenti: unum pallium pro IV. li-  
bris: et XXX. equas, adstantibus *Wizelino* Episcopo praedicto, *Rainwardo*, qui aduocatus fuit, *Vdo-  
ne*, *Sigfrido*, *Ezzicone*, *Liudolfo*, *Bezelino* de *Suenan* Comitibus: Conone filio *Ducis* *Ottonis*, eiusque  
militis *Zeszulfo* et aliis multis. In capite autem sequenti proximo anni praesentibus *Vdone*, *Bennone*, *Si-  
frido* Comitibus aliisque plurimis cum *Rainwardo* Aduocato, dedit Episcopus *Meinwardo* militi *Berno-  
nis*, duas uncias auri et duas libras argenti, datisque omnibus promissis, exceptis duobus talentis.*

\* *Ermenneswerthe* dicitur ita ab *Arminii* defensione contra Romanos praestita Germanis suis, praecipue  
*Cheruscis*, quam *TACITVS* *Annal.* L. II. c. 16. describit. Est ibi planities salibus circumiecta c.  
II. et campus *Idistauiso* c. 16. ex firma statione dictus, *ider* *sta* *ueste*, i. e. quaeque consistat firmi-  
ter. Nunc locum possident nobiles domini de *Butler*, e quibus aliquot Abbates *Fuldenses* olim pro-  
dierunt. Jurisdictio suprema est *Landgrauio* *Hassorum*, qui a *Castellarum* sede nomen ducit.

(d) „In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. *Lotharius* tercius Dei gratia romanorum imperator au-  
„gustus. Sciens scriptum esse, vt diligant iusticiam, qui iudicant terram. iusticiam quoque maio-  
„rem non esse, quam vt deum super omnia diligamus. Deinde vt suos cultores congrua regali au-  
„ctoritati liberalitate consolemur. et honoremus. libenter presentis pagine negotium, quod piae volunta-  
„tis et memoriae *gandesheimensis* abbatissa *Luitgardis* cum assensu suorum ministerialium hominumque  
„suorum suggerit, suscipimus. et noticiae fidelium nostra et regni auctoritate confirmatum transmittimus.  
„Predicta si quidem abbatissa *Luitgardis* diuini cultus pietate feruens. cum subiectarum sibi hactenus eccle-  
„siarum *brunsteshus*. et *elufae* desolationem et instabilitatem in eis personarum variationem religiose do-  
„lendo non ferret. communicato nobiscum aliisque religiosis consilio. memoratas ecclesias eatenus  
„diuisas. in vnum prelati curam collegit. et vnum regimen. ita videlicet. vt degentium vtrobique *Mo-  
„nachorum* idem sit abbas. idem et baculus. saluis tamen cuius ecclesie secundum redituum comp-  
„petentias fratribus. Qui etiam defuncti sui ipsa *benedicti* regulam communiter aequaliter. et libere  
„absque omni alicuius viuentis respectu aut prohibitione de suo alioque monasterio eligent. et electum  
„*gandesheimensis* ecclesiae abbatissae suisque sororibus presentabunt. quatenus et ipsis iam factae electio-  
„ni consentientibus virgam pastorem de altari sanctorum *Johannis baptistae*. *anastasio*. et *innocen-  
„tium* suscipiat. nisi. quod absit. canonica illum obiectione remouere prauealeant. deinceps autem utri-  
„usque ecclesiae tam interiora quam exteriora absolute disponat. liber ab omni subiectionis alicuius  
„exactione vel seruitio. excepto quod eidem abbatissae suisque sororibus in consiliis opportunitatem  
„in precipuis festiuitatibus missarum celebrationem. in infirmitatibus uisitationem libenter exhibebit.  
„Hanc igitur predictarum ecclesiarum coniunctionem et libertatem pia voluntate et reginae nostrae *ri-  
„kizae* interuentu pro remedio animarum nostrarum. ac regni stabilitate confirmamus. et confirma-  
„tam presentis sigilli nostri testimonio inuolubiliter promulgamus. Confirmamus etiam ecclesiae de  
„*elufa* tres mansos in uilla. quae *Liudolueshem* dicitur. cum suis decimationibus caeterisque utilitati-  
„bus in pratis. in siluis. et aquis. quos olim *berta* bonae deuotionis abbatissa eidem ecclesiae contulit.  
„Praeterea quicquid praefatis ecclesiis tam ab hac abbatissa. quam a praedecessoribus suis. ac reliquis *Chri-  
„stiani* fidelibus collatum est. nos nostra auctoritate concedimus. et huius concessionis perturbatorem.  
„si quis fuerit. regali iurisdictione coercendum. et marcae auri debito multandum decreuimus. fecimus  
„autem hoc coram subscriptis testibus *Bennecone* praeposito de *sancto Blasio*. *Eguuardo* praeposito de  
„*enbeka*. *Bertolfo*. *Liudolfo*. *Brunone* *Capellanis*. *Sifrido* comite. et *Herimanno* comite. *Liudolfo* de  
„*Waltingerod*. aliisque multis regni principibus. *Liudolfo* aduocato. *Annone* cubiculario. *Bertollo* de  
„*Paines*. aliisque multis ministerialibus.

„Signum domni Lotharii  
„Romanorum Imperatoris  
„inuictissimi



tercii  
Dei gratia

Actum Goslarie. Anno incarnationis dominicae millesimo C<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. XIII. Indictione XII<sup>a</sup>. VIII. Kl.  
Februarii. Sigil-

tur ceteris aduocatis Hermanno Comiti de Wincenburg, et Ludolfo de Woltingerode.

Sigillum Lotharii, incisum aeri, sistunt et *H. MEIBOMIVS* in typo Tomis rerum Germanicarum praemisso, et *IOANNES MICHAEL HEINECCIUS* de Veteribus Germanorum aliarumque nationum sigillis Tab. VII. n. 4. 5. quorum posterior P. I. c. 9. §. 46. p. 100. egregie explicauit rationem, cur Lotharius sese vocauerit *tertium*, scilicet quia tertius erat Lotharius, qui imperabat regno Austrasiae.

Heineccii locum dabo integrum: *Haec sigilla spectaturis nonnihil forte dubitationis suboriri poterit, quod hoc loco erit adimendum praecognandumque. Quaeritur ergo, 1) cur Lotharius, qui secundus erat Romanorum Rex et Imperator, TERTIVM se ipse, tum in diplomatibus, tum in sigillis, vocare maluerit? 2) quid sibi velint ornamenta illa, quae tintinnabulorum instar e corona utrinque dependent? Ut igitur primae quaestioni satisfaciamus, omnino mirum est, Lotharium se primo TERTIVM ROMANORVM REGEM, deinde et IMPERATOREM vocasse, quum tamen nullum ante se eiusdem nominis habuerit vel Germaniae Regem vel Imperatorem, nisi Hlotharium, Hludouici Pii filium, qui nunquam tamen Germania potitus est, sed utramque Italiam, Romanam et Longobardicam, Austrasiam et Narbonensem Galliam cum imperatoria dignitate in auitarum possessionum diuisione accepit. Sed sciendum est, ad Lotharium nostrum non solum pertinuisse Germaniam, sed et Austrasiam, antiquissimum Imperium Germanici patrimonium, quod et ad Caroli IV. tempora iuris Germanici fuit. Hoc igitur respectu iure se Lotharius vocauit tertium Regem. LOTHARIVS enim PRIMVS est ille Ludouici Pii maior natus filius, Austrasiae cum Gallia Narbonensi et Italia Dominus: LOTHARIVS II. Lotharii I. ex Hermingarde filius, qui, patre anno 855. religione se dante, ex paterna hereditate sortitus est Austrasiam, ab ipso vel patre nomen Lotharingiae habituram. LOTHARIVS III. noster, de quo iam loquimur, ad Austrasiae Germaniaeque imperium simul Principum suffragiis euectus. Sed quo iure se Imperatorem III. vocauit, quum ex antecessoribus eius, quos iam recensuimus, non nisi primus Augusta dignitate resplenduerit, secundo nimirum angustis Austrasiae terminis incluso? Hic quidem fateor me haerere. Quamuis enim saeculo X. contra Rodulfum euocatus Hugo, comes Arlatensis, Italiae regno potitus Lotharium sibi filium adiungeret, qui, mortuo parente, solus nonnisi biennio Italiae praesuit, teste SIGONIO L. VI. regn. Ital. nescio tamen, an hunc Italiae regem in Imperatorum numerum referre possis, quum iustiore titulo Augusta dignitas tum penes Ottonem M. esset. Sed quum, inualecente barbarie, etiam accuratiorum historiae notitiam non satis perspectam habere Germani, facile Lotharius in numerandis antecessoribus suis, qui eodem nomine et dignitate splenduerunt, errare potuit ac decipi, ut adeo hodie, restituendis litteris, rectius Imperator secundus quam tertius ab accuratioribus historicis vocetur. Quantum ad tintinnabula et globulos adiunct, quibus homines medio aevo sese ornauerunt, eorum fines, origines et momenta variant. Quae attentione haud indigna sunt, imprimis in re sacra et aulica, ea cum sono et ornamento tintinnabulorum iam vltimo aevo fuerunt coniuncta. Pallium summi sacerdotis Iudaici gaudebat duabus alis, quae in humeris connexae erant, carebat porro manicis, ex toto erat coeruleum, ornatum in limbo interiori campanulis duabus et septuaginta, quarum singulas singula distinguebant mala granata, confecta ex filis octies contortis, et clausa. MAIMONIDES de *vitis sacris* c. IX. §. 3. 4. Graeci ad auertendam impunitatem et ad expiationes petendas, Laedaemones autem rege suo mortuo, aera cicant et notas sonoras quassabant. Testem laudo ZACHARIAM CALLIERGVMScho-liasten in *Idyllia Theocriti* p. 209. 210. De nolarum vsu in vestibus CONTINIVATOR ANNALIVM VRSINIANORVM MSTVS bibliothecae Francofurtensis a TENZELIO in Supplem. II. Historiae Gothanae excerptus: *Anno 1400. bis daß man schrieb 1430. ward ein so großer Vberfluß an prächtigen Gewant und Kleidunge der Fürsten, Grafen, Ritter, vnd Knechte, auch der Weiber, als vor niemals gehöret worden. Da trug man silberne Fassungen oder Bänder mit großen Glocken von 10. 12. 15. vnd bisweilen von 20. Marken. Illustrius CHRISTIANVS THOMASIVS in Observationibus Hallensibus Germanice editis Tom. I. p. 43. et IOANNES GEORGIVS ab ECKARD in *Erklärung eines Kleinodien-Kästleins* 1725. 4. §. IX. p. 13. 14. ritum illum egregie illustrant. Lux inde adfunditur verbis cantici sacri Petri Dresdensis: *Da die Schellen klingen in regis curia.* At vero quo minus hunc ritum proferamus ad expositionem capitis Lotharii II. Imperatoris, varia impediunt et obstant. Nam a capite dependent imperatorie non campanulae vel nolae, malleolis intrinsecus instructae, sed sphaerulae. Saeculo duodecimo incurrente morem tintinnabulorum in capite gestandorum fuisse receptum, comprobari nullo potest documento perspicuo. Exempla desunt Imperatorum, regumque, qui coronam pendulis nolis instruxerint. Quare tandem, quid sentiam, libet subiungere. Pronusio igitur, Lotharium iuuenem coma delectatum fuisse, inferius in cincinnos rotundata, eamque sexies in cinnos a lateribus diuisam occurrere in sigillis Lotharii. Respondet figura curatius inspecta. Adiuuor et sustentor in coniectura mea argumentis aliis. Etenim reges Germaniae et Imperatores reliqui in sigillis obuii sunt capite, capillis instructo, praediti. Caput autem Lotharii Saxonis, quale sigillis significatur coma ad tempora prominente atque barba delitutum adparet. Tintinnabulis locum adsignare solent moriones in capite eiusque circuitu, consuetudine peruetusta. Summatibus hunc adrisisse ritum adeo, ut eum imitati sint, is demum contendet, qui ludibrio sese haberi a nasutioribus cupit. Conferri potest *MAGIVS de Tintinnabulis*, quem SWERTHIUS Amstelodami a. 1664. 12. adiectis suis augmentis edidit. Restat ut dicamus, cur Lotharius sese in Diplomatebus suis vocauerit *tertium*. Haud equidem constans ea est denominatio Lotharii. Nunc enim simpliciter *Lotharium* sese vocauit, nunc *Lotharium secundum*, nunc *Lotharium tertium*. Secundus adpellatur in charta Episcopi Andreae Ultraiectioni apud HEDAM p. 162. Tertius vocatur in Diplomate nostro, haud secus ac in Diplomatibus, quae exhibentur a CHRISTIANO VRSTISIO Part. I. scriptorum rerum Germanicarum p. 576. et IOANNE MICHAELE HEINECCIO *Antiquit. Goslar. L. II. p. 124.* Iuxta Sigilla Lotharius sese vocat *tertium Romanorum regem inuictissimum*. Testor Diploma nostrum, duoque alia apud eundem HEINECCIUM loco exarato p. 125. 131. 132. Conferri potest D. FRIDERICVS SIMON HAHNIVS in *der Reichs-Historie* P. III. c. 4. §. 1. p. 168. (c) Nullam vero rationem video, cur Lotharius Saxo ob inualecentem**

de. Atque ne quid dubii superfit, eodem anno in charta (e) Bernhardi Episcopi Hildesheimensis, quae Lotharii mandatum confirmat, Sigfridus Comes vocatur aduocatus Abbatiae Gandersheimensis, vt intelligas, eum fuisse tunc aduocatum loci, cuius erat, tribus vicibus iudicia publica in coenobio vel coenobiali vrbe, Abbatissa praesidente, habere.

## §. IX.

barbariem sese vocauerit *Dei fauente clementia tertium Romanorum regem inuictissimum et Imperatorem eiusdem nominis tertium*. Quamuis enim *POLYCARPO LETSERO*, paradoxo ingenii viro, non ad stipuler, qui orationem auspicalem Helmstadii de *facta acui mediis barbarie* habuit; Id tamen adfirmare non ausim, quod tanta Germaniam obruerit barbaries, imperante Lothario Saxone, vt ne quidem numerus regum Germaniae et Imperatorum hominibus fuerit cognitus. Etenim exstant Annales, Chronica, et Chartae de Imperatorum factis innumerae, Auabant etiam Saxones historica. *ANNALES CORBEIENSES* ad a. 1004. sic habent de Wüichindo: *Hofat Abba monumentum erexit Wüichindo nostro Historico, quem pium et deuotum scholae magistrum vocat et historicum, etiam regi et reginae dilectum*. Ex eisdem Annalibus constat, Corbeiam floruisse laudibus egregiae bibliothecae, ac lege celebratam fuisse quadam litteraria, qua erat sancitum, vt quisque Monachorum conscriberet Chronicon. Subest omnino grauior ratio, ab ignorantia et barbarie non desumenda. Lotharius enim doctorum virorum, doctrinaeque historicae erat summus frutor, qui crebra manu voluit reuoluique iussit res gestas ante efforum suorum. *PETRVS DLACONVS* de eo L. IV. c. 108. p. 557. *Noctem illam Imperator fere totam duxit insomnem, iussitque ante se relegi omnia gesta antecessorum suorum, Imperatorum. IDEM* c. 114. p. 558. *Imperator - - gesta Imperatorum, Regum, Ducum ac Principum Romanorum, Graecorum, Hismabelitarum, et diuersarum gentium de annalibus Imperatorum recitare praecipit, et illorum sententias sigillatim adnotare*. Lotharius igitur sese vocat nunc tertium, nunc secundum, prouti Lotharius Austrasiae dominum, ex Lothario I. Imp. genitum, seu inclusit, seu exclusit. Notauit iam Clarissimus *SCHANNATVS*, Pipinum, Carolum M. ante annum 800. Ludouicum Pium, aliosque a Carolo Magno procreatos principes, qui in Italia, Gallia, Austrasia et Germania regnarunt, saepius dici *Imperatores*. Addo illud, quod *rex romanorum et aduocatus Romae Romanaeque Ecclesiae* interdum sint vnum idemque. Vtrumque exemplo Lotharii et aliis documentis genuinis comprobari potest.

- (e) Dabimus Bernhardi Diploma secundum morem scribendi nostrum, vt legi intelligique possit, compendiiis enim scripturae abundat nunc prorsus inusitatis. „In nomine sanctae et individuae Trinitatis. **BERNHARDVS** Dei gratia sanctae Hildinshheimensis Ecclesiae episcopus, omnibus tam futuris quam praesentibus Christi fidelibus notum esse volumus. qualiter locus *CLVSA* dictus olim iam „Dei seruitio mancipatus, cum ad nostra vsque tempora ab incertis eatenus personis teneretur, monachorum tandem habitationi in perpetuum sit traditus. Venerabilis siquidem Abbatissa *LVITGAR-* „*DIS* regim:n ecclesiae Gandersheimensis adepta, cum erga Dei famulatum deuotum semper gereret „animum. Loci illius destitutionem et personarum ibidem instabilitatem vterius non sufferens, ad- „uocatis quibusdam fratribus secundum regulam beati Benedicti et ordinem Cluniaensem institutis, „adnidente Adelardo probo eiusdem cellae rectore religioso praedictum locum ea lege eaque liber- „tate concessit, vt defuncto ipsorum Abbate cuncti fratres in vnum conueniant. et secundum regu- „lam supra memorati patris sancti Benedicti seu de eodem seu de alio monasterio praescriptae religio- „nis libere sibi Abbatem eligant. Electum autem praefatae Gandesheimensis ecclesiae Abbatissae praesentent. vt et ipsa iam factae electioni consentiat. et virgam pastoralem de altari sanctorum Baptistae, „Anastasio et Innocentii sumendam vna cum sua congregatione concedat. ni, quod absit, canonicis ob- „jectionibus refutare prauealeat. Hoc itaque modo electus et ab altari inuestitus eiusdem Abbatissae „admiculo ad episcopum deducatur. vt ab eo, cum obedientiam et debitam subiectionem promiserit, „consecratur. Consecratus autem ecclesiam suam intus et exterius sub Dei timorem disponat. liber „ab omni subiectionis alicuius exactione. excepto quod eidem Abbatissae in consiliis et negotiis suis ro- „gatus libenter assistat. ad celebrandas etiam missas in festis praecipuis et visitandas sorores infirman- „das inuitatus occurret. Ecclesiam quoque de *Brunsteshus*, quae reliquarum mater et principium, si- „milli cura et regimine possessam tam in temporalibus quam in spiritualibus idem Abbas disponat. „ita vt vtriusque ecclesiae vnus baculus et eadem sedes habeatur. Cui et ecclesiae torius adiacentis „villae hospites agros agrorumque redditus et decimas cum siluis et aquis molendino et pascuis apper- „tinentibus confirmamus. Capellam quoque de *Obershus* (*nunc Opperhusen*) cum dimidio suae dotis „manso et duobus itidem semisque manso, quam Rothardus presbyter, adstipulante praedicta pie „deuotionis Abbatissa *LVITGARDE* et confirmante, S. Dei genitrici et beato Georgio obtulit, con- „firmamus, similiter et quicquid tam a prioribus Abbatissis quam a reliquis Christi fidelibus collata „et ab antecessoribus nostris, datis priuilegiis, confirmata sunt. Dei et sanctae ecclesiae nec non et no- „stra auctoritate roboramus. Et ne quis huiusce libertatis et donationum firmitatem violare praesumat, „sub anathemate prohibemus. dato et sigilli nostri testimonio, ne se quis per ignorantiam excu- „set. Siquis autem huius decreti nostri pertinax violator extiterit. hunc irae Dei et beatae Mariae „dominicae millesimo. C<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. Indictione XII<sup>a</sup>. astantibus venerabilibus ecclesiae Hildeneshei- „mensis fratribus Vdone praeposito post episcopo et bertoldo presbytero, Anshelmo episcopo. de „brandenburhc, cum compluribus regis Lotharii capellanis, Thiderico Abbate. *Sifrido comite. et ad-* „uocato iam dictae abbatissae. Liudolfo, de Waltingerthe. Liutgardi abbatissa, cum toto Gandesheim „conuentu et familia.

Bern-

ta (e) Bernhadi Episcopi Hildesheimensis Comes vocatur aduocatus aduocatum loci, cuius erat in vrbe, Abbatis praefidente.

§. II.

nam regem inuictissimum et Imperatorem ETIEN, paradoxo ingenio viro, non alius barbaris habuit; Id tamen officio impetrare Lothario Saxone, vt ne quod fieri cognoscat. Etenim existant Annales etiam Saxones historici. ANNALES: Hic Abbas monasterium erat Witigisum vocat et imperatorem, etiam regi et locum libris egregie bibliothecae, vt quosque Monachorum coenobio et horti non desunt. Lotharius fuit, qui crebra manu valuit. ANNALES de eo L. IV, c. 108, p. 57. Nunc legi omnia gesta antecessorum suorum, Regum, Ducum ac Principum de antecessoribus Imperatorum videtur se vocat nunc tertium, in L. Imp. genitum, seu inclusit, seu n. ante annum 800. Ludouicum, Gallia, Austrasia et Germania et aduocatus Romae Romanorum et alius documentis genuit

n, vt legi intelligi possit, comine sanctae et indiuiduae Trinitatis episcopus, omnibus tam vniuersaliter locus CLUSA datus olim in tris partes personis tenetur, in vniuersa siquidem Abbatis LUTGARDI famularum deuotum semper gerit abbatem vltimum non vltimum, sed et ordinem Clouicensem in praedictum locum ea lege cuiusque vnum conueniant, et locum quod de alio monasterio praescriptum ad hildesheimensis ecclesiae Abbatis vltimum de altari sanctorum Episcopi concedat, ni, quod abbat, canonice ab altari inuestitus eiusdem Abbatis et debitam subiectionem propriam sub Dei timore disponat. Abbatis in consiliis et negotiis recipiis et visitandis sorores istas: reliquarum mater et principum spiritualibus idem Abbas dicitur. Cui et ecclesiae totius aduocatus et aquis molendino et piscina in Opperhusen cum dimidio sine resbyta, adimplante praedicti matrici et beato Georgio oblati, etiam a reliquis Christi fidelibus Dei et sanctae ecclesiae nec non nationum firmitatem violare praesidio, ne se quis per ignorantiam hunc irae Dei et beate Mariae. Acta sunt haec anno incarnationis venerabilibus ecclesiae Hildesheimensi presbytero. Anselmo episcopo, et Thiderico Abbate. Siffrido comite, et Bernhadi abbatis, cum toto Gandersheimensi

MONASTERII LIBERI GANDERSHEIMENSIS.

§. IX.

De Comitibus Sommerschenburgensibus et eorum aduocatia in monasterium imperiale Gandersheimense.

SUMMERSEBURGVM seu, vti nunc vocatur, Sommerschenburg arx sita est haud procul Helmeftadio, quod Academiae Iuliae sedem praebet nobilissimam, ad interuallum vnus miliaris Germanici, qua itur ad ortum australem. Castrum in hunc vsque

Bernhardus ecclesie Hildenesheimensis Episcopus, (Haec in circo sigilli exteriori)

Praemissa hac subscriptione, fini immediate praecedentis diplomatis a typhotheta rectius adnectenda, liceat adductis testimoniis pauca addere. VDONEM ad a. 1016. memorat diploma Imperatoris Henrici sancti, quo donat Meinwero Episcopo Paderbornensi quendam curtem proprietatis suae Berneshusen dictam, in pago Lisga, in comitatu Vdonis sitam, quam Henricus idem ab Vrwano Bremenensi Archiepiscopo donante, et per aduocatum suum Vdonem tradentem, acceperat. Intelligit SCHATENIVS Berneshusen Tremoniae. Sed fallitur vir optimus. Pagus enim Lisga seu Lisgo infra Herciniam ad oppidum Osterodae et Catelnburgum erat situs, vti patet ex locis, quae in illo pago commemorantur, in Diplomate ab Ottone III. a. 990. dato Sophiae Sorori, Canonissae Gandersheimensi, quod exhibebimus, vbi de beneficiis sese aperiet diffrendi campus. Idem Imperator curtem suam in Moronge, dicitur nunc Moringen inter Eimbecam et Gottingam, dedit Meinwero a. 1016. Locus ille dicitur in comitatu Bennonis situs. SCHATENIVS P. I. Annal. Paderborn L. V. ad a. 1016. p. 418. Eiusdem frater Sigefridus Comes a. 1017. subscripsit donationi, ab Henrico II. Imperatore factae Meinwero Episcopo Paderbornensi. SCHATENIVS l. c. ad a. 1017. p. 426. nec non ad a. 1019. p. 433. Cortis Hammonstedt, in pago Rittega, pertinebat ad comitatum Vdonis, vti patet ex Diplomate Henrici II. a. 1019. p. 435. Ex Rittiga dicitur Rittigerode, pagus inter Opperhusen et Salzderhelden ad Leinam, vno miliari Germanico versus austrum ab oppido Gandersheim. Hammonsted seu Himsted erat Comitatus cuiusdam sedes in monte edito inter Ahshufen et Stöcken atque Salzderhelden. In vita Abbatis FREDELINDAE plura de eo loco enarrabimus. Obiter adnoto, contouersias Meinwerci Episcopi Paderbornensis cum Dodiconis Comitatus heredibus ac propinquis Gandersheimii non diremtas fuisse eo anno, ad quem, scilicet 1018. ab Auctore Vitae Meinwerci referuntur. Adstitit enim Cuno, filius Ottonis Ducis, inter testes. Nam Otto a. 1061. demum Dux factus est Bavariae. Adstitit etiam Aribio Episcopus Moguntinus, qui demum exeunte anno 1021. Episcopale pallium nactus est. Res ita est expedienda, Donatio incidit in annum 1018. quae legitur apud SCHATENIVM l. c. ad a. 1021. p. 441. quia tum Henricus Imperator eam confirmavit. Anno autem 1022. in Ermiswerthein condiciones conueniunt vtriusque propinqui Dodiconis et Meinwerci. Obiit Meinwero a. 1036. Eo circiter tempore solutio propinquis Dodiconis Gandersheimii facta fuerit, necesse est. Mentio autem praedicti Hamstede et Alshausen deducit me ad Adelam, matrem Episcopi Meinwerci, et maritum Immed, cuius nomen in Immedesbusen prope Calesfeldam, ad quintum a Gandesia, versus austrum lapidem superest, in fundo, inquam, qui a Meinwerci inde aevo adhaesit patrimonio Episcopatus Paderbornensis, vnde illum in feudo tenent viri generosi de Steinberge in Wispenste n. Immed hic seu Amadeus est tam celebris, vt Duces Sabaudiae exinde tanquam a conditore sui generis sese vocent Amadeos. Geroldus de Immedesbusen rapuit Rikenem, Comitem femnam Gleichentm, vti est in REINHARDI Opusculo To. I. Leibnit. p. 703. Immedi vxor erat Adela, vnde Adelsbusen seu Ahshufen dictum Obscurissima plerisque est Immedi seu Amadei et Adela illius progenies. Quam autem in coniecturam aliquando incidim, Comites Northeimeses originem suam inde traxisse, non possum, quin huc transferam linamenta coniecturae, olim placitae: simulque ostendam, Duces Sabaudiae ad hanc stirpem aegre esse referendos. Dicam illico, quodnam subit fundamentum. En tabulam ipsam!

Witekindus, dux Saxonum contra Carolum M.

N. N. Vx. Mathildis mater Theodorici

Theodoricus. Vxor Reinhilda

Witikint	Immed.	Reginbern	Mathildis		
	Vxor Adela, quae dein nupsit Balderico.		Vxor 2. Henrici Aucupis, a. 909.		
Thidericus heres. Comes Palatinus. † 1014. interfectus per matrem et vitricum.	Meinwercus Episcopus Paderborn. † 1036.	Glismoda sanctimonialis	Azela s. Gifela, Vx. nobilis Principis Bavariae. An Henrici II. Ducis?	Emma, Vxor Luidgeri Billingii, † 1042. superstes marito 40. annos. Adam, Bremens. Chronicon Brem. et Albertus Stadenfis. Meibom. T. I. p. 361.	
Sirus filius, Hunc habui pro Sigfrido seniore C. in Northeim.			Henricus Imp.		



que diem eminet in edito colle ad latus nemoris et frondosi et opaci. (a) Praefecturae cuidam Magdeburgicae dudum fuit pro domicilio datum. Artificio quodam mecha-

Singula fere certa sunt. Duo autem momenta sunt intricatiora. Vnum, an Sirus sit Sigfridus? Alterum, an *Azela* seu *Gisela* illa nupserit Henrico secundo Hezilonis filio, Henrici Aucupis nepoti. Nomen utrumque satis quadrat. Tempus non repugnat. At vero *DITMARVS* in exordio *Annal.* L. V. p. 364. *Gisela* Henrici II. coniugem reputat pro filia *Conradi*, regis Burgundiae. Contra est, quod Henricus II. Imperator Meinwercum vocauerit *nepotem* suum, per quem consanguineus est intelligendus. Potest equidem consanguinitas illa ex *Theodorico*, patre *Immedi* et *Mathildis* repeti. Ita obiectio ex adpellatione *nepotis* desumpta cessat. *Mathildis* genus supra docui. *AVCTOR VITAE MEINWERCI* To. I. Leibnit. p. 518. Meinwerci genus recenset, et *Immedi* heredem vocat *Thidericum*, quem pro *Thiderico* Palatino Comite habeo, et quidem eo, quem memorat *Henricus II.* Imperator in *Diplomate* a. 1013. quod obuium est apud *SCHATENIVM Annal. Paderborn.* P. I. L. V. ad a. 1013. p. 403. Palatino illi Comiti adiungitur ibidem filius *Sirus*, qui *Sigfridus* est. Credibile est enim, *Sigfridum* Comitem *Northheimensem* fuisse *Henrici Sancti* consanguineum, siquidem ipse Comes et filii aemulum *Henrici Imperatoris*, qui *Sanctus* dicitur, e medio tollendum curauerunt. A *Meinwerc* *Sigfridus*, *Benno*, et *Vdo* fratres saepissime pro testibus sunt requisiti. Inprimis *Sigfridus* II. a. 1027. *Gezlethi*, inspectante *Meinwerc*, ab obitu tanti est factus, ut in eum, qui *parricidio* ipsum peremisse nunciabatur, ferrum candens decerneretur. *VITA MEINWERCI* §. 98. p. 558. To. I. Leibnit. *Imperatore reuerso, ipso anno (1026.) facta est generalis synodus Franconorvordis* - §. 99. Proximo anno *Henricus*, filius *Imperatoris*, *unctione* *Pilgrini* *Coloniensis Archiepiscopi* *Aquisgranii* Rex factus. Ipso anno *Arabo* *Moguntinus Archiepiscopus* in *Gezlethi* *synodum* *generalem* cum suis *suffraganeis* *Episcopis* habuit, in qua caetera inter *Ecclesiastica* *negotia* *quidam* *homo* *ingenuus*, de *homicidio* *SIGFRIDI* *COMITIS* *incusatus*, *candens* *ferrum* *se* *expurgavit* *et* *ex* *decreto* *synodi* *post* *duas* *noctes* *illaeus* *apparuit*. Id autem est dolendum, quod *AVCTOR VITAE MEINWERCI* §. 34. p. 540. omiserit narrare momenta *Comitis* *Thiederici*, quo *uebatur* *fratre* *Meinwerc* *Episcopus*, momenta, inquam, omnia et generis et matrimonii et posteritatis. Mater *Athela*, *Immedo* mortuo, secundas iniuerat nuptias cum *Comite* *Balderico*, homine forti, diuiti ac potenti, eiusque consilio filium proprium, *Comitem* *Thiedericum*, dilectissimum *Meinwerc* solatum, in vrbe munitissima *Vplage* iuxta *Eltene* sita VII. Id. Apr. a. 1014. interficiendum curauit. *Thiedericus* erat natu maior; *Meinwercus* minor. *Meinwercus* a. 1036. *Pentecosten* circiter obiit, §. 124. p. 564. qui anno 983. ab *Ottone* III. Imp. *Capellanus* regius fuerat denominatus, et ea de causa circiter a. 960. natus. Quae quum ita sint, *Thiedericus* Comes annos quinquaginta egressus est, antequam occideretur. Recordor porro, *Thiedericum* *paternae dignitatis et facultatis heredem* fuisse designatum §. 4. p. 519. Quis, me non monente, haud intelligit, *Thiedericum* duxisse quamdam uxorem? Tacet tamen *AVCTOR VITAE MEINWERCI* de liberis *Theodorici*, ubi praecipua ei offerebatur occasio, de eis, si qui fuissent, mentionem faciendi. *Immed* comitatum administrabat in *Germania inferiori* circa *Traiectensem* *Dioecesein* et in *Westphalia occidentali*. Ipse *nobilem duxit uxorem* de terra *Saxoniae*, *Athelam* nomine, cum *multiplici* *diuitiarum* *apparatu* ac *possessionum* *praediorumque* *restitu*. Haec *Athela* post mariti mortem magna ex parte retinuit, atque ex eis a. 1014. iurisdictioni *Imperatoriae* subiecit ac tradidit villas sequentes, videlicet *Immedeshusen*, *Walmonthesm*, (*Walmoden*) *Hauerlon* (*Haverla*), *Hinkelheim* (*Höckeln* ad *Northemium*), *Mondelbke* (*Mandelbek* ad *Osterodam*), *Golzbeke* (postea dicitur *Goltbeke*, nunc vocant *Goldbach*, *Golmbach*, *Golmke* ad *Holzmindam*), *Dodonhusen*, *Hohisnesleuo*, *Waheresleuo* (in *Ducatu* *Magdaburgico* haud procul *Scheninga*.) *VITA MEINWERCI* §. 34. p. 540. *Imperator* *donationem* *donatione* *compensauit*. *Athelae* enim *vitam* *donauit*, licet esset rea *parricidii* in *filium* *Thiedericum* *commissi*. *Meinwerc* autem sic erat addictus, ut *donata* *sibi* a *matre* *transferret* in *filium* *Episcopum*. *Diploma* *donationis* *existat* apud *NICOLAVM* *SCHATENIVM* *Annal.* *Paderborn.* P. I. L. V. ad a. 1016. p. 417. *Athela* autem continuo ferebatur in deteriora, et bona sua vario dissipabat modo, vnde mihi sit verosimile, heredem ei *maieculum* defuisse, ex quo *Theodericus* filius *insidiis* *intestinis* *oppressus* *suecubuit*. Ipsa enim *praedia* *partim* *vendebat* *Heriberto* *Coloniensi* *Archiepiscopo*, *partim* *donabat* *Tutiensi* *coenobio*, eo quod *Baldericus*, *vitricus* *Weinwerc*, *militari* *facramento* *eidem* *Archiepiscopo* *erat* *obstrictus*. Praeterea *donabat* *cathedrali* *ecclesiae* *Coloniensi* *emporium* *Refe*, haud alio *donationis* *lucro*, quam ut ipsa in *ecclesiae* *Coloniensis* *templo* *cathedrali* post *obitum* *tumularetur*. *Sedes* *Athelae* *et* *Balderici* *erat* *Radinheim*, nunc *Rencum* *sive* *Redenchem* haud procul *Arnhemio*. *Athelae* *insidiis* *et* *veneno* *Wigmannus* *Comes* *interiit*. *Eadem* *duos* *nobiles* *ab* *Imperatore* *missos* *viros*, *iuuante* *marito*, *per* *insidias* *interemit*, et tandem ad *incitas* *et* *ultimam* *inopiam* *tanropere* *est* *reducta*, ut cum *coniuge* *stipem* *ostiatim* *colligeret*. *DITMARVS* *Annal.* L. VII. p. 411. sq. *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* ad a. 1016. p. 291. *Wigman* *Comes* *occidentalis* *Saxoniae*, *inter* *se* *et* *Baldericum* *Comitem* *reconciliata* *pae*, *persuadente* *callida*, *perfida* *et* *anara* *coniuge* *eiusdem*, *insidiis* *perfidiorum* *in* *itinerem* *dolose* *peremptus* *occubuit*. Anno tandem 1018. *Baldericus* cum *Caesare* in *gratiam* *rediit*. *DITMARVS* *Annal.* L. VIII. p. 423. *Conf.* *SCHATENIVS* l. c. p. 420. sq. Haec *dedita* *opera* *videbantur* *intextenda*, *partim* *ut* *innotesceret*, ex *Immedo* *genus* *Sabaudicorum* *Ducum* *deriuari* *non* *posse*, *partim* *vero* *ad* *excitandos* *alios*, ut *coniecturam* *meam*, olim de *origine* *Comitum* *Northheimensium* *conceptam*, *examinent*. Mihi quidem nihil occurrit, quo *eam* *firmam* *stabilemque* *satis* *reddere* *queam*. Obiter *notari* *potest*, *geminum* *dari* *Immedeshusen*, vnum vulgo *Immesen*, alterum *Immeshusen* dictum. Posterius occurrit in bonis *Athelae*; prius in *indiculo* *Plenarii* *nostri* *ad* a. 1007. *Utrumque* *tenet* *Gen.* *vir* *de* *Steinbergen*. *Lego* *tamen* *in* *chartis* *antiquis*, *Abbatissam* *Gandersheimensem* *possedisse* *in* *posteriori* *Immedeshusen* *decimas* *et* *ius* *constituendi* *rectorem* *ecclesiae*.

(a) HENRICI MEIBOMII *Chronicon Marienthalense* p. 246. sq. T. III. rer. Germ. vnde multa depromsi, et ea potissimum, quae ex aliorum testimoniis non comprobo.

chanico, aevi recentioris, aqua ibi evoluitur et in collem sublimem ope boum adleatur. Locus ille maxima olim claritate insignis erat. Aetate iam vetustissima Comites ab arce ipsa fuerunt denominati, e quibus Erkenbaldus Archiepiscopus Moguntinus et Berwardus Episcopus Hildesienfis procreati erant: (b) e quibus ADELHEIDIS Abbatissa erat genita, quae collegio sacro Quedlinburgensi et Gandersheimensi praefuit. (c) Palatinos etiam Saxoniae Comites dedit Summerseburgum, postquam Comites Wetinenses Palatinatu Saxoniae a Friderico Comite Summerseburgio fuerunt spoliati. (d) Haec vt eo accuratius conspectui nostro ingerantur, tabulam adieci, quae Comites Palatinos Saxoniae omnes, et Wetinenses, et Sommerschenburgenses, repraesentat. Sommerschenburgensium vitas et res gestas deinde illico subiicere ac succincte tradere constitui.

COMITES WETINENSES

THEODORICVS

1. Comes in Wetia.

Ex tribu Bueici.

Vxor Iudith C. Merseburg. Bionis filia.

DEDO † 1019.

Vx. Tetburga

THEODORICVS II.

† 1034. Vx. Mathildis, heres Misniae, filia Ekkehardi, qui in Pölethe 1002, occisus.

FRIDERICVS I.

† 1020. Vxor Agnes de Wimarre. Dicitur Comes Palatinus

DEDO I. marchio Misniae. Vx. Oda

THIMO † 1091. in Chronico montis Sereni p. 202. edit. Mad.

Reliqui in Chronico montis Sereni p. 202. edit. Mad.

FRIDERICVS II. † 1038. Vxor Hedwigis Barvarica.

DEDO Palatinus et de Sommerseburg † 1036.

ALBERTVS Archiep. Bremensis † 1043.

BERTHA † 1090. C. de Hennenberg. Lutgardis

ODA Vx. Alberti C. in Sommerseburg, cognominati Seveke Chron. montis Sereni. p. 203. Ipsa † 1023. Erat enim primogenita. Chronicon Quedlinburg. p. 294.

ALBERTVS Seveke C. de Sommerseburg. Vx. Oda.

FRIDERICVS I. seu senior † 1115. Vx. Ida soror Rudolphi iunioris C. de Stade. Albertus Stadenfis p. 163. sq. Meibomius ei dat uxorem Mechtildem, Thetbergae filiam, fundatricem coenobii Hamerslebenfis.

FRIDERICVS III. caesus a. 1085. Vx. Alheidis, filia Vdonis C. Stadenfis.

FRIDERICVS IV. posthumus. Canonicus Magdeburgensis.

SOPHIA, vxor Hermannii Landgraviu Thuringiae, cui Fridericus Barbarossa Palatinatum tradidit a. 1181.

IVTHA.

Maritus Theodoricus marchio Misniae.

HENRICVS ILLVSTRIS C. Palatinus, marchio Misniae, in cuius posteris Augustissimis et Serenissimis adhuc haeret Palatinatus Saxoniae.

FRIDERICVS II. fundator coenobii Mariaevallensis a. 1138. † 1162. Vxor Lucardis

ALBERTVS PALATINVS vltimus familiae † 1178. Vx. Lutgardis Hennenbergica † 1220.

ADELHEIDIS Abbatissa Quedlinburgensis et simul Gandersheimensis † 1190.

Vetu-

(b) TANGMARVS PRESBYTER in Vita S. Berwardi c. l. p. 441. COMPENDIVM VITAE S. BERWARDI p. 481. To. I. Leibnit. vbi inter alia legitur de Berwardo: Ipse etiam Herbenbaldum (Erkenbaldum) Moguntinae sedis electum, suum secundum carnem cognatum, in Archiepiscopum consecrauit. (c) IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS in Antiquitatibus nummatis Quedlinburgensibus §. XV. p. 221. KETTNERVS in Diplom. Quedlinburg. p. 186. 196. (d) CHRONICON MARIENTHALENSIS l. c. p. 247.

Vetustissimus Comes Sommerseburgicus, quem ego quidem inuenire potui, est *ATHELBERO*, seu Adalbero, Adelbertus, auus *Berwardi* Episcopi Hildesienfis, (e) pater *Rothegardis* Abbatissae Hilwardeshufensis. (f) *Berwardi* frater erat *TAMMO*, (g) qui possedit Sommerseburgi arcem munitissimam, atque *Berwardi* illius nepos exstitit. Quis autem *Tammonis* fuerit progenitor, id non admodum facile est iudicatu. Si quid tamen, quoad certiora adferuntur documenta, dandum est verosimilitudini, *THIEDERICVS* quidam Adalberonis fuit filius, eaque de causa simul parens *Tammonis*. (h) *DITMARVS* ad annum 976. refert mortem marchionis *Geronis*, qui captus fuerit iussu Imperatoris in *Sumeringe*, et accusatus, inde autem *Magdeburgum* deductus. Captus autem dicitur hortatu *Theodorici Marchionis*. Vnde patet, *Theodoricum* palatio imperatorio in *Sumeringe* praefectum fuisse. In qua sententia confirmor,

quum

- (e) *TANGMARVS* in Vita S. *Berwardi* c. I. p. 441. Ortus est egregiae indolis puer *Berwardus*, claro nostrae gentis sanguine, ex filia *Alberberonis* Palatini Comitiss. Interpretes Saxo vetustissimus post haec interserit verba: *Syn Vader was eyn edel Grawe to Sommerseborch in Sassen, Didrich genant.*
- (f) *TANGMARVS* l. c. c. XXIX. p. 455. *B. Berwardus sperans, Dei gratia - summa pace se conuersaturum, Abbatiam Hilwardeshufensis Ecclesiae sibi ab Imperatore traditam et solemniter ab ipso dedicatione deuotissime consecratam et diuino seruitio excultam, pluribusque beneficiis ac donis ab eo ditatam, ubi etiam sua matertera matris regimen agebat, in praecipua festiuitate illarum adire disponebat, praemisso omni apparatu ad tantam solemnitatem confluentibus necessario. Idem c. XXXVIII. p. 458. eam vocat *Rotheardin*, quae fuerit defuncta a. 1006.*
- (g) *TANGMARVS* l. c. c. XXXII. p. 456. Eodem tempore, (a. 1001.) quibusdam Imperialibus obtinentibus, frater *B. Praefulus Berwardi Tammo* Comes Imperatori gratias, vir certe omnium morum probitate praeclarus, ad Regis imperium de *Sommerseburg* paternum munus valde castellum infedit; cuius solertia atque industria in illis locis et vicis bene tuebatur (i. e. defendebatur) res publica.
- (h) *Tammonis* parens tenuit castellum *Sommerseburg*, quia paternum illud dicitur respectu *Tammonis* inhabitantis. Pater igitur eius fuit Comes de *Sommerseburg*. Hoc erat vnum, *Tammonis* auus aequae moratus est in *Sommerseburgo* inibi Comitatum administravit. Hoc erat alterum, Quare non per matrem, sed per hereditatem paternam *Tammo* comitatum *Sommerseburgensem*, quantum ad agros adinet, accepit. Hoc ubi obtinuit, non possumus, quin adsentiamur interpreti Saxoni, qui patrem *Berwardi* fratrisque *Tammonis* constituit *Theodericum* seu *Dietericum*, *Berwardus* proinde non e filia, sed e filio, *Athalberonis* Comitiss Palatini natus est. Suspicius sum aliquando, *Tammonem* esse *Thimonem*, marchionem *Misiae*, cuius pater aequae dicitur fuit *Thidericus*. At vero non respondet tempus: nec vllus *Athalbero*, pater *Diderici*, vel qui Comes Palatinus fuerit, inter Comites *Wetineses* reperitur. Vale dixi igitur illi coniecturae, non omitens adnotare, Comites Palatinos *Saxoniae* initio hereditarios non fuisse, eosque prius e comitibus *Sommerseburgicis* esse adlectos, quam e familia comitum *Wetinesium*. Ex hac enim *Fridericus I.* qui anno 1020. obiit, Palatinatum primus obiit et ad a. 991. dicitur Comes Palatinus in *DITMARI* Annal. L. IV. p. 352. Ceterum *Tammo* et *Tancmarus* idem nomen est, vti adparet ex eodem *DITMARI* L. I. p. 326. Memoriae succurrit eo ipso *Tammo* seu *Tancmarus*, *Henrici Aucupis* ex *Hatheburga*, filia *Ervini* senioris, dominique *Alstedensis*, filius. De matre et filio differit idem *DITMARI* Annal. L. I. p. 324. 325. 326. Quum autem *S. Bernwardus* ab *Otone* secundo in aula sit detentus et gratia quacunque dignus habitus, *Otonem* autem tertium et *Henricum Sanctum* educauerit, ac fratris nomen fuerit *Tancmari*, in eam defendi coniecturam *Athalberonem* fuisse *Henrici* ex *Tammone* nepotem, Mentem meam ita exprimere liceat:

ERVINVS senior, qui in vrbe <i>Alsted</i> maxi- mam partem tenuit.	
HATHABVRGA	N. N.
Vxor	filia
Henrici Aucupis prior	
TAMMO seu TANCMARVS	
ATHELBERO, Palatinus Comes, abundans prole vtriusque sexus.	
DIETERICVS	Rothegardis. Plures.
TAMMO BERWARDVS	Abbatissa Hilwardeshufensis, † 1006.

Quod autem *Tammo* et *Berwardus* Episcopus non ex filia *Athalberonis* fuerint prognati, vel exinde pater, quod *Athalbero* fuerit Comes *Sommerseburgensis* et Palatinus: quod is prole vtriusque sexus felicissime abundauerit, vt habet *TANGMARVS* c. l. p. 442. quod *Tammo* iustus fuerit ab *Otone* tertio confidere in paterno castello *Sommerseburgensi*.

quum nullum Marchionem inter Comites Wetinenses, Stadenfes et Ditmarfos deprehendo, qui eo anno fuerit Marchio. Ferunt scriptores peruetusti, Berwardum Episcopum cum Erkamboldo, Abbate primum Fuldenfi Archiepiscopo deinceps Moguntino, cognationis (i) vinculo fuisse coniunctum. Virium autem mearum non est, gradum consanguinitatis illius determinare, tacentibus monumentis antiquis. Quo tempore vixerit Thammo, id ex fratris Berwardi anno funebri colligi potest, qui a. 1022. obiit. (k) *DEDO*, Friderici I. Wetinensis Comitis filius, vocatur etiam Comes Palatinus Sommercheburgensis. (l) Ipse donauit ecclesiae S. Simonis et Judae, quae uiget Goslariae, praedia in *Slanstede* et *Dedeleue*, pagis, qui nunc siti sunt in Ducatu Halberstadenfi. Ipse Dedo interfectus est circa Pöledam a. 1057. et, iubente Caesare, Goslariae sepultus. (m) Quis Thammonis fuerit filius, in promptu non est adfirmare. Inter Albertum et Thammonem omnino interponendus est filius aut filia. Temporis interuallum sic suadet. Nolim coniecturas heic sequi infirmiores. Quantum autem ad *ALBERTVM* Comitem Sommercheburgensem adinet, cognominatus ille fuit *Seuke*, hoc est, cribrellum, amplam tenuit possessionem. Vixit aliquamdiu in aula Henrici IV. Imperatoris, et quidem eo tempore, quo summa rerum erat penes Adelbertum Archiepiscopum Bremensem, hominem veteris prosapiae et multarum imaginum, nec minus doctum, sed impense arrogantem et ambitiosum, Caesare adolescente inter haec luxuriis et lasciuia adfuescente. Cui Archiepiscopo, quum Albertus Summercheburgius esset familiarior, sororem eius Odam promeruit. (n) *PAVLVS LANGIUS* eam vocat Vdam. (o) Veteres Annales Misnenfes Albertum vocant *Seuken*. An forsitan arcem Seuken-

(i) *COMPENDIUM VITAE S. BERNWARDI* p. 481. To. I. Leibn.

(k) *TANGMARVS* c. XLVIII. p. 464. Obiit sanctus Praesul anno Domini millesimo vigesimo tertio. Etc. XLVI. p. 462. Obiit duodecimo Kalendas Decembris, sedit autem in cathedra triginta annis. Annus 1022. definitur in *CHRONICO HILDESHEIMENSI* p. 714. *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1022. p. 724. *Domnus Bernwardus Hildenesheimensium venerabilis Anstet XII. Kal. Decembris ad Christum migravit.*

(l) *CHRONICON BREVE* Principum Romanorum, qui Goslariae in vicinia egerunt p. 427. T. III. Leibn. Na Godes bordt 1057. *Henricus ein Sone Henric de IV. by deme Namen - In deme ersten Iare synes Rikes let he utropen einen hoff to Gosler in dem pinxsten. Syn Schilt mit deme Schwerde in synem zale to Gosler by sinem hedde wart vorbrent mit deme blizen. Ichtes welche Forsten koren wedder de jungen Koningh Rodolue Marggreven to Myssen in einen Konningk, do wart wydracht unde utghetinge des blades in deme Münstere, dat dat blot vlot ut den doren. Buche ein Niscopp to Halverstadt bleff dar ock dot, unde licht begrauen to Isenborch. DEDO ein PALANTGRAVE van der ZOMERSCHENBORCH bleff dar ock dot, unde licht in deme myddele des Münsters. Duffede gaff der kercken de Gudere to Sclanstede unde to Dedeleue. Permisset hic auctor varia, Burchardus enim a. 1056. vitam suam feruabat, quum Dedo per insidias et parricidium a Clerico Bremensi iuxta coenobium Poelde transfoderetur, ac in templo Goslariensi sepeliretur. *CHRONICA LAPPERBERGENSIS* p. 212. ed. Mader. Anno incarnationis Domini ML. III. Non. Maii DEDO Comes Palatinus apud pagum Polothe a quodam clerico, quem ob crimina sibi obiecta a fratre suo Bremensi Episcopo custodiendum susceperat, simulato obsequio adgreditur, et in inguina, dum scandit equum, occultato ense perfoditur. Clericus vero a militibus accurrentibus comprehensus, Palatino tam semivivus est praesentatur, quasi ad percunctandum, qua morte esset pensendus. Vbi ab eo conspicitur, mirum dictu, manibus extensis, oculis sursum leuatis, voce, qua poterat, haec verba S. Protomartyri Stephani dixisse perhibetur: Domine Iesu Christe, accipe spiritum meum, et ne statuas illi hoc peccatum. Quo dicto, tam dictu quam rogatu Palatini non solum non laeditur, verum liber abire permittitur. Et ille hoc quidem ordine defunctus, Imperatore Henrico Goslariae iubente, luctu et placentia maximo est tumulatus. Hic erat vir bonus et iustus, et circa Dei cultum deuotissimus. Praeterea rebus militaribus adeo fuit aptissimus, ut suis temporibus nemini videretur secundus. Ex hoc testimonio percipitur, Dedonem hunc fuisse Friderici I. Wetinensis Comitis filium, siquidem fratre dicitur gaudius Episcopo Bremensi, nempe Alberto seu Adelberto. *LAMBERTVS SCHAFFENBURGENSIS* ad a. 1056. p. 322. edit. Pistor. *Dedi, Palatinus Comes, a quodam clerico Bremensi occisus est, quem a fratre suo archiepiscopo susceperat, pro criminibus, quae ei obiectebantur, exilio deportandum, sepultusque est, iubente Imperatore, in Goslaria.* *HEINECCIUS* in *Antiqq. Goslariensibus* L. I. p. 65. I. G. *LEVCKFELDIUS* in *Antiqq. Halberstadenfisibus* p. 461, qui recte animaduertit, Burchardum Halberstadensem Episcopum tum nondum interuisse, sed in tumultu Goslariae post viginti inde annos orto calamitate summa fuisse circumdatum, quae ei mortem conscierit.*

(m) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1056. p. 254. *CONTINVATOR HERMANNI CONTRACTI* ad d. a. p. 337. *LAMBERTVS SCHAFFENBURGENSIS* ad a. 1057. p. 712.

(n) *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 254. *CHRONICA MONTIS SERENI* p. 202. 203.

(o) *PAVLVS LANGIUS* in *Chronico Citicensi* ex *Chromis Gofeckensis* monasterii To. I. Pistor. p. 773. ed. Steuv. 1141. *Hic temporibus (1045) effulsit comes Fridericus, fama ferento, cuius nominis primus, de nobilissima antiquorum Saxonum et Francorum prosapia ortus. Huius uxor Agna, procerum de Winare filia, quae genuit et tres filios, Albertum episcopum Bremensem, Dedonem et Fridericum, comites Palatinos Saxoniae, et Vdam filiam. Post obitum parentum, Dedo et Fridericus, Deo fideles et*

kenborg ad syluam Herciniam olim condiderit, inquiri potest ab eis, qui Geographiae saeculi medii vacare solent. Ex Alberto et Oda natus est *Fridericus* primus seu senior, qui primus dignitatem Palatinam, (p) ereptam *Friderico* Saxoniae Palatino Comiti ex familia illustri *Wettinensium* oriundo, sibi vindicauit. (q) Plerique primum Palatinum Saxoniae comitem constituunt *Fridericum I.* Comitem *Wetinensem*. Quod si autem fide veterum stamus, *Friderico* iuniori, illius *Friderici I.* filio, qui a. 1038. in castro *Wincenburg* decessit e vita, (r) honos is adtribuendus est. *CHRONICON PEGAVIENSE* refert, quod *Fridericus* Comes *Sommerseburgius*, ab Imperatore *Henrico* quinto dignitate sua priuatus eidemque rebellare impulsus sit, Imperator enim is vna cum regno, quod per vim et sacrilegium patri eripuerat (s) odium aduersus *Saxones* adsumsit eosque exactionibus inauditis vehementer infestauit. Principes e contrario, impatientes istorum onerum, sese conuerterunt ad defendendam auitam libertatem. Imperator ad asperrima quaeque promptus cunctos hosce dignitatibus priuauit, aliosque in locum eorum substituit. In numero calamitosorum eiusmodi erant *Reinhardus* Episcopus *Halberstadensis*, *Fridericus* Palatinus *Sommerseburgius*, *Fridericus* Comes *Arnsburgius*, *Rudolfus* marchio *Stadensis*, qui, adiuncto sibi *Lothario*, nuper dynasta *Querfurtensi*, nunc *Saxoniae* duce, et *Wiperto* Comite *Groicensi* aliisque proceribus, quos Imperator molestis funestissimis onerauerat, ad saltum *Welfonis* conflixerunt cum *Henrico* quinto. (t) Praelium ipsum incidit in diem vndecimum *Februarii* anni 1115. (u) *Saxones* autem *Henricum* Imperatorem tum deuicerunt et fugarunt, tum in sum-

mas

denoti, castro *Goseck* subuerso, templum eximium loco eius erigentes, monachicam vitam, *Burghardi* *Halberstadensis* episcopi consilio, ibi instituerunt, *Benmonem*, quendam religiosum virum, in primum abbatem praeficientes. Sed quis fuerit, vel ubi finierit, ibi non exprimitur. Anno itaque Domini 1054. tertio *Calend. Octobris* ecclesia dicti monasterii per *Adelbertum* archiepiscopum *Bremensem* dedicata est. Cui solennitati interfuerunt *Burghardus* praenarratus *Halberstadensis*, *Wintherus* *Mersseburgensis* et *Eppo* noster *Citizensis* episcopi, et ipsa quoque *VDA*, soror fundatorum clarissima, et *Christo* deuota. *CHRONICON GOZECENSE* p. 221. ed. Mader.

(p) *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 217.

(q) Ita narrat *MEIBOMIUS* in *Chronico* *Marienthalensi* p. 247. 254. Noli repugnare enarrationi coniectae. Si tamen liceat iudicium interponere, Comites tam *Wetineses* quam *Sommerseburgenses* sese vocarunt *Palatinos*, filiaeque earum *Palatinas*, *Athalbero* et *Tammo* nonne vocantur *Comites* *Palatini*? *Comites* contra *Wetineses* dicuntur *Sommerseburgenses*. *Communi* stirpe enim videntur procreari. *PAVLVS LANGIVS* in loco adlato *Comites* *Wetineses* ex nobilissima *Saxonum* et *Francorum* profapia deducit. *DITMARIVS* *Annal.* L. VI. p. 388. Si te *lectorem* audire delectat, unde is *Dedi* Comes fuerit, de tribu, quae *Euzici* dicitur, et de patre *Thiedrico*, originem duxisse accipiet. - Insuper *Thiedburgam* *Thiedrici* *Marchionis* filiam, duxit - Proximum natale Domini rex in *Polithi* celebrauit, et ibidem *Thiedrico*, praedicti *Comitis* filio, comitatum ac omne beneficium iure et hortatu *Reginae* et *Principum* suimet, dedit. *Dithmari* tempore notissimus erat *Burchardus* Episcopus *Halberstadensis*, qui *BVCCO* dicebatur. *CHRONICON STEDERBURGENSE* ad a. 1089. p. 853. To. III. *Leibn.* *Bucco Halberstadensis* Episcopus occiditur. *MONACHVS HAMERSLEBIENSIS* p. 709. To. III. *Leibn.* *HELMOLDVS* in *Chronico* *Slauium* c. XXXVII. p. 361. Per tribum igitur *BVCICI* intelligo dioecesin *Burchardi* seu *Bucconis* *Halberstadensis*, in qua *Sommerseburgum* erat situm. Alioquin non sum nescius, *Bucithi* oppidum fuisse inter *Salam* ac *Mildam*, quod nunc indubie *Budferz* vocatur. *BVCITHI* illud obuium est penes *DITHMARVM* *Annal.* L. III. p. 341. Obuerfatur etiam ante oculos *Burchardus* Dynasta *Thuringiae* tempore *Henrici* *Aucupis*. At continuo aurem vellicat testimonium *Langii* de nobilissima antiquorum *Saxonum* profapia, quod in urbem *Bucithi* et *Burchardum*, *Thuringiae* Ducem, non quadrat. Continuo recordor, *Comites* *Wetineses* dietos fuisse de *Summe* *seborg*.

(r) *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1038. p. 729. *Sigfrithus* praetor *Palatinus* frater *Brunonis* Episcopi *Mendonensis* VII. Kal. *Masi* moritur et in *Winciburgh* tumulatur.

(s) *SIMON ERIDERICH HAHN* in *der Reichs-Historie* P. III. c. 2. §. 10. p. 88. sqq. *IOANNES MICHAEL HEINECCIUS* in *Antiqq.* *Goslar.* L. I. p. 107. sq. ad a. 1105.

(t) *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 255. *Sigfridus* Comes priores miseras suas sequentibus exaggerans, totam pacem *Saxoniam* - tantis implevit querimoniis, ut tam *Ducem* *Lotharium*, quam *Rudolphum* *Marchionem*, *Fridericum* *Palatinum* comitem, *Wigbertum* atque *Ludouicum* nonnullosque alios ab obsequio traheret Imperatoris. Et paullo ante: Episcopus *Halberstadensis*, nec non *Gertrudis*, illa praepotens per *Saxoniam* vidua, violentiam pati ab Imperatoris praesidiis, inuisione praediorum suorum, clamitabant. *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1115. p. 738. Contra Imperatorem *Liutgerus* et principes praedicti (inter quos *Palatinus* Comes *Friethericus*) adiunctis sibi *Fritherio* Comite *Westphaliae*, *Henrico* fratre suo, *Henrico* de *Lindburg* (*Limburg*) - tendunt. Conf. *Diploma* *Reinhardi* Ep. *Halberstad.* ad a. 1114. apud *LEVCKFELDIUM* in *Antiqq.* *Halberstad.* p. 702. sqq. et *CHRONICON HALBERSTADENSE* p. 131. T. III. *Leibn.*

(u) *NECROLOGIUM HILDESIENSE VETVS* To. I. *Leibn.* p. 763. III. *Idus* *Februar.* occisorum plus millium in loco, cui nomen *Welphesholt*. *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1115. p. 738. Imperator *Saxonibus* in loco, qui dicitur *Welphesholt*, occurrit: ibique III. *Idus* *Februarii* acriter cum

49

mas coniecerunt angustias. (x) Imperator moderatior redditus tandem a. 1119. restituebat Principibus nonnullis, quae ipsis abstulerat, ac anno sequente Lotharium, Fridericum Palatinum Comitem, Rudolfum, marchionem Stadensem, aliosque in gratiam recipiebat. (y) Quo ipso anno 1120. Fridericus diem obiit supremum. (z) Vxore v- sus est Fridericus *Mechtildi*, filia Thetbergae, in cuius honorem et memoriam incisum est saxo epitaphium in choro templi aedis sacrae Hamerslebiensis, anno 1108. exstru- ctum. (aa) Ex hoc matrimonio in lucem editi sunt *Fridericus* iunior, et tres filiae *Adelheidis*, *Iuditha* et *Agne*. Adelheidis nupsit Goswino, dynaste comitatus Heinsber- gii in agro Iuliacensi, eique peperit Salomen, nuptam postmodum Burchardo Co- miti Dassiliensi: Philippum Archiepiscopum Coloniensem, Henrici Leonis aduersari- um: Mechtildin coniugem Dedonis Craffi, Comitis Rochlicensis: et Godfridum he- redem comitatus Heinsbergenensis. Iuditha in thorum adscita est a Ludouico, Comite Aldenhufano. Agnen seu Agnesam duxit in vxorem Conradus, filius Comitis Plocen- sis,

*es congregantur.* Silua catuli, Welphsholt, fuit sita in Comitatu Mansfeldico iuxta Gerbsted, Sand- dersleben, et loca vicina, vti docet I. G. LEVCKFELDIUS in Antiquit. Halberstad. p. 594.

(x) *CHRONICON MALLEACENSE* ad a. 1115. p. 218. Ainricus Imperator a Saxonibus deuictus est. *ANNALES HILDESHEMENSES* l. c. *Saxones victoria plene potiuntur. DODECHINVS* in Appen- dice ad Marianum ad a. 1115. p. 469. *Imperator cum Saxonibus pugna facta multos suorum perdens re- uertitur.* *HELMOLDVS* Chronici Sclauorum L. I. c. XL. p. 573.

(y) *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 262. 263. *Conuentu Rhenansi partibus habito, tam aduersariorum quam amicorum Imperator concorditer vsus consilio, vnicuique per totum regnum suis rebus spoliato, propria concedi praecepit, cunctaque regum antiquorum ficalia suam in dittonem interim recepit.* *ANNALES HILDESHEIMENSES* ad a. 1120. p. 739. *Dux Lutgerus, Fridericus Palatinus Comes, Rodolfus et plures alii Imperatori reconciliantur.* *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 263. *Fridericus Palatinus Comes, qui nuper se a caeteris dissocians Regis fidelitati deuinxerat, obisit.*

(z) *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 263.

(aa) *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 248. Mechtildis haec Thebergae filia a. 1108. fundauit et insti- tuit coenobium Hamerslebiense. Primam fundationem *CASPAR CALVOER* tribuit Episcopo Halber- stadiensi Bernhardo eamque in annum 961. reuicit, in Saxonia antiqua gentili et Christiana P. IV. L. II. c. XIX. p. 515. sq. Litterae ipsius Reinhardi Episcopi Halberstadenensis a. 1112. datae et apud I. G. LEVCKFELDIUM in Antiqq. Halberstad. p. 700. sqq. obuiaae. Eae Friderici, et vxoris Machtildae mentinerunt, erroremque Calvorii fati superque aperiuunt, atque sic habent:

Ego REINHARDVS Halberstadenensis Dei gratia Episcopus, Notum sit Christi fidelibus presentibus et futuris, quod ego REINHARDVS Halberstadenensis Dei gratia Episcopus, diuina suadente gratia, pro remedio anime mee, in villa, que dicitur Osterwick, regularem Clericorum vitam, quae beati *Angu- stini* inscribitur, instituerim, et Canonicis ibidem Deo famulantibus in sustentationem praedia dona- uerim, sita in comitatu Frietherici Comitis in villa, quae dicitur *Ostenleue*, videlicet XX. et VIII. man- sos, et dimidium cum mancipiis vtriusque sexus pertinentibus, et duo prata cum tota decima eius- dem ville, et in *Bickendorf* veniam vnam dimidio manso, et siluam vnam eidem ville adiacentem cum duobus iugeribus in Comitatu Luidegeri Comitis, in *Langelen* tres mantos et dimidium. Postea quaedam matrona nomine *THIETBURGIS* religionis habitum professa pro salute anime seu et paren- tum suorum, *MACHDILDA* filia sua, et ceteris hereditibus suis presentibus et consentientibus predia sua beato Stephano in Halberstad sub hac condicione se traditurum promisit, si predictam vitam quam in Osterwick inchoaueramus, in villam, que dicitur Hamersleb, transferremus. Cuius salu- bre votum, vt oportuit, intendentes, nec minus incommoditates forensium causarum, que in Oster- wick prefatam vitam plurimum inquietate poterant, declinare cupientes, accepto fidelium Ecclesie nostre consilio cum prememorata persona datisiam suis, vt promiserat, prediis pacti presinito sen- tentiam confirmauimus, et fratres, quos in Osterwick Deo seruire disposueramus, nunc mutata, vi- uendi regula in *HAMERSLEVE* transtulimus. Hec autem predia, que predicta Thietburgis S. Ste- phano in Halberstad cum mancipiis vtriusque sexus, agris cultis et incultis, pratis, molendinis, aquis aquarumue decursibus, et cum omnibus vtilitatibus, que inde prouenire possunt, perpetua stabilitate contradidit, sita sunt in Comitatu Frietherici Comitis, videlicet in villa, que dicitur *HAMERSLEVE*, XX. mansi et octo, in *Wagersleue* XX. mansi et vnus, in *Wirdesleue* XV. mansi et dimidius, in *Lutechen Hamersleue* VI. mansi, in *Gundinesleue* vnus mansus: dehinc *MACHDILDA* eiusdem re- ligiosae Thietburgis filia cum consensu et fauore filii sui Widekindi predia, que mater sua S. Ste- phano donauerat in prescripte vite supplementum in *Hamersleue*, suorum prediorum traditione am- pliauit. Hec autem predia, que *MACHTILDIS* sancto Stephano cum mancipiis vtriusque sexus, agris cultis et incultis, siluis, pratis, molendinis, aquis, aquarumue decursibus, et cum omnibus vtilitati- bus, que inde prouenire possunt, perpetua stabilitate contradidit, sita sunt in Comitatu Friethe- ric Comitis, videlicet in *Helinge* et *Stapelinge* et *Hellinge* et *Meintorp* XXX. et VIII. mansi, in *Hursinge* XIII. mansi, in *Bertensleue* duo mansi, in *Arresleue* (est Orsleue) XIII. mansi, in *Ta- desforff* IX. mansi in *Rotammersleue* vnus mansus, in *Wereninge* vnus mansus, in *Bonesforp* duo mansi, in *Ballesforp* vnus mansus, in *Dutemdorp* vnus mansus, in *Baddenleue* VIII. mansi et dimi- dius; In Comitatu *HENRICI* Marchionis, in *Stenberge* vnus mansus et tria iugera, in *Glasinge* vnus mansus, in *Hillesleue* vnus mansus: In Comitatu *Gertrudis* Comitissae in *Adenesleue* XI. et duo mansi, in *Westeren* duo mansi, in *Datheim* vna mansio et quinque iugera, et vnum *Panstal*, in quo

ab eis, qui Geographia  
Fridericus primus seu  
o Saxoniae Palatino Co  
(g) Merique primum Pa  
n Weinenlem. Quod  
ci I. filio, qui a. 1098.  
us est. *CHRONICO*  
gius, ab Imperatore He  
lit, Imperator enim is v  
s) odium aduersus Saxo  
niuit. Principes e contra  
tendam auitam libertatem  
titudibus priuauit, aliosque  
modi erat Reinhardus E  
rus, Fridericus Comes Arn  
hario, nuper dynasta Que  
si aliisque procedibus, qui  
onis confluerunt cum Ho  
num Februarii anni 11  
et fugarunt, tum in su  
  
monachicam vitam, Burch  
religiosam vitam, in pri  
rimur. Anno itaque Dm  
archiepiscopus Bremensem  
berstadenfis, Wintherus Mei  
fundationem clarissima, et Co  
  
soli repugnare enarrationi et  
entes quam Sommerleberge  
mmo nonne vocantur. Con  
Communis stipe enim vix  
ex nobilissima Saxonum est  
lectorem audire delectat, no  
hedeis, originem dante au  
Praximus natale Domini re  
statuto ac esse beneficium  
notissimus erat Burchardus  
BERGENSE ad a. 1099. p.  
CHVS HAMERSLEBIENSIS  
561. Per tribum igitur BUCH  
merseburgum erat suum, ha  
quod nunc indubie BUCH  
III. p. 141. Obiter facit  
At continuo athen videri  
quod in vrbem Ducis et  
omites Weinenles dicitur  
  
is praetor Palatinus frater  
gbi sumatur.  
§. 10. p. 88. 89. IOANNES  
1105.  
miseria: suas sequentibus  
m Duce Lotharium, quam  
etque Ludouicum nouellum  
Pateris, nec non Gertrudis  
indidit, inuastare praedicti  
738. Contra Imperatorem Loth  
linactis sibi Fridericus Comes  
tendant. Conf. Diploma Beati  
Halberstad. p. 702. 89. et 900.  
  
III. Idus Februar. 1105.  
MENSES ad a. 1115. p. 71  
ne III. Idus Februarii actio

sis, marchio Brandenburgicus, qui in itinere Romano periit ictus sagitta a. 1152. (bb) *Fridericus iunior* seu secundus in deliciis erat Episcopus et coenobii. Reinhardus Episcopus Halberstadenſis a. 1120. cum constituit Aduocatum coenobii Scheningenſis, quod a S. Laurentio nomen trahit. (cc) Litterae Lamberti a Gennep, Abbatis Werdingenſis ac Helmſtadienſis, docent, eundem fuiſſe aduocatum monaſterii, quod ad moenia Helmſtadii reſtat et S. Ludgero eſt conſecratum. Idem fuit aduocatus collegii illuſtris Quedlinburgenſis. (dd) Id in primis Friderico laudi ducendum eſt, quod ſummo a Lothario Imperatore ornatus ſit fauore. Anno enim 1129. interfuit cum Lothario comitiſ Goslarienſibus (ee) ac ſubſcripſit diplomati imperatorio. Paulo poſt verſatus eſt in comiti� Brunſuici agitatſ. (ff) Tempore proximo adſectator et comes Imperatoris fuit conſtantiffimus, quocum a. 1136. fuit in Comitiſ Merſeburgenſibus, vbi Lotharius fundacionem monaſterii Formbachenſis ratam habuit. Anno ſequenti adfuit eidem Bardouici, ibique inſertus eſt Diplomati, quo exſtructio noui in vicinia monaſterii Sigebergenſis confirmatur. Lothario Italiam repetente, ipſe domum repetiit, et anno 1137. Halberſtadii verſatus eſt, vbi Rudolfus Episcopus Synodum prouincialem celebrabat, Biennio poſt in agrum Bremenſem cum exercitu profectus eſt, comitante Rudolfo II. Marchione Stadenſi, atque vrbem Bremam, Adalberone archiepiscopo in itinere Romano

coquitur ſal. In curti Humenuel de Bruchdorp per totum, in *Thoteskuli VIII.* manſi, in *Warendorp V.* in *Langebecke V.* in *Diſſorp V.* in *Riſtede V.* in *Elem VIII.* in *Butenſide IV.* in *Winesbuitlè VIII.* in *Walenkote X.* in *Ardorp I.* in *Thurnitorp IV.* in *Schepingen IV.* in *Goriſſe I.* in *Annantorp I.* in *Diſſili IX.* *Wallenſtilde* per totum, in *Heſſili*, duo manſi. Vt ergo pacti noſtri cum premiſſa matrona habiti, firma ſtaret definitio, predia, que fratribus, in primo in Oſterwick conſtitutiſ, deputaueramus, et predia, que predicta Thietburg S. Stephano in Halberſtad donauerat, cum prediſ Machtilda, filia eius Thietburgis, in Canonice vite vſum deputatiſ beato *Pancratio in Hamersleue* perpetua ſtabilitate tradidimus. In huius rei teſtimonium interſuerunt Conradus camerarius, Thietmarus prepoſitus, Gerardus prepoſitus, *FRIDERICVS* laicus et *FRATRES EIVS*. Walat, Adelbertus comes, Quibus ita geſtiſ preſatus Widekinus depoſito ſeculariſ militie cingulo ad preſatum monaſterium in Hamersleue regulariſ vite facta profeſſione ſe ipſum ſancto Pancratio obtulit et ſancitatis veſtem ſuſcepit. Et quoniam ſuſceptam miniſteriſ cura prouocatur eccleſiaſticarum rerum prouidere cautelam. Hoc quoque ſtatuiſmus, vt, obeunte patre eiſdem eccleſie, fratres ibidem conſtituti alium patrem, vel in eodem clauiſtro vel in eodem propoſito militantem, ſibi eligendi libertiam habeant poteſtatem, ad mutandam vero vite preſcripte regulam non preſumat inſerre violentiam. Et vt he traditioniſ et predictae regule inſtitutioneſ firme, ſtabileſ, et ſemper inconuulſe permaneat, interpoſito anathemate, beati Petri auctoritate et noſtra precipimus, et ſigilli noſtri impreſſione confirmamus. Data quinto Iduſ Auguſti, Vigilia S. Laurentii, Anno Dominice Incarnationiſ M.º C.º XII.º Indictione quinta. Ter memoratur Friethericus comes, ſed non additur vinculum proſapiae, cuius interuentu contigit Machthildem, Thietburgiſ filiam. Memoria potius ingeritur *Widekini*, iſque perſpicue traditur fuiſſe Machtildae filiuſ primuſque Abbas Hamerslebenſiſ. Sequor tamen *Meibomium*, qui Fridericum ſeniorum perhibet ex Vda fuiſſe natam et cum Machthilda, Thietbergae filia, matrimonio coniunctam. Hic enim Sommerſeburgica et Hamerslebenſia accurate habuit cognita. Huic ſi adſentimur, Friderico II. adſcribendi ſiateres et inter eoſ nominatiſ *Wedekinus*. Deinde notatu haud indignum eſt, Reinhardum in charta huius fundacioniſ plane tacere de monaſterio quodam, quod in Hadmersleben iam exſtiterit, et *Meibomium* ſine vlla adiectione Mathildam vocare fundatricem coenobii Hamerslebenſiſ, quum tamen circumferantur duo Diplomata, vnum Ottoniſ primi et alterum Ottoniſ tertii, quibus diſtincte demonſtratur, ſaeculo iam decimo et praefidentibus Episcopatuſ Halberſtadenſi Bernharde et Hildwardo coenobium Abbatiaſ ſubiectum et S. Petro Stephanoque ſacrum Hadmerslebenſiae floruiſſe. Qui autem norunt, duo eſſe in Hamersleben coenobia, vnum Monachorum, alterum virginum ſacratum, dubitationem ipſam per ſeſe ſoluent. De coenobio illo poſteriori, cuius fundatio eſt antiquior, videndi ſunt *IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS* in *Antiquitatibus Gröningenſibus* c. XXVII. p. 235. ſqq. et *CASPAR CALVOER* in *Saxonia Antiqua gentili et chriſtiana* P. IV. L. II. c. XIX. p. 515. ſqq.

(bb) *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 248.

(cc) Diploma ipſum ſeu chartam Reinhardi exhibet *IOANNES GEORGIVS LEVCKFELDIVS* in *Antiqq. Halberſtadenſis*. p. 710. ſqq. vbi vocatur *Fridericus Comes Palatinuſ*, eiſdem loci *Aduocatuſ*. Sequenti autem anno idem Episcopus Reinharduſ coenobio S. Laurentii Scheningenſi poteſtatem eligendi aduocatum concedit. *LEVCKFELDIVS* in medium adfert Reinhardi chartam l. c. p. 712. ſqq. Memorabilia ſunt verba p. 713. *Praepoſituſ et fratres, quem vulgato nomine Aduocatum vocant, eligant, et ſi plus iuſto forte importunuſ eſſe voluerit, episcopali auctoritate alium magiſ idoneum illi ſubſtituant.* In ſubſcriptione p. 715. Fridericuſ ſeſe vocat *Palatinuſ Comitem iuniorum*, et aduocatiſ illam ſeu amiferat ſeu lubenſ alteri tradiderat, ſiquidem *Eberharduſ* vocatur *Aduocatuſ Scheningenſiſ coenobii* in eadem charta.

(dd) *CHRONICON MARIENTHALENSE* Meibomianum p. 248.

(ee) *MADERVS* in *Antiqq. Brunſuicenſibus* p. 227. et *SCHATENIVS* *Annal. Paderborn.* P. I. L. VIII. p. 720. diploma Lotharii produciunt, quo id ipſum comprobatur. Confer *HEINECCI* *Antiquitateſ Goslarienſeſ* L. II. ad a. 1129. p. 124.

(ff) *SPANGENBERGIIVS* in *Chronico Saxonico* c. 217.





Fuit hic princeps omni pietatis, iustitiae, fortitudinis ac mansuetudinis laude excellens, statura corporis procera et ad maiestatem composita. Solo matrimonio infelix, quippe qui coniugem summo loco natam, forma moribusque decentem, neque infecundam, ab importunis sacrificulis non tam persuasus, quam compulsus, inuitus repudiavit. Cultus diuini incremento quantum studuerit, sola fundatio Vallis Mariae (ll) ad Helmstadium ostendit. *ALBERTVS* Sommerseburgius, patre defuncto, Palatinatu potitus est, eumque summa cum laude administravit. Et si autem Henrico Leoni sanguine iunctus esset, persuaderi tamen sibi passus est, ut cum aliis magnis principibus arma contra eum sumeret. (mm) Duravit id belli per quadriennium integrum, sopitum tandem auctoritate Imperatoris Friderici primi, qui honestis conditionibus propositis pacem omnibus reddidit. Rediit igitur Albertus Palatinus cum Leone in gratiam et cum eo de pace mutuis affinitatibus inter dissidentes concilianda iterum iterumque, licet euentu irritato, tractavit. Antequam bello illi civili in Leonem suscipiendo nomen suum daret, anno 1164. mense Ianuario euocatus est a Gerone Episcopo Halberstaden- si ad compositionem controuersiae cuiusdam inter Huiesburgensem et Marieuallensem Abbates iam diu agitatae. Vtriusque monasterii quod aduocatus erat, lubens comparuit. Verum episcopus alios prius in consilium adhibitos secum habebat, nempe Hermannum Verdensis Episcopum, Baltramum summi templi praepositum, Fridericum Decanum: et ex Politicis Adelbertum Wernigerodanum Comitem, Sigfridum et Ludolfum Barones de Suanebeck, aliosque ex equestri ordine non paucos. Ab his sine molestia negotium omne litis compositum est. (nn) Anno 1169. confirmavit donationem sororis Abbatissae Quedlinburgensis et Gandersheimensis Adelheidis IV, uti aduocatus vtriusque illustris collegii, impertitam coenobio Michaelsteinensi ad Blanckenburgum, (oo) Anno 1176. fuit in monasterio S. Ludgeri, accitus eo a Wolfrano Ab-

(ll) *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 255. Fridericus Monasterii Vallis B. Mariae iecit fundamenta anno 1138. sed ante annum 1146. non absoluit. Impedimenta omitto: nam fuerunt varia et prae reliquis administratio Comitatus siue territorii ad Ecclesiam Bremensem pertinentis, quod Hartwicus familiae Stadenfis ultimus pro hereditate paterna possidendum quidem acceperat, sed Friderico Palatino, homini sapienti et iustitiae amanti, administrandum tradiderat. Tantam Friderici dignitatem enarrat *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1144. p. 163. a, b. Anno Domini M. C. XLIII. Rodolfus iunior, Comes, in Thietmarsia occisus est in Comitia sua, et frater suus Hartwicus, maior Praepositus Bremensis, dedit omnem hereditatem suam Bremensi ecclesiae, ut concederetur sibi comitatus Bremensis. Et sic Bremensis ecclesia, quae Principes Stadenfes in quieta possessione longo tempore tenuerant, in suum dominium recepit, hereditatem videlicet Principum et Idae et Friderici, et facta est legitima heres parentum praepositi Hartwici per solemnem, et legalem donationem. Inuestitus est ergo Hartwicus Praepositus, et Fridericus Palatinus, sororius suus, suscepit pannum a rege Conrado, et statutum est, ut esset coadiutor suus et iudicaret pro eo in placitis Principalibus. Dux autem Henricus adhuc puer per tutores suos conuersus est Regi et omnibus Principibus, quod Archiepiscopus Albero matri suae promississet, quod, si moreretur Rodolfus, filio suo Duci conferret Comitatum. Vnde post multas querelas secundum mandatum Regis conuenerunt Kamesso ad causae definitionem. Archiepiscopus praesuit in iudicio ex vna parte; puer Dux ex alia. Praepositus et Palatinus consiterunt ad negotii ventilationem. Auditores aderant Thietmarus Verdensis Episcopus, Albertus marchio, Comes Hermannus de Winceborch et frater suus Henricus de Dasse (ASLO) et magna multitudo militum. Hinc disce, Friderici II, matrem fuisse Idam, sororem Rudolfi et Hartwici Comitum Stadenfium. Fieri tamen potuit, ut *MEIBOMIVS* non ex ignorantia, sed praesidiis monumentorum veterum instructus, Friderico seniori Mechthildam vxorem tribuerit. Mihi ita felici esse haud contigit, ut sollicitus licet scrutator fundamentum adfectionis Meibomianae inuenire potuerim. Charta Reinhardi, quam supra exhibui, videtur omnino repugnare sententiae Meibomianae. Sed peritiores perorent et dirimant hanc dissensionem. Nam venerator sic Meibomiorum merita historica, ut contradicere eis non audeam. Pergit *MEIBOMIVS* in *Chronico Marienthalensi* p. 225. Tandem absolutis aedificiis, et fratribus siue monachis ex monasterio Veteris Campi euocatis, Rudolfus antistes ac Fridericus fundator denuo in Valle Mariae conuenerunt, praesentibus simul multis viris religiosi et nobilibus. Ibi Palatinus nouum hoc suum monasterium in honorem Dei cultusque diuini augmentum abs se liberaliter constructum, antistiti commendauit, qui illud vna cum Erpone summi templi Decano aliisque Canonicis primariis in tutelam ac patrocinium Beati Stephani ac Ecclesiae Halberstadenfis suscepit, diris deuouens omnes, qui res monasterii quoquo modo deteriores redderent. Dedit conuentui hoc tempore Palatinus praedium Brandesleue, et quartam partem nemoris Lappewalti: quibus alii de suo etiam nonnulla adiecerunt. Idem tamen p. 253. donationem illam partis quartae Lappenwoldi tribuit Agnesae, vxori Friderici IV. posthumi.

(mm) *CHRONICON SPANGENBERGII SAXONICVM* ad a. 1164. *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 250. *HELMOLDVS* Chronici Sclauorum L. II. c. 7. p. 623.

(nn) *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 250. sq.

(oo) Priuilegium imperatoris Friderici I., *FRIEDERICVS* diuina fauente clementia Romanorum Imperator „Augustus. Inter cetera potestatis a Deo nobis constitute molimina precipuam ecclesiarum sollicitudinem gerere commonemur, ut, que ad pacem fiunt, in eisdem ordinem, quorum orationibus fructum,

VATORIBVS  
 mansuetudinis laude  
 Solo matrimonio in  
 que decentem, neque  
 compulsi, inuitis rep  
 ndatio Vallis Mariae (O  
 atre defuncto, Palatinu  
 m Henrico Leoni fango  
 magnis principibus arm  
 in integrum, sopitum cas  
 nditionibus propositis po  
 cum Leone in gratiam  
 illanda iterum iterumque  
 onem suscipiendo nomen  
 ne Episcopo Halbestaden  
 genem et Marieuallensem  
 scatus erat, lubens compo  
 cum habebat, nempe He  
 li praepositum, Fridericu  
 comitem, Sigfridum et  
 non paucos. Ab his in  
 169. confirmavit donat  
 Adelheidis IV, vti adu  
 aelsteineni ad Blancken  
 accitus eo a Wolfruo

Abbate Wertinenfi, siquidem eius coenobii aduocatus erat, parente defuncto. Abbas ille,

etum vite eterne possidere mereamur. Notum sit igitur omnibus imperii fidelibus tam futuris quam presentibus, quod fidelis nostra ADELHEIDIS ecclesie Quidelingeburgensis et Gandersheimensis Abbatissa facta quodam concambio cum fratribus de Lapide S. Michaelis contulit et dedit eis filiam quamdam cum fundo sitam ante Hartum iuxta riuum, qui dicitur Goltbecke in Cometia dilecti consanguinei nostri Henrici Ducis Bauariae et Saxoniae, ad cuius filue recompensationem predicti fratres de Lapide S. Michaelis quatuordecim mansos et dimidium bonorum suorum VII. talenta et dimidium soluentes, preface Abbatisse et ecclesie Quidelingeburgensi tribuerunt: His autem finibus eiusdem nemoris termini concluduntur. versus austrum montem includit minorem Stopenberg et latus tangit maioris Stopenberg, inde ad occidentem riuo, qui preterfluit, finitur. ad orientem vero finit vic, que aquarum via dicitur, cingitur, et vsque in campi planitiem extenditur. indeque per viam, que de Lenceze in Goldorph ducit, sicque in riuum Goldbecke pertingit. et quoniam idem concambium ad commodum vtriusque ecclesie rationabiliter ordinatum est, nos quoque predictam filiam ecclesie in Lapide S. Michaelis nostra auctoritate confirmamus. Placuit etiam nobis alias eiusdem ecclesie possessiones omnes nostra confirmatione roborari, videlicet dominicale Euingeroth cum appendiciis suis, Dominicale Northolt, cum noualibus et appendiciis suis, dominicalia Chalersue et Halsingen cum noualibus et appendiciis suis, et quecumque nunc possidet ecclesia, vel in futurum iuste possidebit, in agris, pratis, pascuis, siluis, terris, cultis et incultis, aquis aquarumue decursibus, piscationibus, molendinis, et ceteris utilitatibus, que sunt super terram. Vt autem hec omnia supra dicta rata semper et inconuulsa permaneant, presentem paginam inde conscriptam sigillo nostre maiestatis iussimus communiri, districte prohibentes, ne quis ausu temerario fratres et ecclesiam preminatam in bonis suis inquietare presumat. Quod qui fecerit, L. libras auri componat, dimidietatem camere nostre et medietatem fratribus ecclesie eiusdem persoluat. Huius rei testes sunt, Arnoldus Treurenfis Archiepiscopus, Philippus Colonienfis Archiepiscopus, Conradus Wormaticenfis Episcopus, Relishardus Herbipolensis Episcopus, Burchardus Abbas Fuldensis, Henricus Dux Bauariae et Saxonie, Otto marchio de Brandenburg, Berthold Comes de Andesse, Ludouicus Landgrauus, Ludolfus Comes de Waltingerode, Conradus Comes de Regenstein, Gonzelinus Comes Quein Albertus comes de Werningerothe, Cuno de Minzenberg, Henricus de Gathersleue, Jordanus de Blanckenburg, Lupoldus et Anno frater eius de Heimenburg, Ludolfus aduocatus de Brunewich, Ebertus de Quidelingeburg, Cunemannus de Blanckenburg, et alii quam plures.

Signum Domni Friderici

Romanorum

Imperatoris inuictissimi



Ego Godefridus Cancellarius vice Christiani Maguntini Archiepiscopi et Archi-Cancellarii recognoui.

Acta sunt hec Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. Indiction, VI. regnante domno Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius XXII<sup>o</sup>. Imperii vero XX<sup>o</sup>. Datum apud Franckenfurt. VI. Idus Iulii feliciter Amen.

**DIPLOMA ADELHEIDIS ipsam:** "In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, ADELHEIDIS diuina fauente clementia Quidelingeburgensis et Gandersheimensis Abbatissa, filia Palatini Comitis Friderici, dilectis in Christo filiis - - Abbati de Lapide sancti Michaelis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Cum totius boni operis perfectio in sola caritate persistat, caritas autem nisi per exhibitionem operis perspicua esse non potest, et euident, venerabilia ecclesie Dei cenobia earumque personas diuini sincerius mancipatas obsequiis, alicuius gratie incrementum ditare et sublimare dignum et salutare duximus. Quapropter omnium Christi fidelium presentium scilicet et futurorum noscat industria, quod nos diuini amoris instinctu pro remedio anime nostre Ecclesie sancti Michaelis XVIII. mansos de nouali nostro iuxta villam Thietforde in pago, qui vulgo Northolt nuncupatur, donauimus, ea videlicet ratione, vt ex illis ecclesie inopia et fratrum releuetur penuria, et nobis augmententur bonorum suffragia. Paci quoque et tranquillitati ecclesie materna sollicitudine prouidere cupientes, auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli, sanctique Seruacii confessoris, patronorum nostrorum, et nostra decernimus, vt nullis sub nostra dominatione degentibus fas sit presatam ecclesiam temere perturbare eiusque possessiones a nobis adquisitas et postmodum acquirendas aliqua occasione auferre vel minuere seu quibusque vexationibus fatigare, sed omnia ad gubernationem ecclesie firma conferuentur et stabilia, sustentationibus et usibus fratrum in perpetuum profutura. Et ut hec nostre donationis liberalitas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore, hoc testamentum inde conscriptum sigillo et auctoritate sancti Seruacii subter-

elementia Romanorum Imperatorum precipuum ecclesiarum subuenimus, quorum occasionibus

ille, tum salutis suae fatagens, in dicto monasterio instituit, vt die obitus sui anniuersario

signari fecimus. Facta sunt autem hec domino Imperatore consentiente, presentibus hominibus liberis et ministerialibus ecclesie, Hogero comite de Liewenberch, Comite Hogero de Mannesvelt, Comite Ottone de Walckenstein, Bertoldo Camerario, Eliso dapifero, Friderico marscalco, Etelgero pincerna, Hugemaro de Quidelingeurch, Conrado Crispo et fratre eius Renlao, Heremanno de Marsvelt, Liudolfo et Othérico, Bertholdo et Burchardo de Theforde, Erckenberto prefecto, Alberone de Reden, pretereaque quam pluribus aliis

„Signum Domne Abbatisse

Quedlinburgensis

„et Gandershemensis

gloriosissime.



„Ego Prepositus Sancti Iacobi et Sancti Wiberti recognoui, Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. Indictione XIIIa, regnante Friederico Romanorum Imperatore, anno regni eius XXI<sup>o</sup>, imperii vero XX<sup>o</sup>. Anno dominationis Domne Abbatisse XXIII<sup>o</sup>. Data in Quidelingeurch apud claustrum Sancti Iacobi. VI. Non. Iulii feliciter Amen.

Aliud eiusdem Adelheidis Diploma, ex quo adparet, Athelbertum Aduocatum fuisse vtriusque Ecclesie tum Quedlinburgensis, tum Gandersheimensis:

„In nomine sancte et indiuidue Trinitatis, Ego ATELHEYDES Quidelburgensis et Gandershemensis Abbatissa quarta, \* vtriusque ecclesie mater et domina, filia Palatini Comitis Friderici, dilectis in Christo filiis ROTHEHERO Abbati monasterii de Lapide sancti Michaelis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Sicut specialia matris dilectionis, solonis propensiori pietatis studio imminere, et piis petitionibus fidelium deuota adimplerentur assensum exhibere, vt enim vere cultus religionis et caritatis vnitas et Deo grata seruitus possit subsistere, rex et loca filiorum nostrorum protectioni nostre munimine defendere, et benignitatis studio, qua possumus, conuenit augmentare, quatenus sanctitatis proposito, quod ex optima elegerunt, tanto liberiori deuotione studeant inherere, quanto ab eis vigilantius curauimus omnem satisfactionem indebitam submouere, quapropter in Christo fratres vestris iustis petitionibus clementer annuentes, omnium fidelium presentium scilicet et futurorum noticie patefacimus, qualiter siluam quamdam cum fundo ecclesie Gandersheimensis pertinentem, sitam ante hortum, iuxta riuum, qui dicitur GOLTBECK iuxta Grangiam, que dicitur *Enurgodesyode*, quod nunc mutato nomine *nouus lapis sancti Michaelis* nuncupatur, in Comitatu Henrici Ducis Bauarorum et Saxonum cum certis terminis Ecclesie Quedlenburg, quadam rationabili concambitione contulimus. et quomodo eiusdem ecclesie Quedlinburgensis XV. mansos singuli decem solidos reddentes, quos ecclesia prefati Abbatis Roteheri in quieta possessione et in dote possedit, pro restitutione et recompensatione silue ecclesie Gandersheimensis reddidimus, predictam autem siluam cum fundo vsui fratrum exponendam iam prefate ecclesie Abbatis Roteheri pro restitutione mansorum ob memoriam nostri in possessionem assignauimus, quia illam et in situ et in noualibus et in pascuis vsui ecclesie necessariam esse cognouimus. Facta sunt autem hec annuente fratre nostro Athelberto Palatino Comite vtriusque ecclesie aduocato, presentibus fratribus et sororibus vtriusque ecclesie, Rutico aduocato, Burchardo camerario, Johanne Burchardo, Horwino dapifero, Ministerialibus vero ecclesie Quidelinburgensis Theodorico dapifero, Athelgero pincerna, Himaro, Keelevv, Albono, Thiderico, Ministeriali vero Ducis Infrario, ceterisque fidelibus. Pro firmamento autem huius concambitionis, vt venture posteritati omnem nodum questionis absolute dissoluamus, nomina villarum, in quarum pago cambitio mansorum consistit, speciatim supponimus, *Hatberc* tres mansi, *Aspenstedt* vnus, *Oldenrode* vnus, *Widelene* vnus, *Querenbeck* vnus, *Orden minor* tertius dimidius, *Kellersleue* vnus, *Morsleuen* tres, *Onordorp* vnus. Decernimus ergo auctoritate beati Petri Apostoli et sanctorum Patronorum nostrorum, Dionysii Martyris, Seruacii confessoris, Anastasii et Innocentii confessorum, et nostra, vt hanc nostre constitutionis paginam nec ecclesiastica secularisve persona temere presumat perturbare, vel aliquibus vexationibus fatigare. salua nimirum matris ecclesie iusticia et reuerentia. Et vt hec nostre donationis

\* Quarta eius nominis in Gandersheim, tertia in Quedlinburg. D. KETNERVS ad Diplomata Quedlinburgensia p. 197. I. G. LEVCKFELDIVS in Antiquitatibus nummariis Quedlinburgensibus p. 221.

VATORIBVS  
vt die obitus sui anniver

rio sacra nocturna et diurna fierent, eleemofynae distribuerentur, atque ita anima ipsius Deo reconciliaretur. (pp) Biennio post (qq) cum Henrico Leone arma sumfit adversus Vdalricum Antistitem Halberstadensem: siue quod ab Episcopi praesidiariis militibus, ex Hornburgo, arce munitissima, subinde excurrentibus, iniurias et detrimenta accepisset: siue quod machinationibus inquieti et turbulenti huius Episcopi perniciosius refragaretur. Expugnatum est in ea expeditione Halberstadium, ipsaque vrbe direpta et incensa templum Stephano protomartyri sacrum conflagrauit. (rr) Vdalricus Episcopus captus ad Leonem, qui ex castris domum redierat, vna cum praeposito Romano Brunsvicum captiuus deductus est. Fridericus Comes tandem obiit (ss) anno 1180. uxorem duxerat *Lutgardim* Hennebergiam, Bertholdi IV filiam, Popponis XII forem, feminam ornatissimam, cuius mater et ipsa scribitur nata ex Palatinis Saxoniae, nomine Bertha, defuncta anno 1190. Sterile fuit matrimonium Alberti. Itaque hereditas obuenit sorori Adelheidi, Abbatissae Quedlinburgensi et Gandersheimensi. Lutgardis marito diu superstes fuit, vixit enim adhuc 1220. quò anno omne suum patrimonium, Mulfeldio et Masfeldio exceptis, filio Popponi resignauit, paucisque post mensibus e vita decessit. SPANGENBERGIVS in *Chronico Hennebergensi* existimat, eam, marito defuncto, Saxonia egressam, et velum sacrum elegisse in monasterio Trostatensi, quod erat in agro Hennebergico, et a. 1177. conditum est. Nominauit ipsa sese in litteris suis Palatinam Saxoniae et Sommerseburgi. Hereditatem Alberti ab Adelheide adiri, indignatus est Henricus Leo, qui successioni huiusmodi contradixit. Princeps id temporis potentissimus, qui se Palatinorum heredem proximum et agnatum dictitabat, Adelheidis, impatiens contradictionis, Comitatum ipsum siue sua sponte siue ab aliis inducta vendidit Wichmanno, Antistiti sacro Magdeburgico, filio Geronis Bauari, Comitatis Seburgensis. Leo ex aduerso arma opposuit et arcem Sommerseburgi funditus dirutam Baroni Warbergio Echardeo tradidit, a quo quum instaurata nonnihil esset a Ludolfo, Wichmanni successore, denuo euersa est. Et eo malorum ventum est, ut simul Helmstadium et Warbergam, arcem Baronum hereditariam, incendio deuastaret Ludolfus. A quo tempore Sommerseburgum penes Archiepiscopos Magdeburgios remansit, licet Warbergii Barones et domicilium et aliquid praeterea iuris fiduciarii ibi retinerent. (tt) Adelheidis pecuniam istam, quam a Wichmanno acceperat, partim in instaurationem monasterii *Wandale* nuper destructi impendit, partim in presbyteros, viduas aliosque tenuioris fortis homines erogauit. Habuerunt vero Palatini isti Saxoniae

...te, profertur hominibus  
...omite Hagero de Maanenval, C  
...o. Friderico maritico, Erige  
...e eius Reiluo. Heremanno  
...furd. Erckenbeito prefecto.  
  
...ent hec anno dominice inc  
...omanorum Imperatore, anno  
...batisse XXIII<sup>o</sup>. Data in Qui  
...men.  
...ocatum fuisse vtriusque Ecclie  
  
...burgensis et Gandersheimensis  
...latini Camilli Friderici, alle  
...baculis eiusque tribus tam  
...Sicut specialia materne diu  
...vius religiosus et ecclesiastic  
...belium deuota adimplerone d  
...et Deo gratia seruis posse  
...nne defendere, et benigne h  
...dino, quod ex optima degen  
...ius curauimus omnem iustitiam  
...is petitionibus clementer  
...facimus, qualiter siluam  
...um, iuxta riuum, qui dicitur  
...tato nomine *monas lapsi* ian  
...onum cum certis terminis  
...et quomodo eiusdem ecclie  
...is ecclie prefati Abbatis  
...impensatione silue ecclesiast  
...trum exponendam iam p  
...a nostri in possessionem  
...etiae necessarium esse cog  
...Comite vtriusque ecclie  
...ocato, Burchardo camer  
...elie Quedlinburgensi The  
...trico. Ministeriali vero  
...onis, vt ventare postem  
...um pago cambio man  
...s, *Oldenrade* vrus, *Walden*  
...s, *Morsleben* tres, *Quar*  
...Patronorum nostrorum, *U*  
...t, et nostra, vt hanc nob  
...mat perturbare, vd aliqu  
...entia. Et vt hec nostre  
  
...ETTNERVS ad Diplo  
...a. nummaria Quedlinburg

Quedlinburgensis  
gloriosissime

traditio presenti ac futuro tempore, a cunctis fidelibus habeatur firmiter ac stabilior, hoc donationis nomine preceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare fecimus, et auctoritate magnificentie nostre, vt infra videtur, corroborauimus. Hi sunt testes, et hec sunt nomina eorum, in quorum presentia et auctoritate hec rata atque stabilita consistant. *Hatwigis* preposita Gandersheimensis, *Wernerus* Presbyter ibidem, *Gotfridus* Diaconus ibidem, *Sifridus* Decanus sancte Marie in Haluerstad, *Gotfridus* Prepositus sancte Marie in Quidelingebruch. *Hermannus* Prior *Wiperti*, *Adelbertus* custos sancti Seruacii, *Bertoldus* Presbyter ibidem, *Arnoldus*, *Wolderus*, *Iohannes*, Presbyteri ibidem.

Signum Domne Abbatissae  
et Gandersheimensis

Monogramma,  
quod paullo ante  
dedimus.

Quedlinburgensis  
gloriosissime.

Acta per manum Adelhelmi scriptoris. Quarto Idus Iunii. anno dominice incarnationis millesimo. Co. LX<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>. Indictione quinta decima. regnante imperatore Frederico anno decimo septimo.

(Locus Sigilli.)

- \* Quarta eius nominis in Gandersheim, tertia in Quedlinburg. *KETTNERVS* in *Antiqq. Quedlinburg.* p. 197. I. G. *LEVCKFELDIUS* in *Antiquitatibus nummaris Quedlinburgensibus* p. 221.
- (pp) *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 250.
- (qq) *ARNOLDVS* Abbas Lubecensis *Chronica Sclavorum* c. XXVIII. p. 646. T. II. Leibnit.
- (rr) *ARNOLDVS* l. c. *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 251.
- (ss) *MEIBOMIVS* in *Chronico Marienthalense* p. 252. ad *Chronicon Quedlinburgense* prouocat. Sed id, quod edidit Illustris *LEIBNITIVS* eo vsque non pertingit. Quae sequuntur in contextu nostro, ea defumta sunt ex *Meibomii* loco laudato p. 254. 252.
- (tt) *MEIBOMIVS* l. c. p. 252. *CONRADVS BOTO* in *Chronico Brunsvicensi* picturato ad a. 1152. p. 345. *Do Patzgreve Albrecht to der Sommerseborch starff, do vel de Greveschopp an syne suster Alheyden, de was eyne Ebbetine to Quelinborch, darvon kofte Bischopp Wichmann de Greveschopp to dem sichte to Meydeborch. Darumme krigede Hertogbe Hinrick de Lauwe lange mit rome darumme. CHRONICON MAGDEBURGENSE* To. II. Meibom. p. 329. *Wichmanni* vitam breuiter recenset, et rem hanc memoria dignissimam silentio transit. De Ludolpho autem Archiepiscopo, successore ipsius, refert pauca haec, quae ad propositum nostrum faciunt: *Ipsa construxit castrum Somerschenborg, fregit Werberge, et succendit Helmstas.*

xoniae praeter Sommerseburgum quoque arcem *Eilsleuen*, qui nunc pagus est prope Vmmendorffum, vbi vestigia castrum paucis ante annis adhuc supererant. Id cum in damnum dioecesis (uu) Halberstadensis constructum videretur, Conradus a Crozuc expugnatum deleuit. Tenuerunt praeterea castrum Lewenburgum, quod situm fuisse putant ad filuam Herciniam prope Quedlinburgum, quod ego de *Liebenburgo* ad Goslarium intelligo. Nam in eo tractu fuerunt etiam Comites, quibus cognomen de Sommerseburg adhaesit, a quibus Ericus Episcopus Hildesheimensis anno 1347 castrum Woldensteen, Sladen, et Wydenla emit. (xx) De arce Seveckenberge ante dixi. *PETRVS de BRUNNA*, Archiepiscopus Magdeburgicus, qui bonis Gandersheimensibus in Wanzleue imminuit et inhiavit, (yy) Sommerseburgicum Comitatum oppignoraue- rat interposito nongentiarum marcarum pretio. (zz) *Illustres equites de WRISBERGE* non ita pridem eundem tenuerunt Comitatum loco pignoris. (aaa) In arce ipsa Sommerseburgia habuere sub Archiepiscopis feuda castrensia equestres familiae multae, verbi caussa Bodendorffii, Vmmendorffii, quorum beneficia ad Dynastas Warbergios posthaec peruenerunt, Scheningii, Rappii, Hornhufii, Sommerstoppii, Wackersleuii, Sehufii, Spigelii. (bbb) Hisce subiungere placet coniecturam de origine Comitum Wetinensium. Non ignorant historici, Comites Wetinenses tenuisse Palatinatum Saxoniae, antequam eo Fridericus primus, Alberti II et Adelheidis pater, potiretur. Adde, hosce Comites Wetinenses vocari Comites Sommerseburgenses. Prouoco ad exempla, *Fridericus Palatinus de Sumerseburg* anno 1078 pugnavit contra Henricum III: (ccc) qui indubie est Fridericus III Comes Wetinensis. Berta, Friderici I filia, vxor Bertholdi IV Comitis Hennebergensis vocauit sese *Palatinam Saxoniae et Sommerseburgi*. Quare aut Sommerseburgum fuit origo et initium Comitum Wetinensium, aut Palatinatu Saxoniae fuit adfixum pro beneficio Imperatoris. Posterius repugnat historiae, vti mihi quidem videtur, siquidem Sommerseburgum fuit heredium et proprietas successorum Alberti. Restat igitur prius, vt existimemus, Comites Wetinenses ex Sommerseburgi-

CIS

- (uu) *CHRONICON MARIENTHALENSE* p. 252. In Eilsleuen decollatus est marchio Gero, quare eius soror Tetta et coniunx Athela eo circiter tempore, scilicet a. 976. monasterium ibi condiderunt. *DITMARVS* Annal. L. III. p. 343.
- (xx) *Chronicon Ep. Hildes. et Abb. Monast. S. Michaeli*. p. 798. To. II. Leibnit. *Henricus Dux de Brunswick*, XXXII. Episcopus - castrum Woldensteen, Sladen, Wydenla a Comitibus de Sommerseburg pro magna pecuniae summa ecclesiae nostrae acquisiuit. Sed Albertus, Adelheidis soror, fuit vltimus Comes de Sommerseburg. *MONACHVS PEGAVIENSIS* p. 264. ed. Mader. *Ludouicus Comes provincialis* (lege Palatinus) efficitur loco *ADELBERTI de Sommeriskborch*, qui *SINE HEREDE* obiit. Vassallus igitur de Sommerseburg intelligendus est in Chronico memorato.
- (yy) *CHRONICON MAGDEBURGENSE* p. 347. *Praedictus Archiepiscopus castrum Wanzleue pro septem millibus maris Brandeburgicis ab illis de Wanzleue cum omnibus pertinentiis suis ecclesiae Magdeburgensi comparauit et appropriauit. Wanzleuen castrum cum villa Bethmerdorf ac villis Honneberg, Saschemarc, Windechemarc, Kotzelschemarc, Hogenwendemarc, Schapdalmarc et Bredegubz donauit ecclesiae Gandersheimensi Oda, Ludolfi vidua, Ministeriales postea quidam, dicti de Wanzleue, loco Abbatissae administrabant et dirigebant praedia illa eorumque redditus, ita vt incolae sacramentum fidelitatis et subiectionis praestarent singulis Abbatissis. Ministeriales autem illi socordius habebant dominam suam, partesque Archiepiscopi Magdeburgensis, qui in proximo erat, sequebantur, Petrus de Brunna instituebat conuenticulum sacrum in curia sua, dicatum Mariae virgini et S. Gangolpho, atque Canonicos ibi sacra facturos hymnisque aërem turbaturos collocabat. Vt igitur sumptus suppeterent, inhiabat bonis Abbatissae Wanzleubiensibus, ac ministerialibus, inuito et insciente collegio illustri Gandersheimensi, soluebat ex conducto summam argenti mediocrem. Ne autem borus tam opimus retraheretur penitus Pontificis Romani, eliciebatur consensus a Magdeburgensi summo praefule. Papa tum Abbatissae minus fauebat ob intermissam ex aliquo temporis spatio solutionem census annui. Renitente tamen Abbatissa res eo tandem deducebatur, vt redditus dimidii darentur Capitulo S. Gangolphi; iurisdictio autem suprema et iura parochialia cum altero dimidio reddituum remaneret Abbatissae Gandersheimensi. Sic Abbatissa *IVTHA* a. 1330. litem illam, interuentu Ottonis Ducis Brunsvicensis, composuit. Haec ex Archivo Ecclesiae Gandersheimensis adnotanda erant ad Chronicon Magdeburgense. *CALVOERIVS* autem poterat hinc *marcas* dedicisse.*
- (zz) *CHRONICON MAGDEBURGENSE* l. c. *Dominus Petrus Archiepiscopus obligauit castrum Sommerseburg pro nongentis maris Brandeburgicis.*
- (aaa) *D. CONRADVS BARTHOLDVS BEHRENS* in *Vorstellung einiger uhralter hochadelichen Häuser*, sonderlich derer von Steinberg p. 12. 13.
- (bbb) *Chronicon Marienthalense* p. 252. To. III. Meibom.
- (ccc) *PAVLVS LANGIVS* in *Chronico Citisensi* p. 1144. To. I. Pistorii edit. Struuiam. *Interea dux Otto et Fridericus Palatinus de Sumerseburg, diuersis in partibus acriter pugnantes, non ante cessauerunt, quam Henricum cum omnibus suis ad fugam coegerunt; eosque fugientes tandem sunt inscusi, donec eos muro Wirtzeburgensi videbant includi. Annus additur 1078. Ita DEDO Friderici I filius aequo dicitur Comes Palatinus de Sommerseburg. Antequam Sommerseburgum munitum esset castro, dicebatur Sumeringe. DITMARVS* Annal. L. III. ad a. 976. p. 343. *Accusatus apud Imperatorem Gero Comes*

cis vetustissimis deriuandos esse. Insignia Comitatus Sommerseburgii fuerunt trabes octo rubrae, in clypeo albi coloris in transuersum collocatae, quas Berwardus Episcopus Hildes. monasterio S. Michaëlis a se condito a. 1090. adhibenda dedit.

§. X.

De Comitibus Woldenbergicis eorumque aduocatia Gandersheimensi.

**WOLDENBERGE**, olim castrum et sedes Comitum antiquitate gloriaque florentissimorum fuit, nunc est praefectura Episcopatus Hildesienfis. Locus ipse eminet in editissimo vertice montis, inter siluam exporrectus in umbilicum, vnde nomen ei a monte siluoso inditum. Situs respectu locorum vel illustrium vel notiorum confinium definiendus est. Tribus inde milliariibus et ultra distat ad occasum et boream Hildesheimium, mea quondam alma nutrix. In propinquo est Bokenum et ex parte opposita ultra siluam coenobium Ringelheimense praediues et monachis Benedictinis confertum. Comites Woldenbergenses antiquitatis abstrusae dignitate olim floruerunt. Fit ipsorum mentio iam anno 940. (a) Eminent **WERNERS** saeculo decimo, qui filius **CHRISTOPHORO** et **BENNONE** claruit. Benno fuit Capellanus Henrici IV. et Scholasticus Capituli nobilissimi Goslariensis, quod Simoni et Iudae consecratum est, (b) comen-

*Comes a Waldone, et in loco, qui Sumeringe dicitur, hortatu Adelberti Archiepiscopi et Theodorici Marchionis captus, patri meo patruoque firmister est commissus. Hinc patet, palatinum ibi fuisse et comitem et locum et iudicium, idque iam Ottonis II. tempore, quod ipsum ex Athalberonis et Tammonis vita elucet.*

- (a) **ANNALES CORBEIENSES** ad a. 940. p. 300. To. II. Leibnit. Comes de Woldenberge venit vulneratus ad monasterium, et cupiens ad reliquias S. Viti in precibus et ieiuniis per noctem cubare, altera die melius habuit, et breui sanatus est. Gratus autem fuit Sancto Martyri. O sancta simplicitas!
- (b) Diploma Henrici IV. Imperatoris, quo Wernerus posteritas illustratur, ab **HEINECCIO** Antiqq. Goslar. L. I. p. 69. in lucem protractum, dignumque, quod heic legatur:

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. **HEINRICVS** diuina fauente clementia rex. Omnibus Christi mihi que fidelibus. tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilecte generitricis nostre **AGNETIS**, imperatricis auguste, quoddam praedium, quod fuerat **Christophori comitis**, suiueque fratris **Bennonis**, nostri Capellani, a filio et herede suo **Bennone** nobis traditum in villa **Partunlep** dicta in pago **norduringun** in comitatu **Vtonis** marchionis situm. ad altare sancti Petri, ab antecessore nostro et genitore beate in Christum memorie **HEINRICO** imperatore primitus erectum. cum omnibus suis appendiciis. hoc est vtriusque sexus mancipiis, arcibus, aedificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, siluis, venationibus, molis, molenis, aquis, aquarumve decursibus, piscationibus, viis, inuiis, exitibus, et redditibus, que sitis et inquirendis. cum omni vtilitate, que vel nunc in eo est. vel a modo fieri potest, pro remedio eorumdem parentum nostrorum regniue nostri et vite prosperitate, in perpetuum tradidimus et condonauimus, ea videlicet ratione - - liberam deinde potestatem habeant tenendi, commutandi, possidendi, precariandi, vel quicquid sibi placuerit ad vsum fratrum ibidem seruientium domino faciendi. Et ut hec nostre traditionis auctoritas omni tempore et aeuo stabilis maneat inconuulsa, hanc paginam inde conscriptam manu propria corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Henrici quarti



regis inuictissimi

Fridericus Cancellarius vice Sigifridi Archicancellarii recognoui.  
Data III. Idus Martii anno dominicae incarnationis M. LX. II. Indict. XV. Anno autem ordinationis Domini Henrici regis quarti VIII. regni vero VI. vite XII. Actum Goslariae in Dei nomine feliciter AMEN.

**PAVLVS LANGVVS** in Chronico Citicensi p. 1130. sq. Quid dicam de beatissimo Bennone, de cuius sanctitate et patrocinio tantundem gloriantur, quem, velint nolint, ex nostro ordine assumptum concedere debent? Qui natione Saxo, ex illustri et antiqua comitum de Woldenberge stirpe, clarum duxit originem. Ab infantia paene inter sacras literas in coenobio sancti Michaëlis archangeli in Hildesheim

ORIBVS  
nunc pagus est prope  
pererat. Id cum in da  
Conradus a Crozue ex  
um, quod situm fuisse  
de Liebenburg ad Gos  
ibus cognomen de Som  
anno 1347 castrum Wol  
mberge ante dixi. PE  
nis Gandersheimensibus  
Comitatum oppugnante  
epines de WRISBERGE  
(aaa) In arce ipsa Som  
puestres familiae multae,  
ad Dynastas Warbergor  
merstorp, Wackenhem  
n de origine Comitum We  
uisse Palatinatum Saxoniae  
potiretur. Addo, la  
Prouoco ad exem  
henricum III: (ccc) qua  
l filia, vxor Bertholdi  
ommerseburgi. Quare au  
tum, aut Palatinatu Sa  
gnat historiae, vti mihi  
t proprietates successorum  
nes ex Sommerseburg  
est marchio Gero, quare eim  
sterium ibi considerant. DIT  
Henricus Dux de Bra  
Comitibus de Sommerseburg  
Adelheids totor, huius viti  
Madet. Ludouicus Comes pro  
ch, qui SINE HEREDE dicit  
orato.  
caput castrum Wansleve pro  
permentis suis ecclesiam No  
a villa Bestmerdorf ac villa  
emarc. Schapdamarc et dicit  
tes postea quidam, dicit de  
que reditus, ita vt iocose de  
ministeriales autem illi successores  
qui in proximo erat, sequenti  
licatum Mariae virginis et S. G  
turos collocabat. Vt igitur  
ministerialibus, inuito etiam  
genti mediocrem. Ne vultu  
consensus a Magdeburgensi  
ex aliquo temporis spatio  
rebatur, vt reditus dimidui  
ialia cum altero dimidio re  
1330. litam illam, interuen  
Gandersheimensis aduocatus  
marcus deducisse.  
scopus obligauit castrum  
r ubralter hochadeliche Bl  
edit Struizum. deters die  
pugnantes, non ante  
entes tamdit sunt in  
Ita DEBO Friderici I. filii  
urgum muticum esse cetero  
Acu(atu apud Imperatore

mendabilis olim a sanctitatis gloria. (c) *HIERONYMVS EMSERVS*, Theologus Pontificius, qui anno 1527. nouum testamentum Germanice edidit et in Lutheri, cuius vitulo arauit, translatione nauos quaesuit magis quam deprehendit, *vitam Bennonis* a. 1524. miraculis et fictionibus plenam foras prodire iussit, quam beatus *LVTHERVS* false et acriter dedit depexam. (d) Benno Hildesheimii educatus et litteris imbutus est, prouidente Episcopo Berwardo (e) et Goslariae egit annis decem et septem. (f) *WERINHERVS*, comes Woldenbergicus, a. 1061. praepositus erat Capitulo maiori Goslariensi, dein praesul, Merseburgensis factus. (g) Quis autem eius fuerit parens, obscurum est. Bennoni frater erat *CHRISTOPHORVS*, Capellanus vna cum fratre Bennone Henrici quarti Imperatoris Franconici, (h) qui tenuit praedium intra villam *Bartunlep* i. e. Bartensleben, in Nordthuringia intra comitatum Vgonis Marchionis situm, quod tradidit Imperatori eidem Henrico, donanti id ipsum rursus ad altare S. Petri apud Goslariam (i) Christophorus ex vxore sua sustulit *DIETMARVM* et *BENNONEM* iuniorum. (k) Quorsum *Weneri* profapia ulterius tetenderit, obscurum et in incerto est. Progredimur proinde ad secundam Comitum Woldenbergensium stirpem. *VFFO* et *VERTHECO* erant fratres, a patre nescio quo procreati: *Vffonis* et filii ipsius *SIDAGI* fit mentio inter benefactores rei sacrae Goslariensis. (l) Vertheconis filius patre est illustrior, *RVDOLFI* nomine signatus. Occurrit eius memoria medio saeculo duodecimo. Vxor, quam duxerat, *FRITHERINDA* seu *FREDERVNDA* erat Altmanni Comitis filia, (m) quae marito defuncto velum sacrum suscepit Gandersheimii et tandem ad gradum, Abbatissae proprium, euecta est. Huius Frederundae commendatione filius *HERIMANNVS* factus est aduocatus Gandersheimensis ecclesiae. Eiusdem filia *HEDEWIGIS* a. 1188. Canonissa erat Gandersheimensis. (n) Adelheidis quinta, Abbatissa Gandersheimensis, a Comitibus Woltingerodanis incitata, conquerebatur de Herimanni exactionibus nimis et modum excedentibus, apud Imperatorem Fridericum Barbarossam Goslariae anno eodem, et edictum Caesaris constitutione sua dabat effectui. Vtrumque Diploma supra addulimus. (§. 2) Herimannum excepit filius *BVRCHARDVS*, qui annis 1181. et 1188. testis deprehenditur in diplomatibus imperatorum. (o) Filia ipsius *MATHILDIS* Abbatissam Gandersheimensem egit longe praestantissimam et iurium collegii sui seruantissimam. (p) Si Henrico Bodoi fidem habemus, ipsa fuit soror *HERMANNI* et *HENRICI* Comitum Woldenbergensium. Quod mihi eo magis ad veritatem accedere videtur, quo maiora beneficia ex eo tempore in gentem Woldenbergicam a collegio sacro et illustri Gandersheimensi profecta sunt. Hermannus et Henricus ineunte saeculo decimo tertio fuerunt aduocati ecclesiae collegiatae Gandersheimenses, vti patet ex litteris Innocentii tertii, Papae Romani, a Mechthilda ex  
Latii

*institutus, et educatus sub moniali schemate Christo humiliter sanctissime. Cuius denique vitam gestaque ob instantem illius canonizationem, plenius per Saxoniam colligenda, per episcopum eiusdem ecclesiae totumque capitulum nuper missi fuere duo ex ess viri spectabiles et eruditi, dominus Decanus videlicet, Ioannes Henigen, sacrae Theosophiae doctor praestans, et Hieronymus Emser, pontificis iuris candidatus, et poeta oratorque insignis, qui iustratis multorum archiepis et antiquitatibus monasteriorum, tandem memoratum ad sancti Michaelis peruenere monasterium, in quo beatus Benno fuerat monachus - beatus Benno claruit temporibus Henrici quarti, id est, anno dominicae incarnationis M. L.*

- (c) *PAVLVS LANGIUS* l. c. *HIERONYMVS EMSERVS* in Vita sancti Bennonis 1524. emissa. *HEINECCIUS* in Antiqq. Goslar. L. I. p. 78. ad a. 1066.
- (d) In Tr. 1524. 4. Vitebergae publicato, cui inscriptio: *Wieder den neuen Abgot und alten Teufel der zu Meissen soll erhaben werden.* *SECKENDORFIUS* in Historia Lutheranismi L. I. sect. 57. §. 161. p. 286.
- (e) *EMSERVS* l. c. cap. VII.
- (f) *HEINECCIUS* l. c. p. 79. *GEORGIUS FABRICIUS* Annal. vrbis Misnae Lips. 4. 1569. L. III. p. 180. ad a. 1524. *Benno praesul Misnensis, ordine decimus, post mortem suam, anno 117. ab Adriano VI. numero Dignorum adscribitur* - Videantur ibi cetera solemnna.
- (g) *HEINECCIUS* l. c. p. 68.
- (h) (i) (k) Videatur Diploma Henrici quarti (b).
- (l) *HEINECCIUS* p. 69. in Tabula, et p. 170. 171. vbi Adelholgi charta exhibetur.
- (m) *CHRONICON STEDERBURGENSE* To. I. Leibnit. p. 851. 864. Ipsa cum sorore Hedewiga in fraternitatem Stederburgensem concedebat, To. I. Leibnit. p. 869.
- (n) Vti patet e nominibus tertium, subscriptis Adelheidis V. chartae a. 1188. (§. 3.)
- (o) Videatur charta Adelhogi, Episcopi Hildesheimensis, apud *HEINECCIUM* l. c. L. II. ad a. 1181. p. 181. et diploma Friderici Barbarossae supra adlatum ad a. 1188. Idem subscripsit alii Friderici B. diplomati Goslariae a. 1188. *LEVCKELD.* Antiqq. Poldens. p. 287.
- (p) *REYTELIUS* in Hillesheimia p. 93.

SERVS, Theologus Po-  
et in Lutheri, cuius vi-  
hendit, vitam Bennoii a.  
n beatus LVTHERVS  
us et litteris imbutus est,  
decem et septem. (f)  
erat Capitulo maiori Gos-  
n eius fuerit parens, ob  
us vna cum fratre Ben-  
raedium intra villam Bar-  
vgonis Marchionis situm,  
us ad altare S. Petri apud  
VM et BENNONEM iu-  
obscuro et in incerto est.  
entium stirpem, VFFO et  
Vffonis et filii ipsius SID-  
D) Vertheconis filius pater  
moria medio saeculo do-  
VERINDA erat Altmun-  
epit Gandersheimi et ad-  
ederundae commendatis-  
nenis ecclesiae. Eiusdem  
(n) Adelheidis quinta  
ricata, conquerebatur a  
ud Imperatorem Frideri-  
is constitutione sua dabo-  
num excepti filius BVN-  
matibus imperatorum. (o)  
longe praestantissimam e-  
m habemus, ipsa fuit for-  
quod mihi eo magis ad-  
pore in gentem Wolve-  
lecta sunt. Hermannus  
ti ecclesiae collegiae Ca-  
ae Romani, a Mechthildis

Bennoii 1524. emissa.

n neuen Abzt und alten Teu-  
ucheranismi L. I. lect. 57.

sisae Lips. 4. 1569. L. III.  
suam, anno 17. ab Haldem

arta exhibetur.  
ipsa cum forore Hedevig

a. 1188. (s. 3.)  
ECCIVM l. c. L. II. ad a. 118  
idem subscribitur alii Frideri

Latii finibus et Romae oppido adlatis, quibus instruuntur ratione officii sui debitaque auctoritate praemununtur. (q) Hermannus et Henricus monasterio Clusinenfi bona nonnulla donarunt, patrisque sui Burchardi meminerunt. (r) Nunc demum extra controuersiam est positum, Burchardi liberos fuisse Hermannum, Henricum, et Mathildin Abbatissam. Hisce merito fratrem HOYERVM adiungo, cuius eum in finem subiicio litteras (s) et LVDOLFVM Decanum Hildesheimensem, cuius progeniem debemus D. CONRADO BERTHOLDO BEHRENS. Hermannum inuenio testem ad annum 1220. (t) Henricus autem frater a. 1223. (u) et 1225. (x) rebus maximi ponderis testem

(q) Bulla Innocentii tertii :  
INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis nobilibus viris Hermanno et Henrico Co-  
mitibus Gandesarmensis ecclesie aduocatis salutem et apostolicam benedictionem. Honori vestro et  
saluti anime vestre noscitur conuenire, vt Gandesarmensem ecclesiam, cuius esse dinoscimini aduocati,  
a malefactorum incurfibus protegatis, quocirca nobilitatem vestram monemus attentius et hortamur  
in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus predictam ecclesiam pro reuerentia beati  
Petri et nostra protegere ac defendere taliter procuretis, quod nos gratum habere possimus et vos  
exinde premia consequi valeatis eterna. Dat. Lateran. V. Kl. Iulii Pontificatus nostri anno tercio  
decimo. ,,



- (r) Charta vtriusque sic habet :  
Hermannus et Henricus Comites de Woldenberch omnibus hanc paginam inspecturis in domino sem-  
per prosperari. Vniuersitati fidelium tam futurorum quam presentium notum facimus. quod con-  
uentus de Clusa bona in aldengandershem pecunia ipsius comparata a domino Alberto milite de  
Vpstede et omnium suorum heredum a sensu vnum etiam mansum in Adeslten, quem pater noster  
Burchardus pro salutis sue remedio ipsi contulit, ab omni nostro perenniter absoluiimus iure et ex-  
actione: vnus ne hoc valeat quispiam in posterum irritare, sigilli nostri munimus impressione.
- (s) HOYERVS Comes de Waldenberge vniuersis presentem cartulam audituris salutem in Domino sem-  
piternam. Que geruntur a viris prudentibus, ne vllam processu temporis recipere valeat calumpni-  
am, scriptis solent autenticis atque testibus roborari. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam  
posterius, nos ex consensu fratris nostri Comitis Hermannus iunioris et heredum nostrorum sex man-  
fos sitos in Bettingerode, (Bentjerode) quos Iordanus et vxor sua de villa eadem a nobis tenent in  
pheedo, insuper et duarum loca siluarum in paruo et in magno Lochten sita, quorum vnum Henri-  
cus liber apud ecclesiam, alium vero filius Domini Henrici gograuii a nobis tenent iure  
pheedali, Venerabili Dominae MARGARETE Gandersheimensi Abbatisse ac Ecclesie sue iure propri-  
etario cum omnibus eorundem bonorum attinentis contulisse, vt videlicet prefata Gandersheimensis  
ecclesia pro bonis suis prope Langestene sitis Halberstadenfi ecclesie collatis bona nostra supra di-  
cta recipiat in restaurum, vt, quia a nobis vt a nostris successoribus hec nostra donacio non valeat  
aliquatenus in posterum infirmari, presentem paginam super eo confectam appensione sigillorum  
nostrorum fecimus communiri. Huius rei testes sunt Iohannes de Sudenborg, Bodingerus de Loch-  
ten, Conradus de Vimbetfen, milites, Henricus Camararius, memorate Domine, Waltherus, Albe-  
rus de Werningerode, Gerhardus de Curia, milites in Gandershem, et alii quam plures. Actum et  
datum Hartesborg, anno domini. Mo. CC°. LXX°. in die - -
- (t) I. G. LEVCKFELDIVS in Antiqq. Blanckenburg. p. 95. sqq. producit diploma Friderici II. ad a. 1220.  
cui subscripsit p. 97. Hermannus Comes de Woldenberg.
- (u) Ibidem p. 98. eiusdem Friderici II. ad a. 1223. exarato Diplomati subnotatus est Henricus Comes de  
Woldenbere. Idem Comes Henricus de Woldenberg Hartisburgi a. 1218. Kal. Iun. (lege XV. Kal. Iunii \*)  
testamento Ottonis IV. adsiit ac insertus est. Conf. MEIBOMII Apologia pro Ottono IV. Imperatore  
p. 149. To. III. rer. Germanic. Narrationem de morte Ottonis IV. p. 1377. CAROLI LVDOVICI  
TOLNERI n. LXXII. Codicis Diplomatici ad Palatinam Historiam p. 63. Inprimis ex testamento Ot-  
tonis huc spectant illa verba: Comites de Waldenberg habeant feodum suum. Anno 1225. Herman-  
nus et Henricus de Waldenberge testes adfuerunt conscripto Diplomati Henrici Anti-Caesaris ex Thu-  
ringia, quod exhibet I. M. HEINECCIUS Antiqq. Goslar. L. III. p. 237. ad a. 1225.
- \* Ita accurate ostendit D. Simon Fridericus Hahn in der Reichs-Historie P. IV. c. 3. §. 6. p. 115. 116.  
(m) (u)
- (x) HEINECCIUS l. c. p. 237.



stem sese praebuit. Ab Hermanno praedia nonnulla redemit Henricus Episcopus XXIX. Hildesheimensis. (y) Herimannus filiorum largo prouentu fuit longe felicissimus, e quibus nominatim sunt obuii *LVDOLVICVS*, *CONRADVS*, *IOHANNES*, (z) *HERMANNVS*, fratruelis Henrici iunioris, (aa) *LVDOLFVS*, *HOYERVS*, Henrico seniori erant filii duo *BVRCHARDVS* et *HINRICVS*, (bb) qui collegio sacro, quod Goslariae Simoni et Iudae dicatum est, dederunt dono allodium suum in Herlingeroda. Burchardus ex filio *BVRCHARDO* suscepit *HERMANNVM*, patrem *OTTONIS* Episcopi Hildesheimensis (cc) et Henrici; fratrem vero *HENRICI* Episcopi Hildesheimensis, (dd) et *MATHILDAE* II, Abbatissae Gandersheimensis, quae oppidum *Bokenem* transtulit in potestatem fratris sui Episcopi Hildesheimensis, (ee) nexum antea per modum feudi cum Comitibus Woldenbergicis. Nunc redeundum est ad posteritatem Hermanni, qui erat frater Mathildae primae, Abbatissae Gandersheimensis. Filios ex ipso natos paullo ante percensui. Ludolfus genuit *HINRICVM*, *LVDOLFVM*, *BVRCHARDVM*. (ff) *IOHANNES* generauit *HERMANNVM* Canonicum Halberstadiensem, *IOHANNEM*, qui possessionem Bokenemi feudalem a. 1314. dimisit, et *HOYERVM* Canonicum Hildesheimensem. Iohannes ille natus medius excelluit filiorum copia, videlicet *LVDOLFI* (gg)

IOAN-

(y) *CHRONICON HILDESHEIMENSE* To. I. Leibn. p. 753. *Iohannes XXX*, emit in eadem villa Lutere a Comite Henrico de Waldenberge XVII. mansos expeditos et VII. mansos *INFODATOS* pro VII. marcis examinati argenti: item a Comite Burchardo et Comite Henrico fratribus de Waldenberge emit villam et ministeriales et quaedam bona attinentia pro quadringentis marcis examinati argenti.

(z) „In nomine Domini Amen. Nos Dei gratia *LVDOLVICVS*, *CONRADVS* et *IOHANNES* fratres de Woldenberge omnibus in perpetuum, Ne quaestiones obligatae reminiscantur et morbum patiantur sopitatae controuersiae; expedit, ea, quae rationabiliter statuuntur, scriptis communiri autenticis et mortalium deficiente memoria scriptura testimonium perhibeat veritati, Declarandum igitur duximus tam praesentibus quam futuris, quod nos, omnibus controuersis amputatis, moti pietate salutis animarum nostrarum allodium in Herlingerode, et si quid proprietatis aut iuris habuimus in eodem, cum omni iure et aduocacia Dei omnipotenti et ecclesiae sanctorum Apostolorum Symonis et Iudae in Goslaria libere contulimus perpetuo possidendam. Ut igitur haec ordinatio et donatio nostra firma perpetuis temporibus permaneat, et inconuulsa, praesentem litteram super hoc scriptam iam dictae Ecclesiae dedimus sigillorum nostrorum munimine ac testium digno testimonio roboratam. Testes sunt Dominus *Lappoldus* Decanus, *Iohann* Cantor, Canonici Hildesheimensis ecclesiae maioris, *BORCHARD* et *HENRICH* fratres Comites de Woldenberge. *Theodoricus* miles dictus de piscina, *Borchardus* de Wildenstein, *Lappoldus* de Rotinge, et alii fide digni. Actum et datum in maiori ecclesia Hildesheimensium anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>. 1<sup>o</sup>. VIII. Kal. Aprilis.

(aa) „*HENRICVS* et *HERMANNVS* fratruelles, Dei gratia Comites de Woldenberch, omnibus Christi fidelibus, ad quos peruenit praesens scriptum, quicquid dilectionis potuerint et honoris. Sere cupimus vniuersos praesentium inspectores, quod nos proprietatem quatuor mansorum in *Tscheninge*, quos olim Bertoldus de Hoyerfen ciuis in Hildensem a nobis in pheodo tenebat, Gandersheimensi ecclesiae perpetuo retinendam libera contulimus voluntate pro restauo duorum mansorum in *Hagehem*, quos ecclesiae sanctimonialium in *Derneburch* vendidimus in perpetuum possidendos, et eisdem iam dicte ecclesiae Gandersheimensi resignauimus pari uoto, renunciantes omni iuri, quod in ipsis mansis primitus habebamus. Huius rei testes sunt, *Mechtildis* Gandersheimensium Preposita, *Luckardis* Decana, *Alheidis* custos, *Elisabet* de Halrimund, *Mechtildis* et *Grera* de Bilstein, *Mechtildis* et *Sophia* de Eversteine. cum ceteris in Gandersheim dominabus. *Bruningus* aduocatus, *Iohannes* de Lengeche, *Arnoldus* de Wulfenche, *Manegoldus* et *Albertus* de Brucken, et plures alii. Ut autem ea perpetuam suam optineant firmitatem, nos praesentem litteram sigillorum nostrorum appendio fecimus communiri. Datum Gandersheim anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. non. Nouembr.

(bb) Vide diplomatis adlati (z) testes.

(cc) *CHRONICON HILDESHEIMENSE* p. 759. To. I. Leibn. *Venerabili patre domino Henrico de Woldenberge Episcopo nostro Anthoni feliciter defuncto - successit ei patruus eius dominus Otto de Woldenberge, Praepositus montis S. Mauriti in Episcopum nostrum concorditer electus* (a. 1318.)

(dd) *CHRONICON HILDESHEIMENSE* p. 758. 759.

(ee) Ibidem p. 758. de Henrico Episcopo XXIII. *Opidum Bokenem mille et centum marcis ecclesiae comparauit*. Diploma a. 1314. sexto Idus Martii ea propter confectum dabo in vita *Mechtildis* II, quae imbi dicitur soror *Henrici* carissima. *BOTHO* in Chronico Brunsvicensi picturato ad a. 1319. p. 376. *Eischopp Hinrik dat was de leste van den Greven to Waldenberge.*

(ff) *Henricus de Woldenberge* dicitur Canonicus Hildesheimensis inter testes, subnotatos chartae Sifridi, Episcopi Hildesheimensis a. 1293. exaratae, apud *HEINECCIUM* Antiqq. Goslar. L. III. p. 314. *Otto* et *Ludolfus* de Woldenberg a. 1298. inter testes comparant in diplomate Sifridi Episcopi eiusdem, apud *HEINECCIUM* l. c. p. 320. Sed hi sunt filii Henrici, qui erat nepos Henrici senioris.

(gg) „*We* *IVTTE* van der Gnade Goddes Ebbedische to Gandersum bekenuet in disseme openem breue alle den, de euehoret eder seer, dat *Greve Henrik van Reghenstene*, de nu *Greve Henrik* is, quam to os to Gandersum vnn *Greve LVDELEF* *Greve IOHAN* vn *Greve BORGHARD* van Woldenberghe mit eme, des let os up *Greve Henrik* van Reghenstene redeliken vud veychliken also dan ghud, alse he van os hadde, dat des van Woldenberghe oldighes ghewest hadde, vud wat eme an gheval-

IOANNIS, BURCHARDI, (hh) GERHARDI, qui ex vxore sua Sophia LVDOLFVM procreauit iuniorem, (ii) et WILLIBRANDI. Ex Henrici senioris progenie stirpem suam clausit Hinricus; Hermanni autem posteritas, vergente ad finem saeculo decimo quarto, intercidit. Otto, Comes Woldenbergensis, Episcopus Hildesimensis, castrum Woldenberge cum episcopatu coniunxit. Insignia Woldenbergica differunt secundum vtrunque lineam, vnam Hermanni, alteram Henrici, vti ex litteris Henrici et Hermanni fratruelium, infra afferendis, innotescet. (kk) Multiplicem praeterea varietatem in sigillis deprehendi. Quam nemo non facillime perspiciet ex Tab. I. fig. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Tab. XXVIII. fig. 50. 51. 52. 53. 54. De aduocatia Comitum de Woldenberge subiungo documentum optimum.

„MAR.

ghevallen mochte, van fines broder weghene, des fulven ghudes, vnn bat os, dat we belenen wol- den mit demesfulven ghude Greven Ludese, Greven Johan, vnn Greven Borgharde van Woldenberge. Dat hebbe vve en gelenet redeliken vnd veychliken, alseme len pleych to lenede, vnn dat hebbe vve ghedan dor bede vwillen Greven Henrikes van Reghenstene, vnn kennet en des in disseme bre- ue, vnn vvillet en des bekennen to hofe vn to daghe, wur den van Woldenberge des not is, to- enneme orkunde alle disse vorbescreuenen dinge hebbe we IVTTE Ebbdische to Gandersem den van Woldenberge dissen Brev ghegheuen, beseghelet mit vsume ingheseghele.

(hh) Van der Gnade Godes we IVTTE Ebdische des werlichen Stichtes to Gandersem bekennet in disseme openen Breve, dat we hebbet Greven Gherhards von Woldenberge belened vnd su da- neme ghude als Greve Ian vnd Greve Henrick von Reghensteyne en hadde up ghelaten vnn hadden o- me dat gheleggen, de wile dat se bede leneden vnn willed ome des bekennich wesen to hofe vnn to- daghe, wore ome des nod is. To orkunde disse vorbescreuenen dinck so hebbe we dissen Brev ghegheuen besegheled vnd vsume ingheseghele vnn is geschen na Godes bord dusent Iar dreihun- dert Iar in deme twey vnn vistigheste Iare in sunte Iohannes daghe midden Sommer.

(ii) We IVTTE van der Gnade Godes Ebdische des werliken Stichtes to Ganderse bekennet openbar in disseme Breve, dat we dorch bede willen Greven Gherhards von Woldenberge belegget vnn hebbet beleggen in disseme Breve Vrowen Sophien von Woldenberge sine echten Vrowen to ener rechten listoucht dat dorp to Dalbem vnde mit deme dorpe to deme thekenrode (Hennekenrode) mit graveschap vnde mit dem gherichte (cum Comitia) vnde mit alleme rechte, dat dar tau horet, beyde ledig vnde vorleggen des mehr, wenne twintig mark gelles is, vnde wilt se darinnde be- leggen (i. e. beslehen) mit hande vnn mit munde, wan se bi os kumt vnde se des an os finnet. to- enneme orkunde disse ding so hebbe we vse ingheseghel gehanghen an dessem breve, vnn is ghe- gheuen na godes gebort dusent Iar dryghundert Iar in deme sessende vnde vestigheste Iare in sunte Gregorius daghe des hilgen Bischofes.

Aliud: „Van der Gnade Godes we LVTGHERT Abdesche des WERTLICHEN Stichtes to Gandersem bekennet in disse openen breve, dat we hebben beleggen vnd beseghet in disseme breve den edelen Herien Greve GHERDE van WOLDENBERGHE mit sodanem ghude, als he van vsem Stichte hebben schal vnde als he van vsen Vorvahren ghebat heft. Vn willen en darmede belenen, als vse wonheyt is, wen he to os kumt, wene dat van os eschet. Disse to enem orkunde so hebbe we em dessem bref ghegheuen beseghelt mit vsem ingheseghele. Welches ist geschehen na der bort vses Herrn Godes drit- teyn hundert Iar in dem festeghesten Iare des medewekens vor Pinckesten.

(kk) HEINRICVS et HERMANNVS fratrueltes, Dei gratia COMITES de WOLDENBERCH, omnibus Cbris- ti fidelibus, &c.

Diploma occurrit in pagina praecedente in nota (aa). Sigilla adhaerentia sunt eiusmodi:



„*MARGARETA* Dei gratia *Gandershemensis ecclesie Abbatisa* totumque eiusdem loci Capitulum. Vniuersis, ad quod presens scriptum peruenit, salutem in Domino lesu Christo. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod viri nobiles fratres *HERMANNVS, HENRICVS* et *HOYGERVS Comites de Woldenberg* Aduocaciam suam in *Gandershem* pro trecentis marcis examinati argenti sub *Brunsuicensi* pondere cum omni vtilitate et suis pertinentiis obligarunt. Ita tamen, quod de festo beati Michaelis nunc venturo per vnus anni spacium ipsam aduocaciam ipsis redimere non licebit. Si autem ipso die beati Michaelis iam dictam Aduocaciam redimere non possent, tunc nisi in festo Natiuitatis beati Iohannis baptiste sequente ipsa nequaquam dabitur redimenda et postea semper die beati Iohannis baptiste anno reuoluto quilibet ipsorum, qui voluerit hanc redimere pro summa predicta, habebit copiam redimendi. Hanc vero obligationem iam dicti fratres fide data promiserunt paratam ac inuolabiliter obseruare. Preterea cum eis fideiusserunt viri nobiles *Borchardus et Henricus fratres de Waldenberg*, et *Ludolfus Halremunt Comites*, qui pro eis fide tradita promiserunt. Ceterum vsque ad festum beati Iacobi Apostoli fideiussores alios *Henricum de Sterrenberg, Widekindum de Swalenberg, Conradum de Wernengerode Comites* et *Albertum Nobilem de Hakeburne* statuere promiserunt, qui, sicut et ipsi, alii promittent similiter fide data. Predicti vero fratres pueros suos et heredes vt huic facto consenciant promiserunt. Quodsi de fideiussoribus predictis quemquam decedere contingat, infra sex ebdomodas alium sibi similem substituere loco sui. Alioquin *Hildensem Brunswic* vel *Goslariam*, vnam istarum ciuitatum, intrabunt, nequaquam exituri, donec hec omnia, que predicta sunt, effectui mancipentur, promiserunt etiam, vt si quod littera nobis data videbitur deperire, nobis, que magis expediat, procurabitur. Nos igitur e conuerso predictis *fratribus Comitibus H. et Henr. et Hoyg.* promissimus dictam Aduocaciam secundum formam supradictam dare absque impedimento alioqui redimendam, super quo *Borchardus et Henricus fratres et Comites de Waldenberg* et *Otto nobilis de Plesse* fideiusserunt data fide: Ita, quod si dicti promissi quicquam in nobis deperat, ipsi subpleatur vice nostra. Vnus quoque fratrum nobilium de *Plesse* similiter hoc promittet. Ad istarum rerum euidentiam presentem paginam nostrorum sigillorum pariterque fideiussorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum in *Brunswic* anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVIII. in inuentione sancte crucis. Testes sunt viri nobiles *Otto de Plesse, Helmoldus et Gunzelinus fratres de Brwende, Egbertus de Asselborg, Henricus de Clawenberg, Theodericus de Bavem, Woltherus et Henricus Camerarius de Gandershem, Wernerus de Dolgen, Henricus et Bertoldus fratres dicti Wolfgruven. Arnoldus dictus Cnose* et alii quam plures.“

Sigillum exhibui in *Tab. XVIII. fig. 15.*

*Frederundam, Rudolphi viduam*, a nonnullis pro *Abbatissa Gandershemensi* haberi, haud infitior. An ratio temporis congruat, infra dispiciemus in *Vitis Abbatissarum* exponendis. Plura de *Woldenbergiis Comitibus* deprehendes in capite *Partis* huius *tertiæ* vltimo. Quae in tabulis discordant, enodabo infra, vbi clientes *monasterii regalis Gandersheimensis* fiduciariorum exhibere statui. In serie *Vasallorum*, et quidem *Comitum*, dabo tabulam, quam ipse ad fidem *diplomatum* confeci, repraesentantem *Comites Woldenbergicos*. Tabula vtraque, quae heic sequitur, est ab *Heineccio* profecta, et conferri potest cum *Cotzebuviana* ac nostra, vt de pretio constet.

TABV-

TABVLA GENEALOGICA I. de COMITIBVS WOLDENBERGICIS.

*** Wernerus		*** N. N.				
Christo- phorus.	Benno Sanctus.	<i>Sidagus</i> Vx. Nale- cha seu Sylburgis	<i>Vjfo</i> Sidag9. Canon. Goslar. 1120. 1147.	<i>Vertheco</i> Bodo 1120. 1147.		
Dietmarus 1062.	Benno 1062.				<i>RVDOLFVS</i> a. 1120. 1147 Vx. Frietherinda seu <i>FREDERVN- DA</i> , post Abbatiſſa Gandersh.	
* Werenherus Canon. Goslar. praeſul Merſe- burg. 1063.		Othelricus		<i>HERIMANNVS</i> 1147. 1188.		
		Othelricus 1171.	Rudolfus 1171. 1191.	<i>BVRCHARDVS</i> 1181. 1188.		
<i>HOYGERVS</i> natus 1259. 1270.	<i>MATHILDA</i> Abbatiſſa Gandersh. † 1223.	<i>HER- MAN- NVS</i> 1218- 1269.	Ludolfus Decanus Hildes.	<i>HENRICVS</i> ſenior 1218- 1251. 1259. Tab. II.		
Ludovi- cus, 1281.	Herman- nus 1270.	Hinricus 1269. 1273.	<i>Ludolfus</i> 1267. 1328. a.	<i>Conradus</i> 1267- 1328. b.	Hoyerus 1267. 1269.	<i>Iohan- nes</i> 1267- 1330. c.
<i>Ludolfus</i> a.		<i>Conradus</i> b.		Hermannus Ioan- Hoie- Canon. Hal- nes rus berſtad, 1326. 1326.		
Hinricus 1290. 1298.	Ludol- fus 1290. 1298.	Burchar- dus 1290. 1298.	Henricus 1326. 1347.	Conradus 1326. 1330.		
<i>Iohannes</i> c.						
Hermannus Canonicus Halberſtad. 1326.	<i>Iohannes</i> 1326.		Hoierus 1333.	Burchardus 1333.	Henricus 1338. 1383. Vx. Sophia Ludolfus 1376.	Mathilda Vx. Hermanni militis de Stein- berge in Boden- burg.

batiffa totumque eiusdem  
peruenit, ſaltem in Domi-  
nam futuris, quod vni  
S Comiti de Woldenberg  
nati argenti ſub Brunſuicenti  
a. Ita tamen, quod de ſe  
ipſum aduocaciam ipſis redime-  
re aduocaciam redime-  
re baptiſte ſequente ipſa nequa-  
m baptiſte anno reuoluto qua  
edicta, habebit copiam redim-  
ta promiferunt paratam ac inui-  
nobiles Burchardus et Henricus  
qui pro eis fide tradita pro-  
ſtoli fideuſſores alios Henricus  
Wernegerode Comites et Al-  
icut et ipſi, alii promittenti  
s vt huic facto conſentiam  
quam decedere contingeret  
Alioquin Hildensem Brun-  
nequaquam exituri, donec  
miferunt etiam, vt ſi quod  
fiat, procurabitur. Nos  
yg. promiſimus dictam adu-  
edimento alioqui redime-  
aldenberg et Otto nobilis de  
quam in nobis depereat,  
m de Pleſſe ſimiliter hoc pro-  
noſtrorum ſigillorum par-  
andam. Datum in Brun-  
ucis. Teſtes ſunt viri  
de, Egbertus de Aſſeborg, H-  
us et Henricus Camerarius de  
fratres dicit Wolfgruven

bbatiſſa Ganderſheimenſi  
biciemus in Vitis Abbatiſ-  
ehendes in capite Paro-  
fra, vbi clientes monaſte-  
erie Vaſallorum, et quidem  
n confeci, repraeſentantem  
quitur, eſt ab Heinrico  
pretio conſitet.

TABV-

B b b

TABV-

TABVLA GENEALOGICA II. DE COMITIBVS WOLDENBERGICIS.

**HENRICVS senior**  
1218. 1251. 1259.

<i>Burchardus</i> 1256-1270.		<i>Henricus iunior</i> 1244-1270.			
<i>Burchardus</i>		<i>Hermannus</i>	<i>Hinricus</i>	<i>Otto Can.</i>	
<i>Hermannus</i> 1280.	<i>HINRICVS</i> Ep. Hildes. 1318.	<i>MATHILDA</i> Abbatissa Gandersh. 1314.	 <i>Hinricus</i> Monachus Riddags- hufanus, 1269. 1294.	1270. 1300.	<i>Hild.</i> 1269. 1290. 1294.
<i>OTTO</i> Ep. Hil- des. 1302.	<i>HINRI- CVS</i>		<i>Hinri- cus</i>	<i>Ludol- fus</i>	<i>Otto</i> Can. Hildes. 1317.

Fragmentum stirpis cuiusdam Woldenbergicae, cuius connexio anterior et posterior ignoratur.

*Ludolfus*  
Vx. *Mathilda*  
de *Woltinge-  
rode*.

<i>Ludolfus</i> Vx. <i>Adela</i>		<i>Hoyerus</i> Vx. <i>Adelheid</i>	<i>Bernardus</i> Vx. <i>Alme- rad</i>	<i>Berniger</i> 1118.	<i>Hen- ricus</i>
<i>Lu- dolf</i>	<i>Lotha- rius</i>	<i>Mar- gare- ta</i>	<i>Iuditha</i> prima Abba- tissa Wolting- gerod. 1170.	<i>Lu- der</i>	<i>Hoye- rus</i>   <i>Wer- nerus</i>
				<i>Heim- boldus</i> et <i>Wer- nerus</i>	<i>Bur- chard</i> 1178.
				<i>Fride- ricus</i>	<i>Bern- hard</i> 1178.
				<i>Berniger</i> iunior.	

§. XI.

De Comitibus Woltingerodanis, et eorum aduocatia Gandershemensi.

Comites Woltingerodenses tantae olim fuerunt auctoritatis et excellentiae, vt in numerum principum regni Germanici relati sint. (a) Agnomen traxerunt a castro *Woltingerode*. *Woltingeroda* nomen seruat adhuc pristinum, et inseruit virginibus sacris religionis Pontificiae. Quantum ad situm adinet, coenobium *Woltingerode* in praefectura *Wiedelah* intra episcopatum *Hildesensem* haud procul ab *Okera* amne, sesquimiliare ab oppido *Goslariae* versus septemtriones, sub gradu latitudinis 52, min. 7. conspicitur positum. Comites ipsi partem *Herlingesbergae* ad *Goslariam* tenuerunt aliaque permulta praedia. Quis illorum Comitum fuerit conditor et caput, obscurum est. *WILDEKINDVS* iam incunte saeculo decimo in eo loco floruit, cuius filius *Helmdagus* monachus olim fuit *Groeningensis*. (b) Altum posthaec de *Woltingeroda* penes antiquissimos scriptores est silentium. Vulgo statuitur *Woltingus* quidam, qui incunte saeculo duodecimo ibi fuerit dynasta. Nondum, fatebor enim, vlla ratio vllumue testimonium fide dignum mihi occurrit, quo *Woltingus* ille seruari defendique potest. *LVDOLFVS* Comes publica fide sese tueri potest. Eius enim mentio iniicitur in diplomatibus a. 1128. 1130. et 1134. exaratis. (c) Adiungo ei sororem, cuius nomen latet, ac pro-

(a) Lotharius Imperator a. 1134. *Goslariae* diploma dedit pro fundatione coenobii *Clusae*, supra adlatum, cui subscriptus est *Ludolfus de Woltingerode cum aliis multis regni principibus* in numero testium.  
 (b) *PAVLINVS* in *Chronico Otberg*. p. 200.  
 (c) Huc facit diploma Lotharii Imperatoris a. 1128. *Goslariae* datum: „In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, LOTARIVS dei fauente clementia tercius romanorum rex inuictissimus, Quia regni mei „ad-

gnatum ex ea *Werinberum*. (d) Ludolfo fuerunt filii *LVDOLFVS, BURCHARDVS, HOIERVS* siue Hagerus, et *LVIDGERVS*. (e) Ludolfus ille fuit aduocatus montis S. Georgii Goslariensis, et collegii Simonis ac Iudae. (f) Exstat etiam munificentiae specimen

administrationem deo gubernante dispensari cupio. et humilitatem meam scuto suae protectionis obumbrari exopto. ministerio eius omnes deuote insistentes visceribus caritatis amplectens, fideliter fouens. ob amorem suum omnimodis semper consolationibus subleuabo. Sit igitur notum omnibus Christi fidelibus tam futuris, quam praesentibus, quod cum sententia mei consensus Eilbertus goslariensis ecclesiae praepositus et *LVDOLFVS de Waletingeroth* eiusdem ecclesiae aduocatus. Richenbergensi ecclesiae ratione commutationis alodium quoddam, totam videlicet villam *Botingeroth* cum omnibus utilitatibus, ad eam pertinentibus, agris scilicet, siluis, pratis, pascuis, aquis, aquarum, ue decursibus, molendinis, et duos mansos in *hanentorp* in proprium tradiderunt. ea videlicet re compensatione, vt Gerhardus Richenbergensis praepositus, et Hugoltus eius aduocatus, totum praedium, quod eadem ecclesia possederat in villa, quae *liuenside* (Leuensted) dicitur, nouem scilicet mansos, cum omnibus utilitatibus ad eos pertinentibus, et dimidium molendinum iuxta eum montem situm, qui *Herseberg* (Herzberg) vocatur, vice commutationis suae ecclesiae in perpetuam proprietatem reponerent. Huius itaque concambii actio in praesentia mea secundum petitionem utriusque praedicti praepositi consummata est. utroque aduocato astipulante, et robur firmitatis eius sponte, assistentibus etiam nonnullis, quorum nomina subter annotari volui. Praeterea praefatus *Liudolfus de Waletingeroth* tres mansos in *huningeroth*, quos a munificentia regni mei iure beneficii habuerat, michi resignauit, vt eos saepe iam iam dictae richenbergensi ecclesiae et eius praeposito commutationis institutione conferrem, pro quibus ab eodem praeposito, et suo aduocato, legitimo concambio tres alios mansos in villa, quae *Inthere* vocatur, recepi, quos rursus eidem *Liudolfo* in possessionem beneficii restitui. Vt igitur haec concambia rationabiliter acta, a nullo unquam rescindi, aut annullari queant, privilegii huius conscriptione et sigilli mei impressione, ac regalis banni confirmatione communiui. Nomina vero eorum qui praesentes aderant sunt haec. *Liudolfus filius Liudolfi de Waletingeroth et Ludgerus frater eius*. Eico de Sledem, et nichingus filius eius. Roupertus de Haltesleue. Christianus de Routenburg. Conradus de Hagen. Eric de blanchenborg. Bernhard et Fridericus frater eius. Godefridus de Vlechorp. Fridericus de Bardewic. Beio de Liuneburg. *Liudolfus de dalem*. Eipo de Brunswic. Ciues goslarienses, Herizo, Gunterus. fratres Gerhardi praepositi, Tidericus barbatus.



Signum domini Lotarii  
norum regis

tercii roma-  
inuictissimi.

Dietmarus notarius regis vice Adelberti maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognoui.

Sigilli inscriptio, † LOTHARIVS, DEI, GRATIA, ROMANORVM REX.

Data XV. Kal. Iulii, Indict. VII, anno incarnationis dominicae M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. regnante Lotario tercio romanorum rege, anno regni eius quarto, actum est Goslariae feliciter Amen.

Product *HEINECCIUS* aliud eiusdem Lotarii diploma, datum anno 1131. VII. Id. Februar. Goslariae, L. II. Antiq. Goslar. p. 131. sq. in cuius fine haec leguntur: *Huius actionis testes sunt hi. Liudolfus filius Liudolfi de Waletingeroth et Ludgerus frater eius*. In charta Bernhardi Hildesheimensis, quam supra sub finem §. 7. in medium adtuli, *Liudolfus de Waletingeroth* occurrit ad annum 1134. Patetne an filius intelligendus sit, incertum habeo. Eodem vero anno Lotarius idem Goslariae Abbatissam Liutgardam adiunxit in stabiliendo coenobio nouo Clusiniensi, quod hinc abest mille passibus versus eorum, atque diplomati inter testes inseruit *Liudolfum de Waletingeroth*, et paulo post *Liudolfum aduocatum*, patrem videlicet et filium.

- (d) Litterae Ludolfi II, ab *HEINECCIO* l. c. ad a. 1129. p. 126. adlatæ continent multa, quae ad genus Comitum Woltingerodensium accuratius internoscendum faciunt. En ipsas: "Nos *Gerhardus* Dei gratia montis S. Georgii Praepositus et *Liudolfus Comes de Waletingerod* eiusdem ecclesiae Aduocatus, nec non *Arnoldus de Borchtorp viceaduocatus* ibidem - - Testes vero, coram quibus haec diuisio facta est, sunt hi: *Liudolfus comes et filius eius Liudolfus, Wernherus filius sororis domini Liudolphi* - - Anno - - 1142.
- (e) Diploma exhibet *HEINECCIUS* L. II. Ant. Goslar. ad a. 1129. p. 125. Idem adtulimus paullo ante in (c). In eo *Liudolfus* et frater eius *Ludgerus* ad a. 1128. memorantur. Hi duo repetuntur inter testes in alio diplomate, quod idem Lotarius a. 1131. promulgauit. *HEINECCIUS* l. c. p. 131. In charta Henrici Leonis, anno 1154. ecclesiae Richenbergensi intra Goslariam data, et ab eodem *HEINECCIO* p. 149. sqq. exhibita, in numero testium comparant *Liudolfus comes de Waletingerod et fratres eius Burghardus et Hagerus*, p. 150. Ita colligunt alii. Mihi secus videtur. *Liudolfo* II. *Ludgerum* fratrem tribuo; *Liudolfo* III. fratres *Burghardum* et *Hagerum*, quia ei a. 1154. adiunguntur.
- (f) Vocatur in diplomate Lotarii monasterio Clusiniensi a. 1131. dato simpliciter *aduocatus*. Idem vocat sese *aduocatum* ecclesiae montis S. Georgii a. 1142. in charta (d).

unior  
1270.  
namus  
1294.  
1270. Hild. 1269.  
1300. 1290. 1294.  
micos  
nachus  
dags.  
lanus.  
1294. 1294. Hildes.  
1298. 1298. 1317.  
Woldenbergicae,  
posterior ignoratur.

ardus  
Alme-  
Berniger He  
1118. ric  
Berniger  
iunior.  
ride. Bern-  
icus hard.  
1178, 1178.

actoritatis et excellentiae  
nen traxerunt a castro  
et inseruit virginibus sacri-  
cium Woltingerode in pro-  
pocol ab Okera amne, res-  
adu latitudinis 52, min. 7.  
Goslariam tenuerunt ali-  
et caput, obscurum est  
ruit, cuius filius *Helmdag*  
de Woltingeroda pene-  
regus quidam, qui inuentus  
im, vlla ratio vllumue res-  
ari defendique potest. *Lud-*  
sentio iniicitur in diplomate  
m, cuius nomen laet, ar-

ndatione coenobii Clusie, supra  
altris regni principibus in rano-  
m: „In nomine sanctae et indolis  
am rex inuictissimus. Qui reg-

cimen luculentissimum, ab eodem Ludolfo in ecclesiam richenbergensem, quae est ad Goslarum, profectae. (g) Ludolfus hic iunior e vita discessit anno 1153, (h) sui que nominis nobilissimi gloriam transtulit in filios *LVDOLFVM*, (i) *BVRCHARDVM*, (k) et *HOYERVM*. (l) Burchardus in primis est memoria dignus, eo quod circa annum 1188. Aduocatus collegii illustri Gandersheimensis fuerit. (m) Huic Burchardo nonnulli adiungunt filiam *Mathildam*, quam tradunt Abbatissam fuisse Gandersheimii. Verum locus Bodonis, quo illi nituntur, (n) id nequaquam euincit. *IOANNES GEORGIUS LEVCK.*

(g) Vide Diploma adlatum supra in (c).

(h) *CHRONICON STEDERBURGENSE* p. 454. (To, I, Meibom.) ad a. 1153. *Ludolfus Comes de Waltigerode obiit.*

(i) Ludolfus III, obuius est in Diplomatis inter testes, ad annos 1154, 1157, 1172, 1173. *HEINECCIUS* videri potest ad a. 1154. p. 150, ad a. 1157. p. 160. In loco posteriori oculis subiicitur, inter testium nubem, *Ludolfus comes de Waltigerode*. In Diplomate Friderici Barbarossae a. 1173. Francofurti dato, quo confirmatur permutatio bonorum nonnullorum coenobii Michaelsteinensis et Adelheidis Abbatissae Quedlinburgensis ac Gandersheimensis, inter testes adest *Ludolfus comes de Waltigerode*. Vide *Antiquitates Blanckenburgenses* I. G. *LEVCKFELDII* p. 78. Idem diploma a me supra adlatum est (§. 9.) et denuo recurrit apud *LEVCKFELDII* in *Antiquitatibus Michaelsteinensibus* p. 91. 92.

(k) In charta Henrici Leonis ad a. 1154. Ludolfi fratres dicuntur *Burchardus et Hagerus*, *HEINECCIUS* p. 150. l. c. Liceat notare errorem exiguum *HEINECCII* in stemmate Woltigerodano. Is Ludolfo secundo addit fratres Burchardum et Hoierum, quia Ludolfo adiunguntur hoc nomine in charta Henrici Leonis ad a. 1154. At vero simulac norat ex *Chronico Stederburgensi*, Ludolfum II. a. 1153. obiisse, colligere debebat, Ludolfum tertium esse intelligendum. In litteris Adelhogi Episcopi Hildesienfis a. 1178, mentio fit *Ludolfi*, et *Burchardi fratris*, immo *Luitgeri filii Ludolfi*. In litteris eiusdem Adelhogi in testium numero sese a. 1172. offerunt *Ludolphus aduocatus ecclesiae S. Georgii et Burchardus frater eius*.

(uu) *CHRONICON MAGDEBURGENSE* p. 276. To. II. Meibom. *Inde Quidelingeburg Abbaciam, quam venerabilis mater sua Mathildis condidit, (Otto I.) adiens, aduenientibus ibi Poloniae ac Bohemiae Ducum - cum totius regni principum concursu Paschalia gaudia peregit, licet illa Hermannus Dux Saxoniae sibi (ipso) dilectissimus tunc moriens non modicum conturbauerit. WITICHINDVS Annal. L. III. p. 662. Egressus est de Italia - Galliam ingressus est, inde Germaniam transiurus, et proximum Pascha loco celebri Quidelingeburg celebraturus: ubi diuersarum gentium multitudo conueniens restitutum patriae cum filio, cum magno gaudio celebrant. Manens autem ibi decem et septem diebus, non amplius, descendit inde aduersionem Domini apud Merseburg celebraturus. Tristis autem illa loca perambulabat, obitu optimi viri Ducis Herimanni - DITMARVS Annal. L. II. p. 337. addit momentum singulare morti eius et simul indicat, Amelungum iam tum fuisse mortuum. En locum: *Dehinc iuit ad Quidelingeburg, proximum Pascha diuinis laudibus humanisque peragens gaudiis. Huc confluabant Imperatoris edicto Miseco atque Bolislaus Ducis - cum omnibus regni totius primariis: consummatisque pacifice cunctis, ditati muneribus magnis, reuersi sunt ad sua Laetantes, Calend: Aprilis. Herimannus autem Dux ibi tandem moriens Imperatoris gaudia turbauit. Huius corpus dum ad Luneburg a filio suomet Bernhardo deferretur, contigit ibi Brunonem, Verdensis Ecclesiae antistitem, in proximo esse. Hic quia Herimannum, dum vixit, banno constrictum tenuit, suppliciter rogatur a filio, ut et solutionem saltem defuncto impenderet et in Ecclesia eundem sepeliri liceret. Sed is, quod postulat, nequaquam impetrat. Causam proscriptionis sacrae inuenire non licuit. Siquid tamen coniectando adde- qui queo, existimo, Hermannum praedia nonnulla noluisse Episcopatu Verdensi inserere, eoque nomine a Brunone, Amelungi successore, fuisse odio habitum. Haec enim palliata et excusata arbitror in *CHRONICO EPP. VERDENSIVM*, quod Amelungi vitam laudibus Hermannii fratris hunc in modum claudit: *Huius beneficiis ecclesia Verdensis fratre suo Amelungo interpellante nullo modo creditur aliena, quia nequaquam hucusque potuisset in suo statu substituisse, nisi fuisset Regum, Principum ac fide- lium largis beneficiis de tempore in tempus salubriter enutrita. Anno autem 973. conuentum illum circa Pascha, quod tum in decimum Aprilis diem incidebat, fuisse celebratum, patet ex LAMBERTO SCHAFFENABVRGENSI ad d. a. p. 315. To. I. Pistorii ed. Struv. et ex aliis Conf. NECROLOGIVM FVL- DENSE ad a. 973. p. 764.***

(xx) To. III. rer. Germ. p. 47. sqq.

(yy) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* p. 288. *AVCTOR VITAE S. MEINWERCI* p. 524. Taceo in re notissima testes complures.

(zz) Saxoniae L. IV. c. 29. *Benno, Dux inferioris Saxoniae, filius Hermannii, in ea ditione secundus, migravit e vita: et frater eius Luderus Comes brevis secutus est illum, cuius vxor Emma locupletis in patrimonio consistens, multa bona contulit in Ecclesiam Bremensem - Luderum vero, maritum eius, Hermannii Ducis filium, Bennonis fratrem, quem Comitem Annales referunt, sed districtum eius non signant, transalbinam tenuisse prouinciam, coniecto, quae nunc Stormaria, Holfatia, Thietmarsia, est; cui etiam si tum Stadensis Comitatus, ut postea, fuerit coniunctus, non enuntio: sed ex rebus coniecto, quod in amplissima ditione fratres non tam iniquam fecerint partitionem, quin fratri Ludero Comiti plurima ditio prouenerit, quae si tum erat Transalbiana, non magnum debet haberi, si illi, ut postea, Comitatus Stadensis iungeretur - Nec tamen negligenda est distinctio inter patrimonialia, et beneficiaria. Comitatus magis magisque tum hereditarii euadebant. Nihilominus Caesaris aerario Comites praestitutos numos inferre debebant, eique rationes officii ac dignitatis illius reddere.*

(aaa) *DITMARVS Annal. L. IV. p. 358. Principes Saxoniae comperta senioris sui nece immatura, ad Frasam curtem regiam - tristes conueniunt. - Comes autem Lutharius ut pro primo sensit, Ekkihardium velle exaltare super se Archiepiscopum praedictum, meliorem procerum partem in secretum foras vocauit colloquium, hoc omnibus dans consilium, ut iuramento firmarent, se nullum sibi dominum vel regem communiter vel singulariter electuros ante constitutum in Werle colloquium. Quod ab omnibus laudatum, excepto Ekkihardo, et collaudatum. Conf. L. V. p. 365.*

(bbb) *ADAMVS BREMENSIS Hist. Eccl. L. II. c. 32. p. 64. Anno Archiepiscopi (Bremensis, Libentii) XXII. Benno Dux Saxonum, obiit et Luderus frater eius, qui, cum uxore sua, venerabili EMMA, Bremensis Ecclesiae plurima bona fecerunt -*

(ccc) Pro aiente sententia stant duo loca, vetusta fatis, non tamen aetate Immae aequalia. *HENRICVS WOLTERVS* in Chronico Bremensi p. 34. To. II. Meibom. *In diebus illis EMINA grandaeva et nobilis*

progenitus, nae illi vehementer totoque coelo errant. (ddd) Origo fabulae videtur ex confusione generi cum filio enata. Ipse mortuus est anno 1011. die vndetrigesima Martii, humatus in templo S. Michaëlis Luneburgico; (eee) vxor autem obiit circa annum 1051. (fff) Vterque coniugum, siquidem coniugio vtebantur infecundo, multa bona contulit ecclesiae Bremensi. (ggg) *Suanehildis* dulcedinem coniugii bis experta perhibetur. Fuit enim vxor Ditmari, marchionis Lusatiae (hhh) et deinceps Ekkehardi, qui erat Misniae, et Thuringiae marchio, (iii) fundator Episcopatus Numburgensis, (kkk) et competitor dignitatis regiae misere interfectus a. 1002. in villa regia. Polite circa Scartfeldam et Cateleneburgum. (lll) *Mechtildis* obuenuit matrimonio Balduini, Flandriae Comitis, eique peperit Arnulphum iuniorem. (mmm) Addunt nonnulli *Ditmarum* Comitem, sed praeter et contra fidem omnem veterum confundentes Hermanni ex Bennone seu Bernhardo nepotem cum ficto quodam Hermanni filio. Quum autem Ioannes Hübnerus plerumque errores Henningesii adoptauerit, vti in praesenti quoque exemplo fecit, eo deducimur, vt credamus, tabulas genealogicas Hübneri non ad fontium fidem, sed secundum riuulos, fuisse contextas. Accipe tandem pauca de *BERNHARDO I* seu *BENNONE*, qui patrem in capeffendo Saxoniae Ducatu excepit; in probitate et virtu-

3.  
SVANEHIL-  
DIS.

4.  
MECHTIL-  
DIS.

5.  
BERNHAR-  
DVS, I, DVX  
SAXONIAE.

*lis vidua, obiit, relicta quondam Comitis Ludgeri, et soror Episcopi Meinwardi Paderbornensis, quae quadraginta annos vidua sedit et habuit maximum thesaurum, quem dedit pauperibus et Ecclesiae Bremensi, et corpus quiescit in Ecclesia Bremensi - HISTORIA ARCHIEPISCOPO RVM BREMENSIVM apud Lindenbrogium: Nobilissima Senatrix Emma obiit, vxor quondam Luidgeri Comitis, et soror Menwercki, Episcopi Paderbornensis, sed vidua iam per annos XL. quae ingentem thesaurum, quem habuit, totum fere pauperibus et Ecclesiis dispersit. Pro negante sententia tacit AVCTOR VITAE S. MEINWERCI, antiquissimus saeculi vndecimi scriptor, ex professo genus ac liberos Meinwercki §. IV. enarrans p. 518. To. Leibn. Hic enim Meinwercki patrem vocat Imedum, matrem Athelam, fratrem Thiedericum, sorores Glismodam et Azelam. Addita illa vel Athela fuit heres et domina Hammonstedi, vti idem auctor indicat §. 92. p. 557. Locus hic nunc est pagus ad duas horas Northemio distans, qua itur Cateleneburgum. Quae ex fama supra de situ eius scripsi, nunc in sumum abeunt. Certissimus enim sum, Hammonstedum, quo nunc senatus Northemensis vtitur feudo Paderbornensi, extinctis Baronibus de Plesse, fuisse Athelae heredium a patre cum adiectis locis aliis, Imedeshufen verbi causa, et in pago Rittiga inueniendum esse, qui sic dicebatur a loco, qui nunc Rittigerode dicitur, vti innotescit ex SCHATENIO Annal. Paderborn. P. I. p. 435. Nec in situ Rittigae me aberrasse a veritate, colligo ex praedio Hohnstedi, in pago Rittiga sito, vti docet AVCTOR VITAE MEINWERCI p. 524. To. I. Leibn. Pagus enim Hohnstede, vulgo Hohnste, hinc disiunctum versus austrum sesquimillari Germanico ad Leinam haud procul Rittigeroda positus est. Saepius tamen exempla sunt obuia, filiam vnam et alteram a scriptoribus omitti.*

(ddd) HEINECCIUS in Antiqq. Goslariensibus L. I. ad a. 1052. p. 58.

(eee) *Sequenti anno (1011) - Willegisus Archiepiscopus Maguntiensis - ad Christum migravit, et in locum eius Erkinbaldus Abbas Fuldensis subintravit - frater quoque praefati Ducis Bernardi Comes LVIT- DERVS proxima IV. Kal. April. obiit, qui, cum vxore sua EMMA senatrice christianissima, multa bona Ecclesiae Bremensi contulit. Verba AVCTORIS VITAE MEINWERCI §. XX. p. 524. Idem testatur et confirmat quoque FRAGMENTVM CHRONICI BARDEVICENSIS ad a. 1011. p. 217. Anno 1011. do starff de gude Hertoch Benno van Sassen, und wart begraven in Sante Michaelis Closter up dem Berge iho Luneborch, by sinem Broder Ludern. Duffe beiden Broder, do de Berg gebroken wart und dat Closter in de Stadt gelecht, worden ock do in de Stadt gebrocht und gegraven in dat sulve Closter.*

(fff) Hoc ita ostenditur. Emma superfuit vidua per quadraginta annos, vti paullo ante didicimus, (ccc) Quodsi igitur 40. addideris 1011, annus prodit 1051.

(ggg) *CHRONICON LVNEBURGICVM* p. 173. *Lüdingerus starff sunder Erven. ADAMVS BREMENSIS* Hist. Eccl. L. II. c. 32. p. 64. *Ludgerus - cum vxore sua venerabili Emma, Bremensi Ecclesiae plurima bona fecit. AVCTOR VITAE MEINWERCI §. XX. p. 524. HENRICVS WOLTERVS* in Chronico Bremensi p. 34.

(hhh) *CHRONICA MONTIS SERENI* p. 38. 39. ed. Mader. Helmstad, 1665. 4. *Dithmarus Marchio duxit filiam Hermanni Ducis a Luneburg, Suanehildam nomine, ex qua genuit Geronem Marchionem - Mortuo Dithmaro, Suanehildis eius relicta nupsit Ekkehardo Marchioni filio Guntharii Marchionis de Thuringia - qui genuit ex ea plures filios et filias. DITMARVS Annal. L. IV. p. 356. Ekkibardus - Thimari Comitis viduam et Bernardi Ducis sororem, nomine Suonehildam, in matrimonium sibi copulavit, ex eaque primogenitam, nomine Luidgerdam, acquisiuit filiam.*

(iii) Res ipsa demonstrata est gemino loco. (hhh)

(kkk) Addit hoc *MONTIS SERENI CHRONICON* p. 39.

(lll) I. G. *LEVCKFELD* in Antiqq. Poldensibus c. XVI. §. 3. p. 82.

(mmm) *ALBERICVS* ad a. 966. p. 14. *Arnulphi Comitis Flandriae filius Balduinus iuuenis - duxit uxorem, Mathildem, filiam Hermanni, Ducis Saxonum, genuitque ex ea Arnulphum iuniorem. CONTRA- DVS BOTHO* p. 311.

no 973. (uu) Eos, qui  
onorem primi Ducis Saxon-  
xx) Hermannus ex Hil-  
DERM Comitem, Saxe-  
ad extremum differe-  
omnem (yy) et Albertus  
est, Stormariam, Holla-  
am tranlegit fere omnem  
Eckeardo, Thuringiae  
titer impediens, quo mi-  
ur. (aaa) Vxor eius est  
Episcopi Paderbornensis  
si potest partem. (ccc)  
quo Meinwercus fuerat  
pro-

Quideleggeri Abbaciam, quam  
tibus in Poloniae ac Bohemiae  
epi. licet illa Hermannus Duc-  
rii. WITICINDVS Annal. L.  
am transierat, et proximum  
in multitudine conueniens resti-  
li decem et septem diebus, non  
ru. Trifidus autem illa loca per-  
II. p. 147. addit momentum  
um. En locum: Dehinc ad  
eni gaudis. Huc confusum  
tius primarius: consummati-  
tes, Calend. Aprilis. Herim-  
corpus dum ad Luneburgi  
elestae antistitem, in gran-  
diter rogatur a filio, ut si  
ret. Sed is, quod postulat, non  
quid tamen coniectando ali-  
ui Verde si inserere, eoque  
entim pallida et excusata abim  
Hermannus frater nunc in motu  
praktante nullo modo creditur in  
fuisse Regem, Principem si  
mo autem 975, conuenientiam  
celebratum, patet ex LAAMBERTI  
illis Conf. NECROLOGIVM VII

MEINWERCI p. 54. Tacco i  
mi, in ea ditone secundus, mo-  
no vxor Emma locupletis in po-  
Ludern vero, maritum cau-  
erant, sed iudicium eius in-  
ria, Hollatia, Thietmarfia, et  
erantio: sed ex rebus conuen-  
em, qui fratri Ludero Comi-  
in debet haberi, si illi, ut post-  
inter patrimonialia, et beati-  
minis Caesaris aerario Comiti-  
is filius reddere.

opi (Bremensis, Libenti) VII  
ca, venerabili EMMA, Bremer-  
te Immae aequalis. HENRICVS  
illis EMMA grandaeva et non

tibus ni aequavit, tamen prorsus est imitatus. (nnn) Reuerentiam enim et fidem intendit in Imperatorem, ex qua gaudia populi et templorum exstructiones feliciter propullularunt. (ooo) Ipse anno 1011. nona Februarii die decessit, et in aede sacra coenobii S. Michaëlis Luneburgici sepultus est.

(unn) *ADAMVS BREMENSIS* H. E. L. II. c. 14. p. 52. Anno Pontificatus Adaldagi XXXVIII. (Archiep. Brem.) - Hermannus, Saxonum Dux, obiit, Bennonem filium suum reliquit heredem, qui etiam vir bonus et fortis memoratur, excepto quod degenerans a patre populum rapina grauaui. Eadem leguntur apud *HELMOLDVM* Chron. Slav. L. I. c. 13. §. 5. p. 40. et *ALBERTVM STADENSEM* ad a. 984. p. 109. *CHRONICON VERDENSE* in Vita Amelungi XV. Episcopi p. 214. To. II. Leibn. Hic Hermannus ex humilibus natus ad alta prouectus genuit filium, Ducem Bernardum. Iste autem Bernardum ferocissimum, qui fuit rebellis multo tempore Imperatori, deprimens undique Ecclesias - *AVCTOR* autem *VITAE MEINWERCI* eum laudat §. 20. p. 524. Filius eius (Hermann) Bernardus fauente sibi Meinwerco Episcopo amicisque suis ducatum obtinuit et homo Episcopi factus, iuge obsequium in omni fidelitate sibi exhibuit. Quod patri successerit in ducatu, consentientes etiam referunt *CHRONICON SLAVICVM* apud Lindenbrogium c. 10. 11. p. 192. *VETVS CHRONICON HOLSATICVM* To. I. Accessionum Historiarum Leibniti p. 18. 19. *CHRONICON RHYMICVM* Principum Brunsvicensium p. 22. To. III. Leibn. ac *ALBERTVS KRANTZIVS* Saxon. L. IV. c. 33.

(ooo) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* ad a. 1020. p. 291. rebellionis mentionem facit a Bernhardo iuniore in Imperatorem susceptae. Ex hoc aliisque locis scriptores incauti occasionem adriperunt confundendi Bernhardum senioem cum iuniore, et acta iunioris cum rebus gestis Bernardi iunioris ac filiorum Comitis Hermannii, Bernardus summus fuit Imperatoris adfectator, fide et virtute, praecipue vero pietate nemini secundus. Anno 976. strenuam Ottoni II. aduersum Danos operam nauauit. *DITMARVS* Annal. L. III. p. 342. Imperator prima expeditione Buschuth ciuitatem cepit, Danos sibi rebelles petens, ad Sleswigh properauit. Ibi etiam hostes suos foueam, quae ad defensionem patriae parata est, et portam, quae Wieglesdor vocatur, armis praecoccupare videns, consilio Bernhadi Ducis et aui meimet Henrici Comitis omnes has munitiones feliciter exsuperat. In hoc itinere prima mali irrisionis in clericos exclamatio attollitur et a malis hominibus hodie seruat. - Temporibus his ego natus sum VIII. Cal. Augusti - anno - 976. Idem ad a. 977. p. 347. Indicitur in ciuitate Berna (ab Ottono II.) conuentus, et omnis huc conuocatur principatus, necessaria et hic tractarentur multa; solus Dux Bernardus in media reuertitur via: namque una ex urbibus suis, quam Imperator contra Danos opere ac praesidio firmavit, dolo ab his denno capta, caesis defensoribus eiusdem, incensa est. Anno 983. debellati sunt Sclau a Saxonibus, absente, ut videtur, Duce nostro per Comites, Marchionem Thiedericum et Episcopos duos Gisilerum ac Hillibardum. Videantur *DITMARVS* Annal. L. IV. p. 345. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 982. 983. p. 195. 196. *ANNALES HILDESHELMENSES* ad a. 983. p. 719. Eodem anno Sclaui rebelles effecti sunt. Anno eodem Bernardus Ottoni II. eoque demortuo VIII. Id. Dec. Ottoni III. mirae fidei specimina dedit contra Henrici Bauari, qui regnum ambiebat, machinationes et clandestina consilia. *ANNALES HILDESHELMENSES* ad a. 983. 984. p. 719. Imperator Veronae placitum habuit ibique Henricus minor de exilio ductus Dux Baiuvariorum constituitur - Non longe post VIII. Id. Decembris Otto benignissimus Imperator obiit, filio et acquiuoco eius regna relinquens. - Sed postea comperta nece Imperatoris Henricus quondam Dux de exilio regressus, cum sibi fauentibus Agrippinam ciuitatem intrauit ac Regem retinuit: regnumque eius inuadendo plurimos sibi de Saxonibus associavit, qui cum in proximo Pascha Quidelingaburg ad Regem elegerunt. Unde quidam de optimatibus huic electioni non consentientes, sed Regis vicem magis dolentes, e contra haut modicum deceptauerunt et Regem in regnum suum restituerunt. Quinam illi fuerint optimatibus Saxonum, qui Henrici spem fefellerunt, memoriae prodidit *ARNOLDVS* in Vita Godehardi Episcopi Hildesheimensis c. 1. p. 485. Anno - 985. Ottone Imperatore secundo, post periculosissimum et etiam infelicissimum Calabriae bellum, adhuc per orbem terrae clade et infamia notissimum ex hac vita sublato: et Romae - sepulto - praedictus Henricus Baiariae Dux Pater Henrici Imperatoris, ab Imperatore patrisle certe suo, ante septennium ob infidelitatem et tyrannidem, quam contra eum, paterno more, exercuit, ab honore summotus, tunc occasione iustitiae in spem regnandi arrogantiae furore in cassum elatus, herilem filium dignum Dei ordinatione regni heredem opprimere semetque in monarchiam regni, suadente seductore, conatur erigere. Cuius tamen nugalis machinatio a primoribus regni, Deum sane timentibus, et maxime a Willegiso Metropolitano Moguntiaci et Bernardo, duce Saxonico, pacifice sedatur eique post multa apta et incepta, quae modo melius silentur - prius ducatus redonatur. Anno 985. quum Imperator Quedlinburgi festum Paschatis diem celebraret, Bernardus Dux regis equis praefuit, *DITMARVS* Annal. L. IV. p. 36. ed. Mader. Helmstad, 1667. 4. Imperator in deliciis habuit nostrum adeo, ut ipsius et Tanemari supplicationibus condonaret Henricum Comitem, qui Bolislaum in Bauariam illexerat, teste eodem p. 376. L. IV. To. I. Leibn. Nec minus ei ac Walthero Praeposito id negotium datum est, ut Bolislaum, virum turbulentum et praepotentem arrogantia Bohemiam imperitantem, ad sanitatem mentis deduceret, auctore eodem p. 389. Anno 985. rogatu Theophaniae Augustae, Hillebaldi Episcopi Wormatiensis, et Bernardi Otto III. Erponi Episcopo Verdensi in loco Verde largitus est facultatem et iura exercendi mercatum, faciendi monetam, thelonium, et bannum, hoc est, vectigal et iurisdictionem capitalem. Comprobat haec *CHRONICON VERDENSE* p. 215. Eodem tempore Slau a Saxonibus deficiunt; sed sequenti anno sese Ottoni III. potestati submitunt. *CHRONOGRAPHVS SAXO* p. 198. Saxones Sclauam inuaserunt, quibus ad supplementum MISACHO (Dux Polonorum) cum magno exercitu venit, qui totam terram illam incendiis et caedibus deuastauerunt. Idem ad a. 987. p. 199. Saxones iterum Sclauam inuaserunt et ad ultimum ipsi Sclau regis ditioni subduntur, et castella, iuxta Albiam fluiuium, denuo restanrata sunt. Conf. *ANNALES HILDESHELMENSES*.

est. (ppp) Paulo post *Wichmannus junior*, anno nempe 1016, interemtus est,

ad e. a. p. 720. Quis dubitat, Bernhardum Ducem has expeditiones fuisse moderatum? Anno 991. Otto III. Imperator interfuit consecrationi aedis sacrae, quam Halberstadii insignia S. Stephani condecorant, adstantibus XII. Episcopis, Archiepiscopis, Abbatibus, Ducibus et Presbyteris. Aderant quoque omnes Saxoniae Principes, Dux Bernhardus et Ludolfus Comes - *CHRONICON HALBERSTADENSE* p. 117. To. II. Leibn. Consentit *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* ad a. 992. p. 281. Addantur ex recentioribus *FABRICIUS* Originum Saxoniarum L. II. p. 214. et *VORBURG* in Historia Ottonum p. 127. I. G. *LEVCKFELD* in Antiqq. Halberstadens. p. 290. Anno 993. Otto III. petitioni ac precibus Bernardi Ducis id dedit, ut ecclesiae Numburgensi largiretur sex regales mansos in villa, *Holzhusen dicta*, sitos et in Comitatu Ekkibardi Comitis in Thuringia. Diploma Ottonis exhibet *CASPAR SAGITTARIUS* in Exercitatione de Eccardo I. Marchione Misniae Sect. VIII. §. 2. p. 10. In diplomate Ottonis III, quod eodem anno Gruonae datum est, curtis regia *Walbicki*, nunc Walpke, cum villis adiectis, quas iam pagos dicimus, ecclesiae Quedlinburgensi donatur atque traditur, interuentu quidem et obsecratione Bernardi Ducis, Eberti Comitis et aliorum. Diploma exhibent D. I. F. *KETTNERVS* in Antiqq. Quedlinburgicis inter Diplomata saeculi X. §. XXIV. p. 32. et *IO. GEORG. LEVCKFELDVS* in Antiqq. Halberstadens. p. 664. Anno 994. terrae, quae Bernhardo suberant, nouo terrore percellabantur, Sclauis deficientibus, *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 994. p. 203. *Slani omnes exceptis Sorabis, a Saxonibus defecerunt*. Parauit, tanta rei indignitate motus, Otto Imperator a. 995. ipse expeditionem in hosce hostes militarem, indubie comitatu Bernardi stipatus, *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 995. p. 203. *Imperator Otto cum magno exercitu Abodritos et quasdam Wlotaborum terras inuadens, incendiis et depraedationibus plurimis vastauit, licet motum eorum nullo modo compresserit*. Conf. *DITMARVS* L. IV. p. 351. *ANNALES HILDESHEIM.* ad a. 995. p. 506. Quum autem Imperator exercitum moturus esset in Italiam, tyrannidem Crescentii repressurus, pacis foedera Sclauos inter et Saxones sanciuit anno 996. Testis est *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad e. a. p. 205. Quamprimum vero a. 997. Caesar aberat, Sclauis inuadam ruperunt pacem terminosque Saxoniae latrocinii clandestinis infestant. Adfuit ex improviso Caesar, et virtute maxima Sclauos, praecipue urbem *Hevelidum* inuasit ac deuicit. Inter haec Wlotabi aggrediuntur subita incurfione prouinciam *Bardengoa*, Billunganorum patrimonium, a Westfalis infracti perpaucis. Haec *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad e. a. p. 206. Anno 999. Otto condit ac fundat Archiepiscopatum Gnesnensem in Polonia, ut Poloni et Slauis religione christiana tanquam freno a barbaris actionibus reuocarentur. *DITMARVS* Ann. L. IV. p. 357. Annum *CHRONOGRAPHVS SAXO* ponit 996. p. 205. 206. *ANNALES HILDESHEIMENSES* praefertunt innum 1000, confuso Bolislao Poloniae rege cum Bolislao Bohemo ac Archiepiscopatu Pragensi, cuius origo ad Carolum IV. demum referenda, cum Archiepiscopatu Gnesnensi. p. 721. Circa haec tempora Sueci Danique ingressi sunt portum Stadensem, et captiuos abipuerunt, occisis quam plurimis, Sigfridum Marchionem, Theodericum Comitem aliosque viros illustres, prouinciamque omnem expilarunt. Solus marchio Sigfridus ope piscatoris cuiusdam noctu clam euasit ac cum Bernhardo cladem illatam masculine vitus piratas adriuit et interneccione deleuit. Copiose haec enarrant *ADAMVS BREMENENSIS* Hist. Eccl. L. II. c. 22. p. 57. et *HELMOLDVS* in Chronico Slav. c. 15. §. 10. p. 47. 48. In linantes etiam ad defectionem Sclauos Bernardi prudentia ac virtus bellica retardauit, prohibens, quo minus aut fidei Christianae nuntium mitterent aut arma corripent, teste eodem *HELMOLDO* c. 14. §. 9. 10. p. 43. Bennonis seu Bernardi obseruantiam in Henricum II. a. 1002. electum auctores magnopere praedicant, nominatim *ADELBOLDVS* in Vita Henrici S. Imp. §. 5. p. 432. To. I. Leibn, qui ita: *Tunc temporis post Henricum Ducem magnificum maiores erant in regno Benno Dux in Saxonia, Herimannus Dux in Alemannia - Benno ut sapiens non animabatur ad regnum, sciens, Henricum vigere prae caeteris ad obtinendum. Et §. II. p. 433. Rex non multis diebus in Francia moratus, in Turingiam venit. Ibi absque mora Guibelmus Princeps Turingorum cum caeteris occurrentis, Regis (deest aliquid) efficitur. Inde Rex procedens in Saxoniam, peruenit Merseberg. Benno Dux Saxonum, Bilizlaus Dux Sclauorum - occurrunt, acclamatum suscipiunt, collaudant, collaudato manus singuli per ordinem reddunt, redditis manibus fidem suam per sacramenta promittunt, fide promissa regem coronant, coronatum in folio locant, locatum debita congratulatione venerantur. DITMARVS Ann. L. V. p. 368. indicat, in Adelboldi loco manco vocem miles esse restituendam. *Wilhelmus, Turingiorum tunc potentissimus, obuiam (Henrico) pergens, dominumque venientem cum magna gratulatione suscipiens, miles Regis efficitur*. Conf. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1002 p. 214. *Bernhardi in laudibus illud quoque commemoratur, quod coenobium S. Michaelis Luneburgi perfecit. CHRONICON LVNEBURGICVM* p. 173. To. II. Leibn. *Ok stichtede he (Hermannus Billungus) dat Closter up dem Berge, dat dar was in de Ehre des Erzengels sunte Michaelis, dat sin Sone Bonne nba wullenbrachte.**

(ppp) *NECROLOGIUM FVLDFENSE* To. III. Leibn. MXI. *Berenhart Dux. AVCTOR VITAE MEINWERCI* §. 20. p. 524. Anno - MX. Indictione VIII. *Ansfrius - Traiectensis Episcopus - ad coelestem vitam suscollitur - Sequenti anno VII. Kal. Martii, Willigifus - sancte ad Christum migravit - Quinta dehinc proxima Idus Februarii Bernardus, Dux pius Saxonicus, filius Herimanni ducis, obiit*. Si uocula *DEHINC* id denotet, quod obitus Bernardi morte Willigifi fuerit posterior, annum 1012. esse significatum hoc loco, ad determinandam mortis Bernhardinae seriem, in confesso est. Quum autem noui anni nulla sit mentio et uoculae *abhinc* et *dehinc* tempora designant, tam porro, quam retro, elapsa, non video causam, cur annum 1012, pro definiendo mortis Bernhardinae anno, auctor vitae *Meinwercki* determinasse censendus sit. *ANNALES HILDESHEMENSES* ad a. 1011. p. 723. M. XI. *rex natalem Domini Frankenaword celebrauit, et in capite ieiunii Corbeiam venit. Ibi Bernardus pius Dux V. Id. Februarii obiit et in Luniburg Coenobio beati Michaelis magno exsequiarum plancu sepultus, quod*

Ecc

ipfe

(nnn) Reuerentiam cum a populi et templorum et anno 1011. nona Februarii aellis Luseburgici sepultus est.

Adaldis XXXVIII. (Archid. et reliqui breuiter, qui etiam in epoca germanici. Eadem legitur ad STADENSEM ad a. 984. p. 100. To. II. Leibn. in Hermannus ex ipse autem Bernardum fortissimè - AVCTOR autem VI. Bernardus fante filii Meinwerki, ipse obsequium in omni fideam referunt *CHRONICON SCLAVOLATIVM* To. I. Accellio. Principum Brunsvicorum p. 11.

is mentionem sicut a Bernardo inuasi occidit adripuerunt in rebus gestis Bernardi iustitiam adlectat, fide et virtute, praefuerunt Dnos operam nauavit. ob ciuitatem cepit, Dnos filii ad defensionem patriae potest, consilio Bernardi Ducis et in hoc itinere prima maliuoratur. - Temporibus his ego scitae in ciuitate Berna (ab O et hic tractarent multa; filii, quam Imperator contra Dribus eundem, incensa est. A nostro per Comites, Marchionem DITMARVS Ann. I. ANNALES HILDESHEIMENSES ad Bernardos Ottoni II. eoque demortu coriel Banaei, qui regnum n. ad a. 983. 984. p. 70. Imperator Dux Bawariorum constitutus, filio et aequo eius regno, nolan Dux de castro regno, in regnoque eius inuadentis proindignat; ad Regem elymeris uicem magis dolentes, e connt. Quam illi fuerit opinioOLDVS in Vita Godehardi Episcopi, post periculissimum et etiam nia nullissimum ex hac uita fulHenrici Imperatoris, ab Imperator, quam contra eum, patris regnans arroganciae furere urimere fonsque in monachum ratio a primoribus regni, Dno Bernardus, dux Saxoniae, peror - prius ducatus reuocata braret, Bernhardus Dux regi d. 1007. 4. Imperator in debisaret Henricum Comitem, quia. Nec minus ei ac Wilhelmo praepotentis arrogancia Bohem Anno 985. rogati Theoplicia poni Episcopo Verdensi in lantam, thelonium, et lantam, NICON VERDENSE p. 26. Etonis III. potestibis subitumus ad supplementum ALLIHO incendiis et castibus hostibus ad ultimam ipse Sclauorum, Conf. ANNALES ALBIS

6.  
Eius vxor et  
liberi.

est, (qqq) cui fuit frater Egbertus, (rrr) quem Genealogistae plerumque omittunt et ignorant. Bernhardus primus, vt vulgo creditur, in vxorem duxerat *Beylam*, filiam Ducis Stetinensis, quem nonnulli *Wratisslaum* appellant. (sss) Ex ea suscepit *BERNHARDVM* II. Ducem Saxoniae, *Dietmarum*, *Brunonem* et *Godefti* filiam, *Abbatissam* posthaec *Heriuordiensem*, (ttt) Sunt, qui *Mechtildam* addunt, sola *Conradi Bothonis* auctoritate inducti,

*ipse a fundamento construxerat, et in quo Monachorum congregationem adunauerat. Post quem vero filius eius Benno Ducatum obtinuit. His etiam temporibus Willigisus Mogontinus Metropolitanus ad Christum migravit. HELMOLDVS Chron. Slav. L. I. c. 16. §. 1. 2. p. 50. ponit annum regni Henrici II. decimum, innixus opinioni, Ottonem III. anno 1001. obiisse. Quo ipso annus decimus regni, quod tractauit Henricus II. est annus 1011. Malunt alii annum 1010. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1010. p. 113. Benno, Dux Saxonum, obiit. ADAMVS BREMENSIS Hist. Eccl. L. II. c. 32. p. 64. Anno Archiepiscopi (Libentii) XXII. Benno, Dux Saxonum, obiit. IDEM c. 32. p. 64. Leibentius obiit - anno Domini M. XIII. Indict. XI. quem annum confirmant CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1013. p. 223. ALBERTVS STADENSIS a. c. p. 113. HISTORIA ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIVM apud Lindenbrogium p. 75. HENRICVS WOLTERVS in Chronico Bremensi p. 31. To. Meibom. II. aliisque. Libentius autem sedit annis XV, auctore ADAMO BREMENSIS c. 20. p. 55. Ergo annus XXII. Libentii fuit annus 1010. Ita colligit Celeb. PFEFFINGERVS To. II. ad Vittriarium p. 115. Verum, vt Kalendis Ianuarii, vel XXV. Decembris, quo tum annus inchoabatur, Libentius munia Episcopalia non ingressus est, ita computationes eiusmodi non sunt accuratae, siquidem anni regiminis Libentii non ab initio anni, sed initi muneris ecclesiastici exordio incipiendi sunt. Quin potius stamus testimoniiis claris et luculentis? CHRONICON QVEDLINBURGENSE ad a. 1011. p. 288. Bernhardus Dux a Rege secundus, multigenis sapientiae, scientiae, pietatisque donis faecundus inuehitur coelos, Sanctae Ecclesiae multa tempora lugendus. Quem lamentatione dignum octava X. die moriens secutus est Ludgerus Comes, frater suus. Errant igitur et CONRADVS BOTHO, vt videtur Pfeffingero I. c. p. 116. et BARONIJS, quorum ille designat annum 1008, hic a. 1012. Baronii sententia existat Tom. XI. Annal. Eccles. ad a. 1012. §. 6. p. 40. Bothonis locus habetur p. 320. To. III. Leibn. Si quis tamen Bothonem absoluerit ab errore, quoniam interiiit subinde nonnulla, quae circiter illo tempore, ad quod alia certa adstringit, gesta sunt; is me non habebit repugnantem. Verba ipsa sic habent: Hertoge Bernd to Sassen unde Lunenborch, Hertogen Benno Sone, de nam Bertradam este Hertke des Koniges dochter to Norvveghen, de telde öme twey sone, de eine het Ortdolfus, de ander Hermen, de starff ane wyff, wol reygerde he, so hyr na steyt, sunder Ortdolf de besat dat arve. Si dicendum, quod res est, Botho heic nec de Bernhardo I. nec de eius morte solidi quicquam habet, commentatus potius de Bernhardo II. filio.*

(qqq) CHRONICON QVEDLINBURGENSE ad a. 1016. p. 291. Wigman Comes occidentalis Saxoniae, inter se et Baldricum Comitem reconciliata pace, persuadente callida, perfida, et anara coniuge eiusdem, insidiis pessimorum in itinere dolose peremptus occubuit.

(rrr) Ecbertum fuisse Wigmanni fratrem, abunde ostensum est (f.) Obuius est Ecbertus in Diplomate Ottonis III. a. 993. apud LEVCKFELDIUM in Antiqq. Halberstad. p. 664. Wigmanno iuniore demortuo, et iam antea, filii Ecberti Comitum comitatum tenuerunt in Ambergau. Otto III. in Diplomate 1001. dato castellum Dalehem seu Dalem prope Bokenum Berwardo Episcopo Hildesheimensi largitur, castellum, inquam, Dalehem nominatum, situm autem infra eiusdem episcopatus terminos in pago Hassala siue Ambergau in comitatu filiorum Eberthi Comitum. Diploma e tabulario Hildesheimensi producit SCHATENIJS Annal. Paderborn. L. IV. ad a. 1001. p. 357. Ecbertus obiit a. 994. quinto Aprilis, CHRONICON QVEDLINBURGENSE ad a. 994. p. 282. Egbertus Comes, prudentibus sapientior et fortibus audacior. Non. Aprilis e medio excessit.

(sss) CONRADVS BOTHO in Chronico picturato p. 313. Hertoge Benno, Hertogen Hermes sone to Sassen unde Lunenborch, de nam Beyla des Hertogen dochter to Stettin, de telde öme dre sone, de eyne het Detmer, de starff in der ioget. De ander Bruno, de wart ein Bischof to Oldenborch. De dridde de heyt Bernd, de besat de arve, unde wart eyn Hertoge to Sassen unde ein Herr to Lunenborch. ALBERTVS KRANTZIJS Saxon. L. IV. c. 23. Benno accepta uxore, Principis, ut ferunt, Stetinensis filia, bono patre, non degener filius. Mirum vero, quum per id tempus omnis illa Wandalarum provincia idolis seruisset, Christianum Principem ex gentilitate inisse connubium. Duo heic ad Krantzius adnoto. Wandalos is perpetuo confundit cum Venedis ac Slauis, nationes omnino diuersissimas. Scrupulus autem ille, quem heic in lectoris animum iniicit, acumen sapit. Scriptores coeui in lucem nondum prodierunt, in quibus nomen vxoris illud ac genus Stetinense sit obuium. BVCELINVS, HENNINGSIUS ac HVBNERSI secuti vnus alterum, primus vero vitiosum Bothonis descriptorem, Gestam vocant, quae Beyla fuisset vocanda, Henningesius Geilae patrem adpellat Wartisslarum. Vndenam hoc hauserit, ignoro. Genuina antiquitas haec nequaquam memoriae prodidit.

(ttt) De Brunone et Godefti heic est differendum. Bruno praematura morte in tenero aetatis flore decessit, adeo vt ei fallant et fallantur, qui ex eo faciunt Episcopum Aldenburgensem, adfinitate nominis ad auia ducti. ALBERTVS KRANTZIJS Saxon. L. IV. c. 23. Ex illa qualicumque coniuge (Bernhardus) suscepit filios: Brunonem, Thietmarum, et BRVNONEM; Bruno in teneris DECESSIT. CONRADVS BOTHO refert p. 313. Brunonem fuisse Episcopum Aldenburgensem. Sequitur eum GABRIEL BVCELINVS in Historia Agilolfingica p. 399. et hunc HENNINGESIUS ac HVBNERSI pro more. At vero nec ADAMVS BREMENSIS H. E. L. II. c. 33. sqq. p. 64. sqq. nec DITMARVS in Annalibus nec ANNALES HILDESHEIMENSES p. 726. nec alii de choro historicorum veterum norunt Brunonem illum inter Episcopos Aldenburgenses. Godefti vocatur Thietmari foror et Abbatissa Heriuordienensis apud AVCTOREM VITAE MEINWERCI c. 31. §. 70. p. 536.

Genealogiae plerumque  
 ego creditur, in vxorem  
 nonnulli Wratislam ad  
 II. Ducem Saxoniae, Dio-  
 clesiac Heriuordiensem,  
 si Bothonis auctoritate in-  
 ducti,  
 aduocati. Post quem vero  
 Moguntini Metropolitani ad  
 ponit animum regni Henrici II.  
 lo minus decimus regni, quod  
 1773 STADENIS ad a. 1010.  
 II. L. c. 32. p. 64. anno ad-  
 1. p. 64. Leobentis eius - an-  
 RAPHVS SAZO ad a. 1017, p.  
 TOPORVM BREMENIVM apud  
 III. p. 31. To. Michon. II. diti-  
 c. 20, p. 55. Ego anno XIII.  
 ad Vituarum p. 115. Verum,  
 ur, Libentis anni Episcopa-  
 sequidem anni regimini Li-  
 endi fuit, Quo potius statum  
 ad a. 1011. p. 288. Bernhar-  
 denis facundus inuehitur coe-  
 nus octavo X. die mortuus se-  
 270, ut videtur Pfeffingero l.  
 212. Baronii sententia exhi-  
 tur p. 320. To. III. Leibn. 5.  
 nonnulla, quae circiter illa  
 repugnantem. Verba ipsa si-  
 one, de nam Bertradaw et  
 e eme het Ortalsfus, de and  
 ruff de besat dat arve. Si  
 morte solidi quocquam hab-

Comes occidentalis Saxoniae,  
 perfida, et amara coniuge in-  
 ducens est Ebertus in Diploma  
 ad. p. 664. Wigmanno innoto  
 in Ambergau. Otto III. in Diploma  
 cardo Episcopo Hildesheimensi  
 eisdem episcopatus terminis in  
 sionis c. tabulario Hildesheimensi  
 cberus obiit a. 994. quinto Apo-  
 Comes, prudentius sapienter e

Hertogen Hermes sine to Saffen  
 ide sine dri sine, de eyne het  
 Oldenborck. De drida de ley  
 err to Lunenborck. ALBERTVS  
 ferant, Bertrams filia, her  
 Wandalarum pronuncia sibi  
 o heic ad Krantzium adito  
 mino diuersissimas. Scrupula  
 tortes coeui in lucem roboran-  
 tum. BUCELINVS, HENNDI-  
 bothonis descriptorem, Golan-  
 pellicu Wartslarum, Volens  
 prodidit,  
 e in tenero aetatis flore des-  
 burgensem, adfinitate nonnu-  
 gualiscunquo conage (Bertho-  
 o in teneris DECESSIT, COM-  
 entem. Sequitur cum GABRI-  
 IVS ac HYPNERVS pro am-  
 q. nec DITMARVS in Annal-  
 historiarum veterum notat  
 etmari sorore et Abbatis Ho-


ducti, qui diuersissima permiscuit; (uuu) et praeterea Hermannum adiciunt. Ditarus cum fratre Bernhardo circa annum 1029. ecclesiae Mindensi donauit siluam quamdam in pago *Entergowi* et comitatu Ducis Bernardi. (xxx) Si qui principes olim iniquas sacerdotum et monachorum acquisitiones improbabant dominisque suis vindicare conabantur, eis infamia a Clericis, qui tum erant historiarum conditores, inurebatur: praesules, vi ac precibus, minisque et abusu remissionis peccatorum patrimonia ecclesiarum locupletantes, in Diuorum ac Sanctorum numerum referebantur: reges et principes, qui contra ius fasque et emolumenta publica domos, quibus deceptrix sanctitatis notio adhaerebat, ditabant ventribusque sacerdotum socordissimorum opimis sagine lautiores comparabant adpellabantur *Sancti, Magni, Diuini*, quos rectius excordes, simplices et muliercularum superstitiosarum famulos, saepius Clericorum Actaeones, dixisset antiquitas, si vtilitatis publicae debitam habuisset rationem. Illustrabimus id ipsum exemplo Ditarum Comitis. Quamprimum is Episcopo Mindensi siluam tradit, laudibus dignus habetur. (yyy) At quum sua a Meinwerco defendit eique augmentum patrimonii ecclesiastici denegat, ab *Auctore vitae S. Meinwerco* vocatur *vitiis plenus, superbia tumidus, facibusque auaritiae in adquirendis rebus accensus*, inuasor et director alieni. (zzz) Idem addit, a Comite Ditaro thesaurum coenobii Herfordiensis, vbi soror eius Godeffi fuerit Abbatissa, spoliatum et abreptum esse. Quum autem Ditarus lubenti animo recusaret Meinwerco accessiones bonorum, Episcopus hic Paderbornensis exaggerauit facinora Comitis eumque vocauit ad concilium ecclesiasticum et impulit ad praestandam satisfactionem. At qualis illa? Num suavit Episcopus ille in seriem sanctorum adscitus, vt agnoscerentur peccata, restituerentur ablata oppressis, et de cetero principes a subiectione sacerdotali essent immunes? Nequaquam. Sanctus ille sibi et suo episcopatu, inhians consulebat nummorum summae satis magna. Imperauit enim Ditaro, vt ipsi triginta talenta denariorum solueret. En diuinam satisfactionem, quin potius sacram! Quum ditissimus ille Ditarus, qui Herfordiensium aduocatus fuisse videtur, tantam vim pecuniae soluendo non esset: omne praedium, quod habebat in *Bruninctorpe* cum singulis eo pertinen-

(uuu) BOTO ad a. 1020. p. 322. Hertoghe Bernd to Lunenborck (secundus) de hadde eyne Suster, de het Mechtilda, de hadde eyne Greuen van Flandern, so reyde beroeret is, de starff. Do kam Hertoghe Bernd, de gaff se eyne Forste to der Wende, de het Mestewyn, de oem gehulpen hadde tegen den Keyser. Do darra alse de Hertoghe Bernd des Keyfers frunt wart, do entoch de Hertoghe Bernd hne Suster dem Mestewyn, wente alleman de sprach so: Dat eyn Wendesch hunt scholde nemen eyn also eddele Fruwe. Dat wardot dem Marggreue Mestewyn, unde sede: Schal ick eyn hunt syn, so will ick ock gnarven alse eyn Hunt. Sequuntur Bothonem Bucelinus, Henningesius, Hybnerus. Verum circa id tempus occurrit Godefridus Ardenneus ad a. 1005. apud ALBERICVM, cuius vxor fuit Emma, denata 4. Kal. April. Mestewinus Bernardi secundi neptem filio suo in matrimonium expetiit, sed nunquam obtinuit, vti discimus ex ADAMO BREMENSI H. E. L. II. c. 31. p. 63. Hinc origo commenti. Obiter addo, DITMARVM Annal. L. VIII. p. 425. Bernardi I. vxorem, Bernardi II. et Thietmari matrem, natam fuisse ex Comitibus Waldbeccensibus, sororem Ditarum Episcopi Merseburgensis et Annalium scriptoris, id est, sui ipsius, significasse. Accipe verba: *Meinwerco praesul a Thietmari NEPOTE MEO, Bernardi Ducis fratre, dispoliatu est*. Nepos ex fratre vel filio heic locum non inuenit. Nepos ex filia intelligi non potest, partim ob Episcopi coelibatum, partim ob eius aetatem. Restat igitur nepos ex sorore. Hoc ipso profligatur *Beyla*, de qua iam Krantzius dubitat. Spes est, fore, vt alii nomen quoque verum eruant. *Walabecina* cum *Wandalica* vel *Venedica* fuit permixta, Multa in historia hac sunt expurganda, vti patet lectori, quamprimum tabulas nostras contendent cum peruulgatis.

(xxx) Diploma Conradi Salici hanc in rem producit PISTORIUS in Chronico Episcoporum Mindensium p. 736. seu 821. sq. Ed. Struv. To. III. Conrado Salico Diploma tribuit PFEFFINGERS To. II. ad Vituarium p. 111. Datum id est a. 1029. vtiq; ab eo. *Pagus Entergowi* dicitur fuisse in comitatu Bernardi Ducis, Silua, quae in ea fuit, tradita est ecclesiae Mindensi cum consensu et collaudatione praefati Ducis Bernardi et sui fratris Ditarum ceterorumque eiusum in eadem silua - communionem venandi habentium. Hinc innotescit, Duces Bernardos comitatum etiam circa Mindam habuisse, cuius quoque Otto Imperator mentionem facit in Diplomate a. 974. dato, in quo *pagus Lidhetegone* intra Comitatum Bernardi Comitis memoratur ibidem p. 823. An *Lidhetegone* sit *Lidbecki*, quod in factis Caroli M. occurrit, disquirant alii. Nos adnotamus, Duces Saxoniae subinde etiam dici *Comites*, ratione comitatum, quos simul tenerunt.

(yyy) To. II. Pistorii p. 821. sq. ed. Struv.

(zzz) DITMARVS Annal. L. VIII. p. 425. Locum adtuli in (uuu).



tinentibus, consentiente fratre Bernhardo secundo, Saxoniae duce, pro reconciliatione cum Episcopo Paderbrunnensi ineunda ecclesiae eiusdem donauit. (1) Magnum bonum ex exaggerato malo! In conuentu Werlensi, vbi de electione Henrici II et Sancti agebatur, controuersiae omnes et iniuriae Ditmari in Abbatiam Helmwardensem compositae sunt. (2) Anno 1019. Ditmarus rebellauit aduersus regem Germaniae. Quare cum focis comprehensus et in carcerem coniectus est. Quo elapso, focis a Caesare condonatum et gratia delicti omnibus facta est. (3) In posterum Ditmarus cautius sua acturus, exhortante Luderii patruui vidua Emma, Bremensi ecclesiae benefecit: (4) idemque Alebrando, Archiepiscopo eiusdem cathedrae, honorem exhibuit summum. (5) Anno tandem 1048, in festa Michaëlis die, Poletthae in villa regia occisus est a milite suo Arnolde in certamine singulari, a quo accusatus erat consilii scelesti aduersus Imperatorem initi. (6) Bruno frater a nonnullis vocatur Episcopus Aldenburchensis in Wagria. (7) Quod autem Hildeshemii in dedicatione templi S. Michaëlis peremptus fuerit, illud ad fabulas saeculi vndecimi reiciendum est. (8) **BERNHARDVS I**, Dux Saxoniae, primum genitus, Pius est cognomine natus. (9) Filius autem **BERNHARDVS II**, itidem Saxoniae Dux, auitae **SAXONIAE**, humilitatis et religionis prorsus immemor, (10) gentem Winulorum crudi-

- (1) **AVCTOR VITAE MEINWERCI** c. XXXI. §. 70. p. 536. Thietmarus senior, frater Bernhardi Ducis Saxoniae, vir in hoc mundo valde idoneus fuit, sed tantum vitiis plenus, quantum rebus, superbia tumidus: in acquirendis rebus auaritia facibus accensus. Denique, contra ius et fas ubique fidelium res inuadens et diripiens, inter cetera tyrannidis suae opera quodam tempore iter suum ad monasterium Herivordiae direxit, faciensque ibi magnam munitatem, sanctorum ibidem requiescentium et suae fororis Abbatissae, nomine Godefridi; et congregationis S. Mariae, thesaurum confregit, et inde plus iusto pecuniae detraxit. Postea ad Synodum secundum canonicam constitutionem ab episcopo Meinwerco vocatus, ad corrigendum commissi est ammonitus. Quo salubriter compuncto et utiliter correcto, constitutum est, cum dare Episcopo triginta talenta denariorum (i. e. 180. grossos Marianos.) Illo autem pecuniae pondus tantum non habente, omne praedium, quod habuit in Bruninchorpe cum omnibus appendiciis, cum consensu et voluntate sui heredis, Bernhardi Ducis atque fratris sui, ad dominium Paderbornensis ecclesiae pro reconciliatione illius pecuniae in proprium dedit. Etc. XLIX. p. 546. Ecclesia Herivordensis - tam Vngariorum deuastatione, quam Thietmari, fratris Bernhardi Ducis Saxoniae, inuasione spoliata. Conf. **SCHATENII** Annales Paderbornenses ad a. 1024. To. I. L. V. p. 462.
- (2) **AVCTOR VITAE MEINWERCI** c. XCI. p. 557. post obitum Imperatoris (Henrici II.) soli Saxones in quodam castello, quod Werla dicitur, conuenerunt: et tam de Regis electione, quam aliarum rerum necessaria dispositione tractare coeperunt. Ibi Dominus Meinwercus Episcopus, et **THIETMARVS**, frater Ducis Saxoniae Bernhardi, quicquid iniuriarum vel controuersiarum de Abbatia Helmwardensibus aut aliis rebus ad inuicem habuerunt, penitus dimiserunt. Conf. **SCHATENIUS** l. c. p. 461.
- (3) **CHRONICON QVEDLINBURGENSE** ad a. 1019. p. 291. To. II. Leibn. Confobriini Imperatoris, filii Hermanni Comitis, cum Thietmario Bernhardi (primi) Ducis filio, rebellare coeperunt, qui tamen comprehensi custodiae deputantur. Interim prior, fuga elapsus, patriam repetiit: sed statim, non post multos dies, omnes pariter Imperatoris gratia condonantur.
- (4) **ADAMVS BREMENSIS** H. E. L. II. c. 49. p. 75. Bernardus Dux, et frater eius Theotmarus, exhortante piissima Emma, quae Ecclesiam valde dilexit, Bremensi Ecclesiae multa bona fecerunt.
- (5) **IDEM** l. c. c. 56. p. 59. Alebrandus autem Archipraeful omnibus acceptus a Duce Bernardo et eius germano Thietmario pro liberalitate animi valde honoratus est. C. **ALBERTVS STADENSIS** ad a. 1032. p. 118. et ad a. 1042. p. 120.
- (6) **LAMBERTVS SCHAFFNABURGENSES** ad a. 1048. p. 319. To. I. Pistorii ed. Struv. Festum sancti Michaëlis imperator iterum Poletthae celebrauit: ibi postero die Dietmarus comes, frater Ducis Bernhardi, quum a milite suo Arnolde accusatus fuisset de inito contra Imperatorem consilio, congressus est cum eo, ut obiectum crimen manu propria purgaret, victus et occisus est. Obitus igitur Dietmari incidit in tricesimum Septembris diem, Omisit haec **LEVCKFELDIUS** in Antiqq. Poeldensibus c. XVI. §. 6. p. 85.
- (7) Hos refutauit supra in (ttt) nota.
- (8) Ita fingit **HENNINGESIVS** P. II. secundi et tertii regni in quarta Monarchia p. 99. quem refellit **PEFFINGERVS** in Vitriario illustrato To. II. p. 213.
- (9) **AVCTOR VITAE MEINWERCI** c. XX. p. 524. To. I. Leibn. et apud Surium 5. Iun. p. 88. **CHRONICON QVEDLINBURGENSE** ad a. 1011. p. 288.
- (10) **AVCTOR VITAE MEINWERCI** c. XX. p. 524. vnde patet, Ducatus non fuisse prorsus hereditarios. Eum enim Bernardus per alios, implorantes suo loco, nactus est, **HELMOLDVS** Chron. Slav. L. I. c. 16. §. 2. p. 50. Anno regni eius (Henrici II.) decimo mortuus est Dux Saxoniae Benno, vir omni probitate conspicuus, et strenuus ecclesiarum defensor, cuius Principatus heres factus est Bernhards, filius eius, licet a paterna felicitate diuertit. Conf. **CHRONICON VERDENSE** p. 214. To. II. Leibn. **CHRONICON RHYTMICVM** Principum Brunsvicensium p. 23. **CHRONICON HOLSATICVM** To. I. Accessionum historicarum Leibn. XI. p. 19. **ANNALES HILDESHEIMENSES** ad a. 1011. p. 723. **CONRADVS BOTHO** in Chronico picturato Brunsvicensi p. 320. **CHRONICON SLAVICVM** Lindenbrogii c. XI. p. 192. **ALBERTVS CRANTZIUS** Saxoa. L. IV. c. 30.

deliter oppressit et ad simulacra muta amplectenda redire coëgit. (11) Er-  
rat ADAMVS, olim Canonicus Bremensis, (12) qui hanc oppressionem  
Bernardo primo adfingit (13) Virtutibus vero vitia ineuntis iuuentae,  
si qua fuerunt, emendauit Bernhardus iunior. Etenim ipse postea duca-  
tum fortiter administravit, licet felicitatem patris adsequi non potuerit.  
(14) Parens enim Bernhardus primus, egregiam Ottoni secundo in belli-  
ca

(11) ADAMVS BREMENSIS H. E. L. II. c. 30. p. 62. Post cuius (Ottonis III.) mortem, regnum in  
contentione remansit. Tunc Slavi, a Christianis iudicibus plus iusto compressi, excusso tandem iugo ser-  
uitutis, libertatem suam armis defendere sunt coacti. Principes autem Winulorum erant Mizzidrog et  
Mifrowoi, quorum ductu seditio inflammata est. His ergo Ducibus Slavi rebellantes, totam primo Nord-  
albingiam ferro et igne depopulati sunt. Deinde, reliquam peragrantes Slauiam, omnes Ecclesias in-  
cenderunt et ad solum visque diruerunt. Sacerdotes autem reliquosque Ecclesiae Ministros variis ene-  
cantes suppliciis, nullum trans Albim Christianitatis vestigium reliquerunt. Apud Hammaburg eo tem-  
pore, ac deinceps, multi ex Clero et ciuitatibus in captiuitatem ducti sunt, plures etiam interfecti, pro-  
pter olium christianitatis. Et c. 31. p. 63. Omnes Slavi, qui inter Albiam et Oddoram habitant, per an-  
nos septuaginta et amplius, christianitatem coluerunt, omni videlicet tempore Otthonum talique modo se  
a corpore Christi et Ecclesiae, cui ante coniuncti fuerant, absciderunt - Eo tempore Dux Slaviae petiit  
filio suo nepem Ducis Bernardi, dari in coniugium, quod et Dux consensit. Tunc Princeps Winulorum  
misi filium suum cum Duce in Italiam cum mille equitibus, qui fere omnes ibi sunt interfecti. Posthaec  
quum filius Ducis Slaviae pollicitam sibi expeteret uxorem, Thiadericus Marchio interceptit consilium,  
proclamans: Consanguineam Ducis non esse dandam cani. Iste Thiadericus erat Slauium marchio, cu-  
ius ignauia coegit eos fieri desertores. Qui postmodum ab honore suo depulsus et ab omni hereditate sua,  
apud Magdeburg Praebendarius vitam, ut dignus erat, mala morte finiuit - Conf. HELMOLDVS  
Chron Slav. L. I. c. 16. §. 5. p. 51. HENRICVS WOLTERVS in Chronico Bremensi p. 31. CONRADVS  
BOTHO p. 321. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1001. p. 112. HISTORIA ARCHIEPISCOPORVM  
BREMENSIVM apud Lindenbrogium p. 75. CHRONICON SLAVICVM apud eundem c. 11. p. 192.  
CHRONICON HOLSATICVM c. XI. p. 9. To. I. Accessionum historicarum Leibnitii.

(12) In Hist. Eccl. c. 32. p. 64. Errorem Adami ad liquidum deducit PFEFFINGERVS in Vitriario illu-  
strato To. II. p. 120. et 113. Locus Adami: Haec facta sunt ultimo tempore senioris Libentii sub Duce  
Bernardo, filio Hermannii, qui populum Slauium grauius adflixit. Intellige Bernardum II. Bernardi  
primi filium. Nam Libentius obiit a. 1013. Bernardus autem primus a. 1011. Slauiorum impetum E-  
piscopus Aldenburchensis Benno, quem perperam cum Bruno, Bernardi I. filio, nonnulli confude-  
runt, sustinere non potuit, quare secessit Hildeshemium, Videatur CHRONICON LVBECENSE To. II.  
Meibom. p. 394. Quare autem ADAMVS, nobilissimus ille historicus, dicitur Bremensis? HENRICVS  
MEIBOMIVS To. III. ser. Germ. in Vindiciis Bilinganis respondet p. 37. hunc in modum: Primus, qui  
obscuras natales Billinganos adstruxit, est M. ADAMVS, Canonicus Bremensis, homo peregrinus et in  
Saxonia hospes: quem si accurate ex historia ecclesiastica, quam nobis reliquit, examines, natione vel  
Thuringum, vel, quod tutius affirmauerim, Misenum inuenies. Nam ex ea gente et quidem e comitibus  
Wetinesibus originem traxit Adelbertus, Hamburgensis archiepiscopus, cum quo Adamus Bremam ve-  
nit. GERARDVS IOANNES VOSSIUS de Historicis latinis L. II. c. 46. p. 386. Veram eius aetatem  
cognoscimus inde, quod L. IV. c. 16. referat, Bremam se venisse nouissimis temporibus Adalberti Ar-  
chiepiscopi: quodque libro III. c. 5. ait, anno eius XXIV. hoc est, Christi 1077. factum se Bremensem ca-  
nonicum, siue, ut ipse loquitur, indignissimum ecclesiae Dei matricularium. Alterum quoque suppetit  
argumentum. Quippe opus hoc dedicat Liemaro, qui Adalberto successit. Liqueat hoc, non ex praefatio-  
ne duntaxat, sed etiam verbis istis L. III. c. 1.

(13) Ostendit hoc PFEFFINGERVS l. c. To. II. p. 113. et 477. vbi ex DITMARO Ann. VIII. p. 106. et  
Slauiorum immanitas et tempus deiectionis ostenditur.

(14) HELMOLDVS Chron. Slav. L. I. c. 17. p. 553. Eo tempore, quo Dux Bernardus, suiique complices, Cae-  
sari Henrico rebellauit, omnibusque Saxoniae ecclesiis esset grauis et infestus, illis maxime, qui erga ma-  
iestatem Imperatorum fidelitatis suae iura temerare nolissent, eius impetum viri dicitur Archiepi-  
scopus Vnwani sua magnanimitate refregisse, ut propter sapientiam et liberalitatem Episcopi cogere-  
tur ipse Dux, ecclesiae, cui antea aduersatus est, deinceps benignus esse in omnibus. Igitur habito Pon-  
tificis consilio rebellis Princeps tandem flexus, apud Schalchisburg Caesari Henrico supplex dedit ma-  
nus. Mox quoque fauente Vnwano, Slauios tributo subiiciens, pacem reddidit Nordalbingis et matri  
Hammenburg. Eadem fere praecit ADAMVS BREMENSIS H. E. L. I. c. 33. p. 65. ALBERTVS STADEN-  
SIS in Chronico ad a. 1013. p. 113. b. Ipso tempore (Vnwani Archiepiscopi Bremensis) ferunt ag-  
gerem Bremensem firmatum contra insidias et impetus inimicorum, praecipue quoniam Dux Bernardus  
Henrico Imperatori auus est rebellare, turbauit omnes Ecclesias Saxoniae. Ex illo enim tempore, quo  
Dux in Saxonia constitutus est regione, nunquam discordia inter Archiepiscopum et Ducem cessauit, illo  
impugnante Regem et Ecclesiam, isto pro salute Ecclesiae certante. - Bernardus Dux tam inuitae hu-  
militatis quam paternae religionis oblitus, primo quidem per auaritiam gentem Winulorum crudeliter  
opprimens, ad necessitatem paganismi coegit. Deinde per superbiam beneficiorum immemor, totam se-  
cum ad rebellandum Caesari mouit Saxoniam. Nouissime surgens in Christum, Ecclesias impugnauit,  
praecipue Bremensem, quae et ditior eo tempore ceteris, et Hamburgensem, quae remotior videbatur a  
manu Caesaris. Huius impetum viri Vnwani taliter sua magnitudine fregit, ut prae pudore sa-  
pientiae ac libertatis Episcopi cogereur ipse Dux. Ecclesiae, cui antea aduersatus est, deinceps hilari  
et beneuolus in omnibus existere. Ergo habito Vnwani consilio, tandem rebellis flexus, Scaldinborg  
Caesari Henrico supplex dedit manus. Moxque fauente Vnwano, Sclauis tributo subactis, pacem red-  
didit

lo, Saxoniae ducem, pro  
unda ecclesiae eiusdem  
alo! In conuentu Wer-  
ur, controuersiae omnes  
n compositae sunt. (2)  
Germaniae. Quare cum  
t. Quo elapso, focis a  
ta est. (3) In posterum  
patru vidua Emma, Bre-  
ido, Archiepiscopo eius-  
Anno tandem 1048, in  
s est a milite suo Arnol-  
miffi secessit aduersus Im-  
ratur Episcopus Aldenbur-  
i in dedicatione templi S.  
i vndecimi reuicendum est.  
genitus, Pius est cognomi-  
em Saxoniae Dux, auitae  
gentem Winulorum cru-  
deli-

senior, frater Bernardi Ducis  
quantum rebus, superbia tu-  
a sui et sui vicique fidelium res  
viter suam ad monasterium  
lem reuicententem et suae fo-  
ne confregit, et inde plus rursu  
sem ab episcopo Meinmeruoto  
cto et utiliter correcto, consp-  
grossos Marianos.) Illo ante  
Bruninchorpe cum omnibus  
e fratri sui, ad dominicum h  
edit. Et c. XLIX. p. 546. Episc-  
patri Bernardi Ducis Saxoniae  
1024. To. I. L. V. p. 462.  
ateris (Henrici II.) fili Saxo-  
is electione, quam aliam rem  
Episcopus, et THIETMARS, p-  
aram de Abbatis Helmararchiep-  
CHATENVS I. c. p. 461.

II. Leibo, Consilium Imperator-  
is, rebellare coepit, qui tam-  
um repetit: sed statim, non p-

frater eius Thietmari, exho-  
multa bona fecerunt.  
optas a Duce Bernardo et tunc  
ALBERTVS STADENSIS ad a.

xxi ed. Seru. Festum sancti No-  
e comes, frater Ducis Bernar-  
torem consilio, congressus est in  
Obitum ignis Dietmari incidit  
9. Poelentibus c. XVI. p. 6  
marchia p. 99. quem refellit 1175  
d Satrium 5. Jun. p. 88. castis  
s non fuisse profus hereditatis  
LMOLDVS Chron. Slav. L. I. c.  
Saxoniae Benno, vir inuic pro-  
eres factus est Bernhardus, su-  
ENSE p. 214. To. II. L. L. L.  
NICON HOLSATICVM To. I.  
MENSES ad a. 1001. p. 75. CH-  
NICON SLAVICVM Lindenb-



ca aduersum Danos expeditione nauauit operam circiter annum 976, (15) annoque 983. interfuit Slauorum coërcitioni et deuictioni, (16) atque Henricum, depositum Bauariae Ducem, ex quo Imperator Henricus II est natus, machinantem varia in consanguineum Ottonem III patri succedere aggressum, sedauit, et, vt reciperet ducatum Bauariae, cum Willegiso Archiepiscopo Moguntino strenue eum adiuuit, (17) Eodem Imperatore Quedlinburgi festam Paschalem diem celebrante a. 985, Bernhardus senior regis praefuit equis. (18) Idem circa id temporis adminiculante Theophania, Imperatrice vidua et Hillebaldo Wormatiensi Episcopo ab Imperatore obtinuit, vt Erponi, Episcopo Verdensi, in Verde mercatus, moneta, telonium, bannus, venatio ceruorum ceruarumque per totum pagum Sturmium ex regali munificentia Sofati concederetur. (19) Eodem anno Slauos cum Saxonibus suis infestauit (20) eosque eo perpulit, vt ad officium redirent et Ottonis III. imperio ceruices submitterent. (21) Anno 991. interfuit consecrationi aedis cathedralis S. Stephani Halberstadii, quam Episcopus Hildewardus peregit. (22) Rebus enim ecclesiasticis et honore sacerdotum mirifice delectabatur. Exemplo est eius petitio pro Numburgensi ecclesia, cui ab Ottone III sex mansos regales, in villa Holzhusen dicta fitos, obtinuit. (23) Eodem referenda est eius deprecatio pro Abbatisa Quedlinburgensi apud Caesarem vna cum aliis interposita, quae tantum valuit, vt villa regia *Walpeck* ecclesiae Quedlinburgensi infereretur. (24) Anno 994 Slaui denuo a Saxonibus defecerunt. (a) Imperator aliis distentus difficultatibus a. 995. Saxones inter et Sclauos qualemcunque restituit pacem. (b) Anno 1000. Sueci Danique Saxonibus maximam cladem in portu Stadeni intulerunt, et Sigfridum Marchionem, Theodoricum Comitem aliosque viros illustres, captiuos duxerunt. Sigfridus autem ope piscatoris noctu sibi fuga consuluit. Quo ipso hostium crudelitas mirum in modum exasperata est. Stragem illam Sigfridus et Bernhardus ita vlti sunt, vt piratas et inuasores ad vnum omnes obritos contrucidauerint. (c) Eodem tempore Bernhardus Sclauos in officio continuit, minantes aspera et erecturos cristas, Caesare Italicis bellis implicato. (d) Anno 1002. Mersburgi regem recens electum Henricum secundum inter alios cum summa acclamatione et gaudii testificatione suscepit (e) atque eundem comitatus est, Boleslai Bohemi impressiones refrenaturum. (f) Coenobium S. Michaelis ad coronidem perduxit sibi summae curae semper esse voluit. (g) Non aequae libidini Clericorum sese mancipauit *BERNHARDVS* seu *BENNO* secundus, facilis quippe ad iram et colligendam et ponendam. Anno 1020. coacto exercitu occidentali, rebellionem contra Regem Germaniae concitaturus confedit in *Schalksburg*. Illico aduolauit Rex et *Schalksburgum* obsedit, ac ope Imperatricis Bernhardum ad pacem reconciliandam cum Imperatore, adduxit, traditis ei beneficiis, quibus Bernhardus pater vsus erat. (h) Exstant nonnulla Bernhardi iunioris in Clericos benignitatis monumenta. Concessit et donauit a. 1029. Consentientibus Ditmario fratre ceterisque ciuibus Entergowensibus siluam quandam in pago Entergawi communionemque venandi inter flumina *Ossenbeke* et *Alerbeke* Sigiberto, Mindenensi Episcopo eiusque coetui sacro. Mentio huius donationis iam facta est in vita fratris Ditmari. Ibidem ostendimus, fratrem Ditmari consentiente Bernhardo inferuisse patrimonio ecclesiae Paderbornensis omne praedium

*didit Nordalbingis et Ecclesiae Hamburg.* Nouimus, Albertum hunc fuisse Monachum Benedictum et Abbatem Stadensem, florentem circiter a. 1250. *FOSSIVS* de Historicis Latinis L. II. c. 59. p. 479. Clericos Episcopis fauisse eorumque ambitioni, vocabulis vero Christi et ecclesiae lectori velut caput Medusae obiecisse in comperto est. Ceterum Alberto consentiunt *WOLTERVS* in Chronico Bremensi p. 31. To. II. Meibom. *HISTORIA ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIUM* p. 76. *ALBERTVS KRANTZIUS* Saxon. L. IV. c. 30.

(15) - - - (24.) Vide supra in (000).

(a) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 994. p. 203.

(b) - - - (g) Vide supra in (000.)

(h) *CHRONICON QVEDLINBURGENSE* ad a. 1020. p. 291. *Bernhardus iunior Dux, frater Thiatmari, congregato occidentali exercitu Imperatori rebellaturus, Schalksburg intrauit; quam idem Imperator cum suis obsedit. Sed Bernhardus iustitia cedens, interpellante Imperatrice, gratiam Imperatoris*

*ris*

dium in *Bruninchorpe*: vtrumque fratrum ecclesiae Bremensi beneficia et benevolentiam exhibuisse: et Archiepiscopum Alebrandum tenerrime amasse. Plura eiusmodi pietatis tum receptae vestigia adiiciemus, vt primum turbas Sclauicas enarrauimus. Anno circiter 1013. Winulorum principatum tenebant *Mizzidrog* et *Mistrowoi*. Horum alter filio suo in vxorem petiit neptem Ducis Bernhaldi, vtrum ex fratre Ditmaro, an ex filio Ordulfo natam, in incertis habeo. Adnuit petitioni Dux Saxoniae eaque fiducia fretus princeps ille Winulorum filium suum in Italiam misit cum mille equitibus, qui fere omnes ibi interfecti sunt. Repugnauit petenti posthaec Thidericus Marchio, dictitans: *Consanguineam ducis cani dandam non esse*: consiliumque (i) ipsius infortunatum ceteris Germaniae Ducibus probatum est. Qua ignominia Slaui inflammati religionem christianam abiecerunt, auspicio Ducis illius vtriusque rebellant, totam Nordalbingiam propemodum ferro et igne deuastarunt, et in conspectu Hammaburgi christianos abripuerunt captiuos. Plurima vbique oberrabat cruciatuum et mortis imago. Templata exusta, sacerdotes mutilati et enecati et manibus post tergum reuinctis ludibrio expositi, omnia in cladem et solitudinem conuersa, ac vbique tristissima trans Albim facies rerum. (k) Bernhaldus inter haec apud Caesarem delatus ab Episcopis, praecipue Archiepiscopo Bremensi Vnwano, eodem tempore defecit ab Imperatore, Slauos oppressi- onibus exasperauit, et discordias cum Archiepiscopo exercuit tempestate haud quaquam opportuna. (l) *Mistrowoi* coniugium a Bernhardo iam oblatum repudiauit, et sese ad modum canis ob adfectum probro filium esse morfurum Christianos, minatus est. (m) Vnwanus omni studio laborauit, vt similitates inter Imperatorem et Ducem e medio tollerentur. Quo facto Slaui rursus in ordinem sunt redacti. (n) Archiepiscopus Hammaburgi ciuitatem et ecclesiam instaurauit et XII. Canonicos posuit ibidem, qui idololatriam eiicerent ex animis Slauium proxime incolentium. (o) Bernhaldus autem Aldenburgensem ecclesiam reaedificauit et redditus ei ab Ottone primo adtributos ex parte restituit. (p) Slaui e re sua existi-

man-

ris pariter cum beneficio patris, obtinuit. AVCTOR VITAE MEINWERCI c. 57. p. 547. Anno proximo (1019.) Imperator cum exercitu contra Bernhardum Ducem Saxoniae ad castellum Scalckaburg perrexit; ibique mediante Meinwerco Episcopo cum amicis suis in pace omnia constituit. Schalcksberg fuit arx ad Mindam in tiva Visurgis orientali, nunc das Haus zum Berge. MEIBOMIVS.

(i) Vide supra notam (ii)

(k) ADAMVS BREMENSIS H. Eccl. L. II. c. 30. p. 62. Narrauit nobis diu memorandus rex Danorum, qui omnes barbarorum res gestas, ac si scriptae essent, in memoria tenuit, Aldinburg ciuitatem populosissimam de Christianis inuentam esse. Sexaginta, inquit, Presbyteri, ceteris pecudum more obtruncatis, ibi ad ludibrium seruati sunt, quorum maior loci Praepositus, Oddar nomen habuit, nosser consanguineus. Ille igitur cum caeteris tali martyrio consummatus est, vt, cute capitis in modum crucis incisa, ferro cerebrum singulis aperiretur. Deinde, ligatis post terga manibus, professores dei per singulas Slauium tracti sunt ciuitates, aut verbera aut alio modo vexati, quousque descenderent.

(l) HELMOLDVS Chron. Slav. L. I. c. 16. p. 50. 51. Discordiis hisce a. 1020, finis est impositus. CHRONICON QVEDLINBURGENSE ad a. 1020. p. 291.

(m) ADAMVS BREMENSIS Hist. Eccl. L. II. c. 31. p. 63. HELMOLDVS l. c.

(n) ALBERTVS STADENSIS p. 113. b. Vide supra notam (14).

(o) ALBERTVS idem l. c. Ad ecclesiae (Hamburg) restaurationem Vnwanus post Sclauicam cladem, ciuitatem et ecclesiam fecit nouam, simul ex singulis congregationibus suis, quae virorum esset, tres eligens fratres, ita vt XII. fierent, qui in Hamburg canonica degerent conuersatione, populum ab idololatriae reuocantes errore. Ordinauit etiam in Slauiam, mortuo Reginberto, Bennonem, virum prudentem, qui de fratribus Hamburgensis Ecclesiae electus, in populo Sclauorum multum praedicando fructum adtulit. Eadem fere leguntur apud HENRICVM WOLTERVM in Chronico Bremensi p. 31. aliosque.

(p) HELMOLDVS Chron. Slav. L. I. c. 18. §. I. p. 554. Benno, magnae deuotionis vir, cupiens diruta Aldenburgensis sedis reaedificare, perquirere coepit de possessionibus et redditibus, quos ad ius episcopale, Magni Ottonis deputauerat iustitia. Sed, quia post excidium Aldenburgensis Ecclesiae primitiua instituta et magnorum Principum donationes venerant in obliuionem, et Slauium possessioni cesserant, memoratus Pontifex in praesentia Ducis Bernardi questus est, quod Wagiri et Obotriti ceterique Slauium populi debita sibi negarent stipendia. Vnde principes Winulorum ad colloquium euocati sunt, et, interrogatione habita, quare Pontifici legitimam subtraherent annonam? illi praetendere coeperunt varias exactionum grauedines: expedire sibi, egredi terram potius, quam implicari maioribus vectigalium pensionibus. Considerans ergo Dux, non posse instaurari ecclesiastica iura, secundum eam formam, qua fuerant tempore Ottonis Magni, petitione adhibita, vix obtinuit, vt de qualibet domo, paupere vel diuite, per omnem Obotritorum terram duo nummi soluerentur Pontificalibus impensis. Conf. CHRONICON SLAVICVM Lindenbrogii c. 12. p. 193.

circiter annum 976, (11) t deuotioni, (16) atque Imperator Henricus II eum III patri succedere ariac, cum Willegilo Ar- (17) Eodem Imperatore a. 985, Bernhardus senioris adminiculante Theodoricus Episcopo ab Impe- Verde mercatus, mone- moque per totum pagum etur. (19) Eodem anno e eo perpulit, vt ad offi- submitterent. (21) Anno stephani Halberstadii, quam im ecclesiasticis et honore eius petio pro Numbur- es, in villa Holzhausen dicta deprecatio pro Abbatisa nterposita, quae tantum urgenli infereretur. (24) ) Imperator aliis disten- qualemcunque restituit is maximam cladem in n, Theodoricum Comi- gfridus autem ope pilca- crudelitas mirum in mo- Bernhardus ita vlti sunt ontrucidauerint. (c) Et nuit, minantes aspera o. (d) Anno 1002. Me- dum inter alios cum suo (e) atque eundem con- tum. (f) Coenobium S. M- curae semper esse voluit. (g) t BERNHARDVS seu BEN- ndam et pontendam, Anno contra Regem Germaniae uit Rex et Schalkesburgun- cem reconciliandam cum ernhardus pater vsus erat. rios benignitatis monu- ntibus Ditmaro fratre ce- in pago Entergawi com- Alerbeke Sigiberto, Min- tius donationis iam facti atrem Ditmarum confes- derbomenis omne praes- dium

uille Monachum Benedictum o is Lacinis L. II. c. 59. p. 49 et ecclesiae lectoni voluit capu LTERVS in Chronico Bremi- NSIVM p. 76. ALBERTVS

is iunior Dux, frater Thicno- g intravit; quam idem Imp- imperatrix, gratiam Impen-

mantem Caesarem sequi, (q) spreto Duce, (†) ab hoc maiorem in modum pressi et afflicti sunt. (r) Vt autem Slavi Caesari imposuerunt, (s) ita Episcopo Altenburgensi debitos numos annuos magnam partem denegarunt. (t) In bello Bohemico aduersus Bolislaum suscepto Bernhardus egregiam Henrico II. nauauit operam. (u) Ecclesiasticis viris quoque fatis benignum sese praebuit. Ipsi enim rogatu ecclesia Paderbornensis a. 1018. ab Imperatore obtinuit praedium Siburgehuson, in comitatu Vdonis Comitum pagoque Hemmerfeldun situm, (x) nec non a. 1019. Abbatiam Sceldize, sitam in comitatu Friderici Comitum et pago Wessaga. (y) Imperante Conrado Salico Slavi sunt penitus perdomiti (z) et Bernhardus multum temporis egit Hammaburgi, colloquia cum rege Danorum Canutho et Slauorum satrapis Vtone, Mistuoui filio, qui misere periit, (aa) et Sederico, (bb) Vto-

(q) Idem HELMOLDVS l. c. §. 5. p. 554. Postquam placuit piissimo Caesari, Henrico, curiam celebrare in castro Werbene, quod est iuxta Albiam, ad experiendos animos Sclauorum, venerunt omnes principes Winulorum in praesentiam Caesaris, seque Imperio ad bonum pacis et subiectionis obtemperaturos, protestati sunt.

(†) IDEM §. 6. l. c. Statim, ut Caesar, soluta curia, ad alia se conuertit nihil de promissis curauerunt.

(r) IDEM pergit: Dux quoque Saxonum Bernardus, in armis quidem strenuus, sed totus auaritia infectus, Slauos, quos e vicino positos bellis sine pactionibus subegerat, tantis vectigalium pensionibus grauauit, ut nec memores Dei nec Sacerdotibus ad quidquam essent beneuoli. Noluit Dux Ecclesiasticos cumulare redditibus, quia eos sibi inuidos et data occasione recalcitrantes deprehendit. Marchiones etiam, Saxonibus oppositi, Ducum Saxoniae incrementis infesti Slauos saepe prohibuerunt reddere obsequium Bernharo et successoribus. Hae de causa coniugium cum Slauorum principe et Bernhardi nepte dissuasit Thidericus, Albertus tandem Vrsus obtinuit, quod antecessores ipsius tam anxie quaesierant. Neglexerunt proinde Duces Saxoniae duas regulas politicas, quae iubebant Episcopos fauere verbis, non diuitiis, et Caesaris beneuolentia primatum tueri.

(s) HELMOLDVS l. c. §. 6. p. 554.

(t) HELMOLDVS l. c. Ibi (in Werbene) cum Aldenburgensis Pontifex in facie Caesaris veterem pro ecclesiae suae bonis inuouaret querimoniam, interrogati Principes Slauorum de possessionibus ad ius Episcopi pertinentibus, recognouerunt memoratas urbes (Derithsewe, Moize, Czun) cum suburbiiis eorum ecclesiae et Pontifici debere pertinere. Praeterea omnes Obotriti, Kyzini, Polabi, Wagiri et ceteri Slauorum populi, qui terminis Aldenburgensis ecclesiae concludabantur, polliciti sunt dare omnem censum, quem pro decima magnus Otto ecclesiasticis stipendiis deputauerat. Quorum tamen pollicitatio plena simulatione et fallacia fuit.

(u) DITMARVS Annal. L. VII. p. 412. AVCTOR VITAE MEINWERCI c. 43. p. 543. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1017. p. 230. ANNALES HILDESHEIMENSES ad c. a. p. 724. Bellum id cum Boleslao Ruso, Duce Bohemorum, accurate et fusc exsequitur FRIDERICVS SIMON HAHNVS in der Reichs-Historie P. II. c. 6. §. 3. p. 177. 199.

(x) Diploma adfert NICOLAVS SCHATENIVS Annal. Paderborn. L. V. p. 429. ad a. 1018.


(y) AVCTOR VITAE MEINWERCI c. 59. p. 547. Diploma producit SCHATENIVS l. c. ad a. 1019. p. 433.

(z) HELMOLDVS in Chronico Slauorum L. I. c. 19. p. 554. In diebus illis pax firma fuit in Slauia, eo quod Conradus, qui Henrico Pio successit in imperio, Winithos frequentibus bellis attriuerit. ADAMVS BREMENSIS H. E. L. II. c. 42. p. 71. Eo, tempore, quum esset pax firma inter Slauos et Transalpinos. - Idem c. 39. p. 69. WIPFO in Vita Conradi Salici ad a. 1034. p. 439. et ed. Struv. p. 479. To. III. Pistorii. AVCTOR VITAE MEINWERCI c. 108. p. 103. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1027. p. 116. CHRONICON SLAVICVM Lindenbrogii c. 13. p. 193.

(aa) ADAMVS BREMENSIS pergit L. II. c. 42. p. 193. Vnuanus Archiepiscopus metropolim Hammaburg renouauit clerumque dispersum colligens, magnam ibidem tam cruium quam fratrum multitudinem adunauit. Itaque cum Duce Bernardo frequenter inhabitans locum, saepe dimidium annum vixit in Hammaburg, gloriosissimum (Danorum) regem Knut inuans ad colloquium, Slauorumquo Satrapas, Vtonem et Sedericum - IDEM c. 52. p. 77. Ibi (Hammaburgi) post cladem Sclauanicam - - Vnuanus Archiepiscopus, et cum eo Bernardus Dux claustrum nobile de ruinis antiquae ciuitatis (Aldenburg) eleuantes, ecclesiam et diuersa omnia construxerunt lignea. IDEM c. 48. p. 74. Archiepiscopus metropolim Hammaburg crebro visitauit. Nam, eo tempore, virtute Knut regis et Ducis Bernardi pax firma trans Albiam erat; quum etiam Caesar Winulos bello donnerit; Principes enim eorum Gneui et Anatrog pagani erant; Vto vero tertius filius Mistuoui, male christianus, unde et pro crudelitate sua a quodam Saxone transfuga interfectus est, filium habens Gotescalcum, qui per idem tempus apud LVNIBVRG, MONASTERIVM DVVIS, liberalibus erudiebatur studijs, Gotescalco, GOTHORVMEPI-SCOPO, eiusdem coenobii curam agente. Verum is, comperta morte parentis ita furore commotus est, ut, reiectis cum fide litteris, arma corripere, amneque transmissis Winulis se, Dei inimicis, coniuugeret, quorum fretus auxilio Christianos impugnans, multa millia Saxonum in patris prostravit vindictam.

(bb) Vtonis filius Gotescalcus id temporis instituebatur liberalibus studiis in coenobio S. Michaëlis Luneburgico, quod vocatur *monasterium Ducis*. (cc) Verum, audita patris morte, veterem resumpsit religionem et Christianis mala multa intulit. (dd) Bernhardus eum tandem interceptit et in custodiam misit. Quum vero fortitudinem eius magni faceret, iunxit cum eo foedus illumque dimisit, proficiscentem protinus ad Canutum regem Daniae, quocum abiit militatum in Angliam, vbi per diu commoratus est. (†) Conradus Imperator a. 1025. precibus Bernardi et aliorum dedit tantum, vt Mindensi ecclesiae praedium Kemnium, in pago Valim, in Comitatu Dancinari largitus fuerit. (ee) Anno 1029. adstitit testis Episcopo Paderbornensi Meinwercio tradenti octoginta aratra ad vitae dies Idae Comitissae pro iuribus, quae femina illa nobilissima in praediis Sudesburch, Betanum, et Wallenstedi tenuerat. (ff) Quemadmodum vero Hermannum Archiepiscopum, a. 1035. defunctum, ferre vix poterat Bernhardus, ita Alebrandum illius successorem in animo oculisque gestavit, et certatim cum eo Hamburgum ornauit et amplificauit. (gg) Ex eo tempore principes Slauorum pacem cum Bernhardo coluerunt, et nominatim *Anatrog, Gneus et Ratibor* Hamburgum accedentes promiserunt, sese Ducis et Archiepiscopi stipendia partesque esse secuturos. (hh) Excreuit proinde sensim

(bb) Id ex adlato ultimo Adami loco patet. Transferemus huc, vt singula sint clariora, genealogiam principum Venedicorum, ex Adamo Bremensi, Helmoldo, Saxone Grammatico et Bangerto conflata:



- (cc) ADAMVS BREMENSIS H. E. L. II. c. 48. p. 74
- (dd) IDEM l. c.
- (†) HELMOLDVS in Chronico Slauorum L. I. c. 19. p. 555. *Princeps iste Slauorum Godescalcus multa mala infert populo et terrae nostrae sitimque crudelitatis suae saturare cupit sanguine nostro (Christiano). Ipse Godescalcus hoc fatetur hunc in modum: Doleo, me tantum nefas commississe aduersus Dominum et Christianos, et vehementer cupio redire in gratiam eorum, quibus me tanta iniuste intulisse recognosco. - Post aliquot dies idem Princeps a Duce captus et quasi princeps latronum in vincula coniectus est. Reputans autem Dux, virum fortem et ad arma strenuum vtilem sibi fore, misit cum eo foedus, et honorifice donatum abire permisit. At ille dimissus abiit ad regem Danorum Canutum et mansit apud illum multis diebus sine annis, variis bellorum exercitiis in Normannia (i. e. Dania) et Anglia virtutis sibi gloriam consciscens. Unde et filia regis honoratus est. Conf. eiusdem caput 24. p. 558. ADAMVM BREMENSEM l. c. ALBERTVM STADENSEM p. 117. 118. 119. 120. CRANTZIVM Saxon. L. IV. c. 38. Vandaliae c. 47.*
- (ee) Diploma profert IOANNES PISTORIUS in Chronico Episcoporum Mindensium T. III. script. de reb. German. p. 743. seu edit. Struv. 828. Testis est Bernhardus eodem anno in donatione Godelevesheimensi. Diploma habet SCHATENIUS Annal. Paderb. L. V. p. 474.
- (ff) AVCTOR VITAE MEINWERCI p. 559. c. 102. Diploma in lucem protulit SCHATENIUS l. c. ad a. 1029. p. 475. sq.
- (gg) Adamus Bremensis H. E. L. II. c. 52. p. 77. 78. *Cuius (Alebrandi, qui templum Mariae Hamburgi et munitionem fecerat) aemulatione operis, Dux (Bernhardus) prouocatus et ipse domum suis in eodem loco parauit. Ita prorsus ciuitate renouata Basilica eadem ex parte una habuit domum Episcopi, ex alia praetorium Ducis.*
- (hh) IDEM c. 53. p. 78. *Trans Albiam suo tempore, ac per totum regnum pax firma erat. Principes Sila-*

maiores in modum profuerunt, (s) ita Episcopo partem denegarunt. (t) Bernhardus egregiam Henricoque satis benignum se fecerunt a. 1018. ab Imperatore Vtonis Comitis patre Abbati Sceldize, a. 1019. Imperante Conrado Bernhardus multum temporum Canuto et Slauorum perit, (aa) et Sederico. (bb) Vton-

Henricus, carum celebrant, venerunt omnes principes et subiectos obtemperant.

Henricus, sed tunc avaritia infertur certis pensionibus agerant. Nihil Dux Ecclesiasticos deprehendit, Marchionibus saepe prohibuerunt rem cum Slauorum principe e, quod antecessores ipsius in politicas, quae iubebant Episcopi.

facie Caesaris veterem pro m de possessionibus ad sui Episcopi (Cuzin) non subiectis coram eo Polabi, Wagris et ceteri Slauos a sunt dare amorem cesum, in non tamen politicas plena in

ERCI c. 45. p. 543. CHRONICO 1555 ad c. 2. p. 724. Bellum id est VIDERIUS SIMON FLAMINIUS p. 429 ad a. 1018. SCHATENIUS l. c. ad a. 1019. p. 429 ad a. 1018. SCHATENIUS l. c. ad a. 1019. p. 429 ad a. 1018. SCHATENIUS l. c. ad a. 1019. p. 429 ad a. 1018.

in pax firma fuit in Slauia, et certis bellis intruere. Ad pax firma inter Slauos et Germanos a. 1018. et ed. Struv. p. 429. IRIVS STADENSIS ad a. 1017.

Episcopi metropolitani Hamburgi in quam fratrum multitudine saepe dimissum aduenit tunc a Slauorum, Slauorumque Sarav. idem Selanensium. - Proinde antiquae ciuitatis (Aldeberg) c. 48. p. 74. Archiepiscopi vult regis et Ducis Bernardi p. 1. Principes enim eorum tunc a vni, unde et per crudelitas in am, qui per idem tempus quae Gotescalcus, GOTHARFUS parentis ita favore communi et famulis se, Dei munice, cum xonum in patri profertur

sim robur religionis christianae in animis Sclauorum. Id tamen maxime pe-  
re eis offendiculo erat, quod Christianos, et ambitione et avaritia occoe-  
cotos, viderent vi illata et superbe secum agere. (ii) Quaerelae Sclauorum  
de avaritia Principum Saxoniorum eruperunt tandem in neruum. Quo-  
circa Caesar ipsemet eis commotus auctoritatem suam interposuit, conce-  
dens Saxonibus et Paganis facultatem, certamini singulari causam vtro-  
rumque intricatam et abstrusam committendi. (kk) Anno 1042. profe-  
ctus est cum Archiepiscopo Alebrando Dux Bernhardus Sleswicum, collo-  
quio interfuturus Magni, Danorum regis, cuius antecessor Canutus paulo  
ante extinctus erat. Ornabant illud colloquium praeterea Thiadma-  
rus Episcopus Hildesienfis, et Rodulfus Slesuicenfis praeful. Conuentum  
est in plura, quae vinculo desponsatae Gisela, filiae Olai, cum Ordulfo  
Bernhardi filio confirmata sunt. Nam Olaf fuerat Magni pater. Vnde  
facillime patescit, Gisela Magni fuisse sororem. (ll) Inter haec redit  
Godeschalcus, Sclauorum Princeps, ex Anglia domum, et feruidum agit re-  
ligionis Christianae defensores atque propagatores, dominatum exercens  
in Sclauos supremum per Wagriam, Obotritos, Polabingos, Lingones, War-  
nahos, Chizzinos, Circipanos aliosque ad Penem fluuium usque. (mm)  
Bernhardus Dux hisce conatibus resistisse non perhibetur. Si quae tamen  
lites

*Sclauorum Anatrog et Gneus et Ratibor pacifice ad Hammaburg uenientes Duci ac Praefuli milita-  
bant. Sed quum diuerso modo et tunc et nunc, in gente Winulorum, Dux et Episcopus laborarent, Du-  
ce scilicet pro tributo, Pontifice uero pro Christianitate augenda, iam dudum sacerdotum studio Chri-  
stiana ibidem religio conualuisset, si conuersionem gentis avaritia Principum non praepediret. Inanis  
in Ducem querela. Rectius iudicasset Adamus, ostendens, Episcopis eius temporis indolem regni Chri-  
stiani non constituisse ipsosque imperare maluisse quam docere, ac ideo, quoties a Ducibus ab auctoritate  
imperandi absteriti sint, conuictos esse de ignominia in Christum et ecclesiam collata. Adfida est  
in Monachorum scriptis ratiocinatio: qui uisus sacerdotum obsistit, ille iniurius est in Christum et  
ecclesiam. In promtu est exemplum. Pontifices Romani querebantur de simonia, quum Caesares Epi-  
scopos constituerent. Ex qua querela infinitae olim iniuriae in Imperatores exproptae. At quanta  
nunc exereui Simonia, postquam Henricus V. illo iure cessit? PETRVS de ALLIACO de reformatione  
c. III. col. 910. Vsque adeo uerenda Simoniaci pernicietas hactenus inoleuit, ut uix aliqua ecclesia ualeat  
reperiri, quae hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta. Idem fatetur AENEAS SYLVIVS a.  
1457. Ep. 383. Magis igitur impune et obtentu sanctitatis peccat Clerus: manifestius ei, qui cum  
imperio sunt, plerumque tamen tolerabilis.*

- (ii) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1039. p. 119. 120. locum ADAMI BREMENSIS L. II. c. 52. p. 78.  
reperit, quem modo aduli. Conf. HENRICVS WOLTERVS in Chronico Bremensi p. 34. HISTORIA  
ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIVM p. 78.
- (kk) WIPPO de Vita Chunradi Salici ad a. 1034. p. 439. 440. seu ed. Struv. p. 479. To. III. Pistorii:  
Collectis copiis de Saxonia super eos, qui Lutzizi uocantur, quisque olim semichristiani, nunc per apo-  
staticam nequitiam omnino sunt Pagani, Imperator uenit, ibique conflictum implacabilem mirabiliter  
diremit. Inter Saxones enim et Paganos fiebant ea tempestate multae dissensiones et incursiones: Quum-  
que Caesar ueniret, coepit quaerere, ex qua parte pax, quae diu inuoluta inter eos fuerat; prius  
corrumperetur. Dicebant Pagani, a Saxonibus pacem primis confundi, id per duellum, si Caesar praes-  
ciperet, probari. E contra Saxones ad repellendos Paganos similiter singulare certamen, quamuis iniuste  
contenderent, Imperatori spondebant. Imperator, consulentibus principibus suis, licet non suis cante  
agevet, hanc rem duello diiudicari inter eos permisit. Statim duo pugiles congressi sunt, uerque a suis  
electus. - Postremo Christianos a Pagano uulneratus cecidit. Ex qua re Pagani in tantam elationem  
et audaciam uenerunt, ut, nisi Imperator adesset, continuo irruerent super Christianos: Sed Imperator,  
ad compescendas incursiones eorum, construxit castrum Wirbinam, in quo praesidia militum loca-  
bat, et Principes Saxoniae, ut unanimiter resisterent Paganis, Sacramento et Imperiali iussione con-  
stringebat, deinde reuersus et in Franciam. Sequenti uero anno idem castrum a Paganis dolo raptum  
est - Additur hisce reditus et victoria Conradi II. de Sclauis reportata. ALBERICVS seu MONACHVS  
TRIVM FONTIVM a. 1698. 4. a. G. G. Leibnitio editus ad a. 1029. p. 61. Conradus Imperator reb-  
bellantibus Sclauis ad eos debellandum proficiscitur.
- (ll) ALBERTVS STADENSIS in Chronico ad a. 1042. p. 120. b. Eodem tempore filius Olaph marty-  
ris, Magnus nomine, regnavit in Dansa simul et in Norwegia. Ad quem Bezelinus usque ad Sles-  
wig pro colloquio uenit, habens in comitatu suo Ducem Eerphardum et Thiatmarum, Hildensem-  
sem Episcopum, et Rodulfum eiusdem ciuitatis Sleswig Episcopum. In quo colloquio seror Magni re-  
gis, Ordulfo filio Ducis desponsatur. Qui uix peractis nuptiis in gratiam cognatis quendam Haroldum,  
Danorum principem, redeuntem, ab Apostolorum similibus, trans Albiam obruncavit innoxium. Ea res  
instium calamitatis peperit in familiam Ducis. Eadem praecierat ADAMVS BREMENSIS H. E. L. II.  
c. 58. p. 80.
- (mm) ALBERTVS I. c. p. 121. Eodem etiam tempore Godeschalcus post regni Knut mortem et filiorum eius,  
redens ab Anglia, contra Sclauantiam uenit infessus, omnes impugnans magnumque Paganis terrorem  
incutens. Hisce similiter commemoratis addit ADAMVS BREMENSIS H. E. L. III. c. 21. p. 95. 96.

lites exarferunt domesticae inter Slauos, auxilio fuit infirmioribus contra validiores. Etenim oborto inter Wilfos civili bello, Tolenzis et Riaduris auxilia tulit, quae Circipanos et Kycinis ad internecionem deleuerunt. (nn) Apud Frisios contra rem suam male gessit atque ab eis pressus et male habitus est. (oo) Anno 1057. Saxones gentem Luiticiorum indomitam aggressi sunt et imperio Germaniae subiecerunt, acceptis obsidibus reuersi. (pp) Non dubito, quin Bernhardus expeditioni huic praefuerit, certe interfuerit coniugem ei *Conradus Botho* (qq) tribuit *Bertradam*, seu *Heri-*

8.

Bernhardi II.  
uxor et liberi.

*cam*, regis Danorum ac Norwegorum filiam. Liberos ei adiungunt scriptores fide digni *ORDVLPHVM* seu *OTTONEM*, qui ducatum Saxoniae gessit, et *Hermannum* Comitem; recentiores addunt vel potius adfingunt *Hildegardam*, Obotritorum regulo Buthue nuptam, *aliam* Roberto Frisio Flandriae Comiti iugatam, (rr) *tertiamque*, quae desponsata fuerit filio (ss) Mestwini seu Misteuonii, Venedorum principis. Debitum naturae reddidit Bernhardus anno 1061. (tt) *CRANZIUS* aliique definiunt annum sequen-

*In Sclauania vltiori nemo vnquam potentior surrexit, et tam feruidus christianae religionis propagator. etenim - omnes Sclauorum populi, qui ad Hammaburgensem respiciunt Diocesim, sub illo deuoto Principe Christianam fidem coluerunt, hoc est, Wagiri, Obodriti, vel Regeri et Polabingi, item Lingones, Warnabi, Chizzini et Circipani usque ad Penem fluum - HELMOLDVS in Chronico Sclauorum L. I. c. 20. p. 555. 556. Post mortem Kanuti regis reuersus est Godescalcus in terram patrum suorum. Et inueniens hereditatem suam a quibusdam tyrannis inuasam, dimicare statuit, et comitante victoria possessiones cum principatu ex integro recepit. Statimque ad requirendum sibi apud Dominum gloriam et honorem animum intendens, Sclauorum populos - ad recipiendam credulitatis gratiam et ad gerendum Ecclesiae curam suscitare studuit. - Sed et Kyzini et Circipani et quaecunq; gentes circa Panim habitant, receperunt gratiam fidei.*

(nn) *HELMOLDVS* l. c. c. 21. p. 556. *In diebus illis factus est motus magnus in orientali prouincia Sclauorum, civili bello inter se dimicantium - Circipani atque Kycini seruire detrectabant, imo libertatem suam armis defendere statuerunt. Crescente igitur paulatim seditione, tandem peruenitur ad praelium, ubi inter validissimas pugnas Riaduri atque Tolenzi fusi sunt. Ideo secundo et tertio restauratum est praelium: item iidem ab eisdem contriti sunt. Multa millia hominum hinc et inde prostrata. Circipani et Kycini, quibus bellum necessitas indixerat, Victores. Riaduri atque Tolenzi, qui pro gloria certabant, deiectionis suae pudore vehementer afflicti, accerserunt in auxilium fortissimum regem Danorum et Ducem Saxonum Bernhardum, nec non et Godescalcum, Principem Obotritorum, singulos cum exercitiis suis alueruntque tantam multitudinem de propriis stipendiis sex hebdomatibus. Inualuitque praelium aduersus Circipanos atque Kycinis, nec habuerunt vires resistendi, obfessi tanta multitudine, caesaque est ex eis maxima multitudo et quamplurimi in captiuitatem ducti. Ad vltimum quindecim millibus marcarum pacem mercati sunt. ADAMVS BREMENSIS L. III. c. 24. p. 97. BANGERTVS heic ad Helmoldum notat, marcam argenti illa aetate octo unciis (XVI. lothonibus) aestimatum fuisse, quae hodie octo nummos unciales seu imperiales valent. Ceterum Obotriti ab Apenrada dicti in confiniis Raeburgi et Lubecae habitauerunt, Circipani ad flumen Pene, Riaduri ad insulam Rilde ad oram Pomeraniae citerioris, Tolenzi in terminis Meclenburgiae Ducatus et Pomeranici, Kycini a munimento Cuzino Schwerino erant magis confines. Quatuor vltimae gentes dicebantur etiam Latizii et Wilzii. Lingua Sclauonica heic insigni eminere vltu deprehenditur.*

(oo) Bernhardum in Fresia male fuisse habitum, auctor est M. *ADAMVS* l. c. c. 45. p. 110.

(pp) *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1057. p. 126. 127. *Saxones, congregato exercitu gentem efferam Luiticiorum hostiliter inuasert, diuersisque malis eam affligentes, Romanae ditioni subdidert, et, acceptis obsidibus, ad propria redierunt.*

(qq) *CONRADVS BOTHO* p. 320. *Hertoge Bernd to Sassen unde Lunenborch, Hertogen Benno Sone, de nam Bertradam effte Hericke, des Koniges Tochter ut Nortweghen, de telde oeme twey Sone, de eine het Ortoldfus; de ander Hermen, de starff ane Wyff. Quantum ad Hermannum adinet, scrupulus mihi incidit. Nam AVCTOR VITAE MEINWERCII §. 93. p. 557. sic habet: In praesentia Bernhardi Ducis Saxoniae, Herimanni Comitis et filiorum eius Heinrichi, Conradi, Athelberti, Bernhards-Hildegunda Abbatisa de Gesike iusto iudicio conuicta. Euenerunt haec a. 1024. Conf. §. 102. p. 559. Quo minus tamen Hermannus Bernhards II. filius intelligi possit, obstat chronologica supputatio, vix enim a. 1024. Hermannus hic in vtero gestari potuit. Accedit, quod ex AVCTORE VITAE MEINWERCII constat p. 557-557. Hermannum hunc fuisse marchionem et Ekkhardi fratrem, cuius filius Godescalcus Gertrudem Ecberti filiam duxit et repudiavit, p. 547.*

(rr) *BYCELINVS* Histor. Agilolfing. p. 399. quem sequitur *HENNINGESIVS*, *Gertrudin* addit *IOANNES HVEBNERVS* Tab. Geneal. P. I. Tab. 150. nuptam Florentio IV. Comite Hollandiae, et, eo extincto, Roberto Frisio, Desidero et requiro fidem antiquitatis.

(ss) Fragmentum Chronici Bardeuicentis T. III. Leibn. p. 218. Verum fictae sunt haec nuptiae, vti iam supra ostendimus.

(tt) *ADAMVS BREMENSIS*, scriptor eius aetatis, Bernhards mortem ponit in annum Adalberti Bremensis decimum septimum, H. E. L. IV. c. 1. p. 111. Sed Adalbertus successerat anno 1043. incunte Alebrando Archiepiscopo, qui 17. Kal. Maii obierat. *IDEM* L. II. c. 65. p. 83. Prodit hinc annus 1061. Consentit *LAMBECIVS* Origg. Hamburg. L. I. §. 60. p. 18. Sunt, qui malunt annum sequentem,

Fff 2

quo-

um. Id tamen maximoque  
bitione et avaritia occoens  
(ii) Querelae Slauro  
tandem in neruum. Quo  
m suam interposuit, conce  
ini singulari causam vtro  
(kk) Anno 1042. profi  
ernhardus Sleswicum, col  
s antecefor Canutus paul  
quum praeterea Thiam  
nis praeful. Conuentum  
filiae Olai, cum Ordulfo  
fuerat Magni pater. Vn  
rem. (ll) Inter haec redit  
omum, et feruidum agit  
torem, dominatum exerceo  
Polabingos, Lingones, Wa  
nem fluum usque. (mm)  
perhibetur. Si quae tamen  
lites

entes Duci ac Praefuls misit  
Dux et Episcopus laborans, Du  
studum sacerdotum studio Car  
ncipum non praeparet. Ita  
ius temporis indolem regni Ch  
quocies a Ducibus ab aucto  
eccliam collata. Adfida  
ille mirus est in Chrysan  
limonia, quum Caesari  
eratores exstomat. At qu  
PS de ALLACO de reform  
iuuient, ut var aliqua ex  
em fuerit AENEAS SILI  
Cherus: manifestus est, qu

VI BREMENSIS L. II. c. 11. p. 11  
Chronico Bremens. p. 34. HISTO

ed. Struv. p. 477. To. III. P  
ue alio sensu, nunc po  
conflictum implacibilem mirabilem  
desensatione et incorpione: Qu  
innuata inter eos fuerat; pri  
di, ad per dualum, si Caesar pra  
quale certamen, quomus in  
pibus suis, licet non sari cau  
pale congressi sunt, uterque a  
re Pagani in tantum elatim  
super Christianos: Sed Im  
m, in quo praefusa militem  
ments et Imperiali insigni  
m castrum a Pagani doli rati  
a. ALBERTVS seu MONACH  
29. p. 61. Conradus Imperator

idem tempore filius: Olaph n  
quem Decelinus rorpe ad lo  
et Tharwanen. Hildeg  
In quo colloquio fore Magn  
atiam cognati quendam Har  
tam obtinuerunt inuicem. T  
DAMVS BREMENSIS H. E. L.  
gens Kone mortem et suorum  
nos magnamque Pagani sero  
NSIS H. E. L. III. c. 11. p. 83.

quentem, (uu) *CONRADVS BOTHO* fallitur vehementer, qui annum 1046. (xx) determinat. De Ordulpho Duce mox agemus ex professo. Praemittemus fratrem *HERMANNVM COMITEM*, quem bellum ciuile per Saxoniam flagrans illustrauit. Is hereditario iure possidebat Luneburgum, urbem munitissimam, (yy) cum fratre Ottone seu Ordulfo, et Nordalbingiam solus. (zz) Anno 1073. permulti Saxoniae Principes, qui conspirauerant aduersus Henricum IV. Imperatorem, in vinculis erant publicis, Hermannus igitur communem Saxonum causam egregie tuitus, milites Imperatorios, qui Luneburgum ceperant, arcta obsidione pressit et ad famem adegit extremam. Hos vt Caesar incolumes reciperet, Luneburgum tradidit, Magnum, Ordulfi filium, e custodia dimisit eique Ducatum Saxoniae reddidit. (aaa) Anno 1075, quum Henricus IV. felici pugna de Saxonibus reportaret victoriam, Hermannus cum aliis ad deditionem compulsus est;

quorum praecipui sunt *ALBERTVS STADENSIS* p. 118. *HISTORIAE ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIVM AVCTOR* p. 83. *CHRONICON SLAVICVM* Lindenbrogii c. 14. p. 193. *WOLTERVS* in Chronico Bremensi p. 42. *ALBERTVS CRANTZIVS* Metrop. L. IV. c. 40. p. 1062. Grauiissime errat *CONRADVS BOTHO*, si annum definiit 1046. p. 325.

(uu) Loca dissentientium modo dedi.

(xx) Notandum est, Conradum Bothonem non esse saeculi XI. accuratum Chronographum. Quare eius auctoritas per se est nullius momenti.

(yy) *ADAMVS BREMENSIS* Hist. Eccl. L. IV. c. 1. p. 111. Anno Pontificis nostri (Adelberti) decimo septimo Bernardus Dux Saxonum obiit, qui a tempore senioris Libertii iam per quadraginta annos Saxonum res atque Nordalbingorum ac nostras strenue administravit: post cuius obitum filii eius Ordolfus et Hermannus hereditatem patris acceperunt, malo omine Bremensis Ecclesiae. *CONRADVS BOTHO* p. 325. Hertoghe Bernd de starf unde wart begrauen in dat Münster up Lunenborch, vor des hilligen Crützes Altar. Syne Sone beyde de telden de Lande: Ortoiff de heylt Lunenborch, unde Hermen dat Ryke der Wenden, over nicht langhe, mann viiff Iare, do behelt Ortoiff dat ganse Lant. Videtur quidem id indicare Botho, Hermannum quinto sextove post Bernhardi II. patris sui excessum, obiisse. At, si ita sensit, omnino, eum fecellisse, pronuntiandum est. *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1062, p. 128. b. Bernardi hereditatem Ordulfus et Hermannus, filii eius, inter se partiti sunt. Vtinam addita fuit partitionis formula vel enarratio. Nordalbingiam obtigisse Hermanno, colligit *PETRVS LAMBEVICVS* Orig. Hamburg. L. I. ad a. 1061. §. 60. p. 18. 19. ex eo, quod Liemar Archiepiscopus Bremensis in Diplomate a. 1088. de satisfactione Gerhardi de Stumpenhufen confecto eum vocat *Comitem de Hammaburg*. Diploma obuium est ad *Lindenbrogium* inter priuilegia Archiepiscopae Hammaburgensis §. XXXIII. p. 168. al. ed. 146. Partem Luneburgi possessioni ipsius cessisse, ni oppidum communi consilio gubernatum sit, ex testimoniis post adferendis, haud erit improbabile.

(zzz) Vid. not. praeced.

(aaa) *LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS* ad a. 1073. p. 356. ed. Struv. To. I. Pistor. Dux Saxoniae necdum aliquis constitutus fuerat, quia - dux Otto (Ordulfus) paullo ante humanis rebus excesserat, et filius eius Magnus, cui ducatus legitima successione debebatur, adhuc in castello Hartesburg detentus seruabatur: et quia rex in bona eius inhaerens, id praestolari putabatur, vt, malorum pondere ac longae deditionis taedio fatigatus, vltro iure suo cederet, et ducatum, cui rex voluisset, dandum permetteret. Imperator primo a manu conspirantium fuit pulsus, quae dein animum adpellebat ad castella ab Henrico IV. munita penitus destruenda, *Hartesburg* ad Goslariam, nunc *Harzburg*; *Wigantstein*, *Moseburg*, *Sassestein*, cuius rudera in edito colle deprehendit iens ab oppidulo *Sachse* versus *Walkenried* prope *Nörthusam*: *Spatenberg* haud fecus, ac *Sassestein*, in comitatu *Hohensteiniensi*: *Heimburg* in Comitatu *Blanckenburgensi*, nunc pagus adiacet *Heimburg*; *Asenberg*, quod alias *Assenburg* vocatur ad *Assam* haud procul *Guelferbitio*: et plura castra firmauerat Imperator, frena gentis Saxonicae. Eripuerat etiam *Friderico Palatino Comiti Palatino de Sommerseburg* castellum *Vokenroht*, quod postea *Cisterciensis* Ordinis monasterium factum est, hodie praefectura *Duci Saxo-Gothano* subiecta. Hisce leuiter perstrictis subdit *SCHAFFNABVRGENSIS* p. 361. ad e. a. *Lüneburg* quoque, oppidum maximum *Otonis Ducis Saxonici*, situm in confinio *Saxonum* et *Luticiorum*, occupauerat, militesque lectissimos cum *Eberhardo*, filio *Eberhardi comitis de Ellenburg* (i. e. *Nellenburg*, \*) imposuerat, non aliam obrationem, nisi quod omnia, quae praedicti Ducis fuerant, in potestatem regiam iure deditionis per *Magnum* filium eius venisse argumentabatur. Alia praeter haec quam plurima exstruere aggressus fuerat, sed eum ab incepto repente oborta bellorum tempestas reuocauit. *Hermannus*, frater ducis Saxonici, iam pridem, antequam rex Saxoniam effugaretur, *Lüneburg* obsederat, militesque regis, quoniam temere ingressi alimenta non habebant, paucis diebus ad deditionem coegit: nec tamen dimittere victos aut punire volebat, sed intra oppidum diligentia custodia, ne effugerent, obseruatos - pane arcto et aqua breui sustentabat, mittensque ad regem, mandauit, vt, si suos, qui obsidebantur, viuos incolumesque recipere vellet, *Magnum*, fratris sui filium, deditione absolueret sibi remitteret; ni id faceret, se de his, tanquam de hostibus, qui fines alienos contra leges inuassissent, iuxta leges gentis suae capitale supplicium sumpturum. Diu rex, quid ageret, ambigebat - Itaque in *Assumptione S. Mariae*, quum adhuc *Herveldiae* esset, misit, qui *Magnum* custodiae exemptum suis restituerent, et eos, qui in praedicto castello iam puniendi seruabantur, obsidione et periculo liberarent. Conf. *MONACHVS HERVELDENSIS* in Chronico apud *Schardium* ad a. 1073. p. 398. 401. vbi *Lambertus* ad verbum transcriptus comparat. *BRUNO* in Historia belli Saxonici p. 106. apud *Freherum* To. I. rer. German.

\* Is sapiens admodum vir dicitur a *LAMBERTO* ad a. 1071. p. 344. Eius historiam exposuit *HENRICVS LVCAS* in *ubralten Grafen-Saal* p. 1050.

est; (bbb) sequenti autem anno cum ceteris Saxoniae proceribus, qui in deditionem venerant, in vltimas Germaniae partes relegatus est, diripiente interea Saxoniam Imperatore et crudelem in modum afflictante. (ccc) Mox tamen Caesar, veritus, ne hostibus externis succumberet, eos ab exilio reuocari iubet, quos ad extremas regni oras amandauerat, ipsisque pollicetur quaeuis gratissima. (ddd) Plerique non expectauerant liberationem Caesaris, interque eos Hermannus, sed indultu custodum custodiae sese subtraxerant. (eee) Tandem anno 1078. in Strouienſi praelio Hermannus vna cum Adelberto Wormaciensi Episcopo comprehensus et victoris arbitrio subiectus est. (fff) Quando diem supremum obierit, variis scriptorum testimoniis exagitatum magis quam euolutum est. (ggg) Si probabilia sequi licet, anno 1088. circiter fato concessit. (hhh) Diu certe posthaec non fuit super-

(bbb) *LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS* ad a. 1075. p. 228. et edit. Struv. p. 396. *Tandem deditioni conſenserunt - poſtera die rex ad ſuſcipiendos eos in media late patentiſſimi campi planitie in loco, qui dicitur Spiraha, aſſedit, toto exercitu ad hoc ſpectaculum ſolemniter euocato - Igitur introducuntur per ordinem Saxoniae ac Thuringiae primo principes; Wezil, Archiepiſcopus Magdeburgenſis; Bucco, Epicoſcopus Halberſtatenſis; Otto, Dux quondam Baioariae; Magnus, Dux Saxoniae; Herimannus Comes, patruus eius: Fridericus Palatinus Comes - Eadem repetit MONACHVS HERVELDENSIS ad e. a. p. 424 To. I. Schard, Conf. HELMOLDVS in Chronico Sclauorum L. I. c. 27. p. 561. ſq. SIMON FRIDERICVS HAHNIUS in der Reichs-Hiſtorie P. III. c. 2. ſ. 2. p. 45. ſqq.*

(ccc) *AVCTOR VITAE HENRICI IV. p. 382. Saxones diſſidentes viribus ſuis, utpote in priori bello grauiffime contuſi, quod ſaluti proximū erat, ſe dedidere, ſperantes, Regem ſola deditione contentum gratiam ſuam facile donaturum - Saxonibus longe praeter ſpem euenit. Nam rex eos exſilio addictos in alienas terras miſit, ubi dura cuſtodia conſtricti relaxationis edictum exſpectarent. LAMBERTVS ad a. 1075. p. 787. Rex Saxonicos Principes Principibus ſuis ſingulis ſingulos, donec de eis communi conſilio deliberaretur, ſeruandos commiſit, et paullo poſt rupto foedere, contemptis omnibus, quibus ſe obligauerat, iuriſiurandi vinculis, eos per Galliam, Sueniam, et Baioariam, per Italiam et Burgundiam deportari fecit. HELMOLDVS Chronici L. I. c. 27. p. 561. 562. Interea Saxones reliquos, domi haerentes, duriter tractauit, reaedificauit caſtella vetuſta et priſtina, noua extruxit, tributa exaſperata imponebat. LAMBERTVS d. a. (p. 795. 796. ed. ſep.) p. 406. MONACHVS HERVELDENSIS ad a. 1076. p. 429.*

(ddd) *LAMBERTVS ad a. 1076. p. 410. Sapienti certe uſus conſilio Imperator, quoniam conſtet, omne regnum nulla vi, nulla clade, citius quam domeſtica atque inſeſtina ſimilitate, labefactatum corrucere - MAGNUM DVCEM, Fridericum Comitem, praeterea omnes Saxoniae et Thuringiae principes, qui adhuc in deditione tenebantur, ab exſilio reuocari iubet, et clementer accerſitis, ait, ſe, quum iuxta Palatinas leges extremo in eos ſupplicio animaduertere poſſit et hoc iure faciat - ſe primos in amicis habiturum, et, quum opportunitas praebuerit, beneficiis, prout Regiam munificentiam deceat, honoraturum -*

(eee) *LAMBERTVS ad a. 1076. p. 406. Inter haec rediens Hermannus, patruus Magni Ducis, et alii plerique ex principibus dediticiis, quos - inconſulto rege, indulgentia eorum, a quibus tenebantur, ſeditione abſoluerat, inopinatum cunctis gaudium praefiterunt, atque omnem, ſi quis adhuc mentibus reſederat, ſcrupulum ademerunt - Igitur, armata iuuentute Saxoniam peragrantes, caſtella, quibus rex praefidium impoſuerat, alia deditione, alia militari manu, breui omnia receperunt: eos, qui intus erant, direptis ſpoliis incolumes dimiſerunt, accepto ab eis ſacramento, quod ulterius in Saxoniam hoſtiliter non venirent.*

(fff) *CONRADVS VRSPERGENSIS ad a. 1078. p. 170. Henricus Rex properanti contra ſe cum multo exercitu Rudolpho iuxta Strovvi occurrit, inſitoque praelio non pauci ex his atque illis proſternuntur, ac incerta ſit victoria, utriusque certatim fugientibus ad propria; ubi a vulgaribus hominibus Wezil Magdeburgenſis Archiepiſcopus in fuga occiditur, ſive, ut quidam dicunt, ſuſpenditur: Magnus Dux deſpoliatur: Hermannus Comes, eiusdem Magni patruus, et Adelbertus Wormaciensis Epicoſcopus comprehenſi, ac plerimi de militibus Saxonis turpiter interempti. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1078. p. 262. ALBERTVS STADENSIS p. 138. b.*

(ggg) *GABRIEL BVCELINVS in Hiſtoria Agilolingica p. 399. ponit annum 1066. quem HENNINGE-SIVS pro more ſequitur. Obſtat autem locus adductus et Conradi Vrſpergenſis et Chronographi Saxonis et Alberti Stadenſis, vnde liquet, anno 1078. VII. Idus Auguſti, quo praelium ad Strovvi commiſſum eſt, Hermannum fuiſſe captum. IOANNES HVEBNERVS annum ponit 1072, quo Hermannum fuiſſe trucidatum reſert. Fruſtra. Alii ex loco Conradi Vrſpergenſis contendunt, anno 1078. interuentum eſſe Hermannum. Verum Vrſpergenſis id non adfirmat.*

(hhh) *Rationes adfero tres, Anno 1078. Hermannus fuit comprehenſus. Anno 1088. videtur interfuiſſe conſcribendo priuilegio eccleſiae Hamburgeniſi dato, quod exhibet LINDENBROGIVS p. 146. Anno 1092. belli Saxonici propugnatores paene omnes fuerunt iam exſtincti, quorum in numero Hermannus indubie ponendus eſt. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1092. p. 102. Incentoribus Saxonis belli paene peremptis Saxones periaſi malorum, compoſita inter ſe pace, quieſcunt ab omni motum bellorum.*



<sup>10.</sup> superstes, siquidem nulla amplius de eo apud scriptores fit mentio. **ORDVLPHVS** seu **OTTO** Dux **SAXONIAE**.  
 gemina usus est vxore, vna post alteram. Priorem iam adtigimus, *Gisela*, Olai regis Daniae filiam Magnique sororem, ipsi a. 1042. in concilio Slesuicensi desponsatam. (†) Posterior, vt vulgo perhibent, fuit *Gertrudis*, cuius patrem nonnulli vocant Conradum comitem Landsbergicum. (iii) Ex Olai filia procreauit *Magnum*, in Ducatu Saxoniae successorem. (kkk) Addunt alii *Ottonem* Frisiae comitem, et duos a Gertrudi Landsbergica in lucem editos filios *Bernhardum*, qui admodum puer a ferociori equo prostratus obierit et *Hermannum* ab Henrico IV. in vincula coniectum. (III) Ottoni Frisiae Comiti adiungunt vulgo vxorem *Armgardam*, filiam Conradi Sueui, et filios duos *Henricum* et *Canonem* seu *Conradum*. Conradus Botho heic est fingentium primipilus et antesignanus. **ORDVLPHVS**, viuente adhuc patre, frangere contendit Adalberti, Archiepiscopi Bremensis, animum, maiora quam par est concupiscentem et iniustis inuigilantem acquisitionibus. Indolem Adalberti (§. 7.) in vita Ottonis delineavi. Quamobrem Ordulfus infestauit ipsum et ecclesiae Bremensis bona ludibrique habuit fulmina viri ambitiosissimi et sacri bruta. Archiepiscopus, vt sibi suisque consuleret, Hermanno Comiti, Bernhardi secundi fratri germano, patrocinium ecclesiae suae demandauit et sic per intestinam Billungorum

(†) Vide supra notam (11) proximam. **HELMOLDVS** L. I. c. 25. p. 559. *Defuncto Ordulpho successit in principatum filius eius Magnus, natus de filia regis Danorum.* **WOLTERVS** in Chronico Bremensi p. 34. **CHRONICON LVNEBURGICVM** p. 173. vbi vxor Ordulfi dicitur Magni regis Daniae et Norwegiae, qui ex Olao et Soph. a Hungaria natus erat, filia. Conf. **ADAMVS BREMENSIS** H. E. L. II. c. 58. p. 80. *Gisela* vocat eam **CONRADVS BOTHO** in Chronico Brunsvicensi picturato p. 325. cum **HISTORIA EPISCOPORVM BREMENSIVM** apud Lindenbrogium p. 78. 79.

(iii) **BRVNO** in Historia belli Saxonici p. 132. apud Freherum To. I. *Inter quos (Moguntiae captiuos) erat etiam Gertrud, nobilissimi Ottonis Ducis, fratris Hermann, vidua, quam Lodewig ante biennium fere ceperat, et Domino suo Henrico, vt ab ea pecuniam extorqueret, quod et fecit, adduxerat.* Eadem verba repetuntur in **CHRONICO MAGDEBURGENSI** p. 308. To. II. Meibom. Parentem eius fuisse Conradum Marchionem Landsbergicum, additur a **BYCELINO** et **HENNINGESIO** et vtriusque adfectatore **IOANNE HVBERO**. Si dicendum est, quod verisimilitudo postulat, Gertrudis et Gisela vnum est nomen vnus personae. **REINESIVS** olim collegit exempla plurima nominum, quae sunt eadem, licet sono differant. **GISELBERTA** ex *giselle*, socia, et *bert* seu *wert* effertur quoque contractius et corruptius *gebarta*, *gerberta*, *gerberg*, *gerbirg*, *gerburg*, *geua*, *gesa*, *gesche*, *gisela*, *gebta*, *gerta*, *gertrut* etc. Non sufficit genealogistis recentioribus, Gertrudem venditisse pro filia vel marchionis Brandenburgici, vt docet **BOTHO** p. 325. vel marchionis Landsbergici Conradi. Addunt ipsi, insignem adrogantes sibi audaciam, plura. Ordulpho enim adscribunt filios quatuor: *Magnum* et *Ottonem* ex *Gisela*; *Bernhardum* et *Hermannum* ex *Gertrude*. Nituntur haec fide **BOTHONIS**, qui in Chronico Brunsvicensi picturato p. 325. sic habet: *Do behelt ORTOLFF dat ganse lant, unde nam GISELAM, Konigh Magnus Dochter in Dennemarcke, unde de telde oeme twey Sone, eynen Magnus, unde eynen Otten - do de vorstarff, do nam he wedder GERDRYDIS, des Marggreuen Dochter to Brandeborch, de telde oem eynen Son, de het Bernd, unde de stortede van eynen Perde, unde starff antitike Dodes; Duffe Gerdrudis Vader heyt Margreue Cord, unde se nam eynen Man vor duffer teyt, dat was Burggreue Frederick to Nurenborge - Et ad a. 1099. p. 332. Hertoghe Otto to Luneborch, Hertoghen Ortolfen Sone, unde Hertoghen Magnus Broder, de nam Armgard, Hertoghen Cordes Dochter to Swaen, de telde oeme twey Sone, de eine heyt Hinrick, de ander Conc, effte Cord, de worden beyde dot geslagen - Hertoghe Cord to Swaen, de nam to Wive Berike, Keyser Hinrick des Verden Dochter, de telde oeme acht Kinder, dre Dochter: Armgart, de nam Hertoghen Otten to Sassen, to Luneborch - Et ad a. 1105. p. 332. Darna wart Hertoghe Contze, effte Cord, dot geslagen van Luneborch, Hertoghen Otten Sone, unde syn Broder Hinrick, de was cyn Here der Fresen, de wart dar van den Fresen geslagen.* Conradus marchio, Thiemonis Comitis Wettinensis filius, ecclesiae sereni montis fundator, qui vocatur marchio Misniae in **CHRONICO MONTIS SERENI** p. 5. marchio Lusitensis p. 14. et dominus in Rochelitz p. 17. filiabus caruit. Si autem me ad marchiones Brandenburgicos ex gente Stadeni et Dithmarsica conuerto, in tempora Ordulfi incidunt *Sifridus*, qui Landsbergiae habuit sedem, *Vdo* I. et *Vdo* II. Et quid ille sibi vult Conradus Dux Sueviae, quem Botho, temporibus Magni floruisse, contendit? Duces Sueviae ea aetate fuerunt Hermannus IV. 1030. † 1038. Henricus I. a. 1039. Otto II. a. 1045. † 1047. Otto III. 1047. † 1057. Rudolfus 1057. † 1080. Bertholdus Zaeringensis a. 1078. † 1090. Bertoldus II. 1092. † 1122. Videatur **PFEFFINGERVS** ad Vittriarium To. II. p. 329. 159. Vbinam heic obuius est Dux Sueviae Conradus? Tacco plura.

(kkk) **CHRONICON RHYTHMICVM** c. XIII. p. 23. T. III. Leibn. Helmoldus Chron. Slavorum L. I. c. 25. §. 5. p. 559. aliique.

(111) Nituntur haec **CONRADO BOTHONE**, quem secuti sunt **ALBERTVS CRANTZIVS** Saxon. L. V. c. 26. **HENNINGESIUS** Part. II. secundi et tertii regni in IV. Monarchia p. 12. 100. qui sua transtulit ex **GABRIELE BYCELINO** Histor. Agilolfing. p. 399. et **IOANNES HVBERVS** P. I. Tab. Genealog. Tab. 150. scilicet oscitante vno oscitat et alter. Non possunt aliter scribere, vel melioribus non instructi, vel otio exclusi nudinisque sese constringentes.



uile et Slaui eodem anno 1066. inter turbas, quae Germaniam intra annos pueritiae Henrici IV. concusserant, auctore Pluffone, adfines Godeschalci, defecerunt ab Imperio et Saxonibus, atque Godeschalco interfecto auitam superstitionem instaurarunt. (ppp) Haec secessio fuit lerna et illas omnium malorum in Christianos vicinos effusorum. (qqq) Aestum procellosae rebellionis repressurus Ordulfus operam oleumque perdidit. (rrr) Filios enim Godeschalci, a suis expulsos, restituere in integrum vel noluit vel

(ppp) ADAMVS H. E. L. IV. c. 12. p. 117. Princeps Godescalcus eo tempore, a Paganis interfectus est, quos ipse ad Christianitatem nitebatur conuertere - passus est autem noster Machabaeus in ciuitate Leontia 7. Id. Iunii - Ansverus etiam Monachus et cum eo alii apud Razisburg lapidati sunt. Id. Iulii. IDEM c. 13. p. 117. Victoria potiti totam Hammaburgensem prouinciam ferro et igne demoliti sunt. Sturmarii fere omnes aut occisi aut in captiuitatem ducti. Castrum Hammaburg funditus excisum - Sliaswig, ciuitas Saxonum Transalbianorum - funditus excisa est. - Huius vero auctor cladis Pluffo fuisse dicitur, qui sororem Godescalci habuit, domumque reuersus et ipse obruncatus est. Itaque omnes Slaui facta conspiratione generali ad paganismum denuo sunt relapsi, eis occisis, qui persisterunt in fide.

(qqq) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1066. p. 131. a. Iste (GODESCALCVS) pro confessione Christi in Mikilinburg sustibus caesus, deinde per singulas ciuitates Sclauorum ad ludibrium ductus, quem a Christi nomine flecti non posset, truncatis manibus ac pedibus, in platea corpus eius proiectum est, caput vero defectum. Quod barbari conto praefigentes in titulum victoriae Deo suo Radigost immolauerunt. Haec in metropoli Sclauorum Rethra gesta sunt 4. Idus Nouembris. Filia quoque regis Danorum, uxor uidelicet Godeschalci, apud Mikilinburg cum ceteris mulieribus diu caesa, nuda dimissa est. Ex hac idem Princeps filium susceperat Henricum, ex alia uero Buthue natus fuit. Sclauus igitur potitus victoria, totam Hammaburgensem parochiam ferro et igne demoliti sunt. Sturmarii et Holsati fere omnes aut occisi aut in captiuitatem ducti: castrum Hammaburg funditus excisum est, et in derisionem Saluatoris nostri etiam cruces a paganis truncatae sunt. Ciuitas etiam Sliaswig excisa est funditus. Huius auctor cladis Pluffo dicitur fuisse, qui sororem huius Godescalci habuit, domumque reuersus et ipse obruncatus est. Itaque omnes Slaui facta conspiratione ad paganismum denuo sunt relapsi, eis occisis, qui persisterunt in fide. - Haec est Sclauorum tertia negatio. HELMOLDVS Chron. Slav. L. 1. c. 24. p. 558. HISTORIA ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIVM p. 78. 79. WOLTERVS p. 42. ALBERTVS CRANTZIPS Metropol. L. IV. c. 30. p. 112. 113. ADAMVS BREMENSIS L. IV. c. 13. p. 117. qui cum Helmoldo annum 1066. definit.

(rrr) HELMOLDVS l. c. Dux Ordulfus in uanum saepe contra Slauos dimicans per XII. annos, quibus patri supervixit, nullam unquam poterat obtinere uictoriam: totiensque uictus a paganis, a suis etiam derisus est. Accidit autem perturbatio haec in Sclauorum prouincia, anno post incarnationem Domini millesimo sexagesimo sexto. ALBERTVS STADENSIS p. 131. b. ad a. 1066. Dux Ordulfus saepe contra Slauos dimicans, per XII. annos, quibus patri supervixit, nullam obtinuit uictoriam. Igitur expulsio Archiepiscopi et mors Godescalci, anno Henrici regis VIII. Archiepiscopi XXII. praesenti anno Domini contigit. Ut autem recte iudicemus de minus felicibus Ordulfi seu Ottonis in Slauos expeditionibus, momenta sollicite pensanda sunt, quibus aetas illa Saxoniam et nominatim Ducem Saxoniae cinxerat. Adelberti ambitio, et furor dominandi, avaritiae iunctus, omnia poterat apud Henricum IV. puerum ad annum usque 1066. quo eiuebatur e comitiis. Quum fauorem regis pueri manibus pressam teneret, adquisiuit sibi tantam auctoritatem et argenti ex bonis immobilibus redeuntis summam, ut damnosus et intolerabilis esset gentibus finitimis. In primis tum premebat et subagitatam Ducem Saxoniae, quibus aemulatio et inuidia Archiepiscoporum subinde fuit exitiosa. Si qui ad doctrinam Christi e Slaui deducerentur, Archiepiscopi Bremenses sibi vindicabant reditus et obedientiam, quae dicebatur *sacra*, sed ad imperium suscipiendum erat ad fabricata. Hac de causa elanguit feruor bellandi contra Slauos, praecipue ubi inuigilandum erat inuasionibus Henrici IV. quem Adelbertus a teneris annis odio in principes Saxoniae imbuerat inter necino. Et cur, obsecro, docendum est euangelium ministerio gladii? Satius videbatur Ordulfo, Slauos in viscera sua laeuire discordiis intestinis viresque labefactare, quam ferocientium impetum omnem in sese deriuare, ubi nouo Imperatori fidendum non erat. Si temporis illius vicissitudines cogitas, et scriptores, qui extra Episcopatum Bremensem monumenta historica condiderunt, euoluis, a me nequaquam dissenties. Adamus autem Bremensis eiusque adfectatores Helmoldus, Albertus Stadensis, Henricus Wolterus, et auctor Archiepiscoporum Bremensium historiae haec non possunt pro norma statui, qui nimis fauent superstitione ecclesiasticae et ordini suo, atque Episcopatu Bremensi. Adamo Bremensi id erat singulare, quod Adelberto fortunam secundam et honores suos deberet. Ut uerbo dicam, Clerici, qua tales, inepti sunt ad historiam principum pragmatice scribendam. Dum enim continuo pascentur emendandis et censendis aliorum moribus, semet obliuiscuntur saepissime. Quo ipso ab adfectum intemperie huc illuc impelluntur. Ratio laudum plerumque ab eis inde defumitur, quod principes caecam praesliterint suo ordini obedientiam, multa templis donauerint, Clero fauerint et colla submiserint dominatui ecclesiasticarum. Si qui interiorum Christi vitam ubique rimantur, id eximii plerumque habent, ut fingant sibi cum Diogene homines nouos a naeuis immunes, et systemati suo aduersos traducant dente huido. Priori labe laborant Monachi et Ecclesiae Pontificii. Posteriori infecti sunt Mystici. Vium exemplum e classe priori suppeditat HENRICVS WOLTERVS in enarratione vitae Adelberti. Laudat is, quod Archiepiscopus reditus amplos ab Henrico Puero sibi adquisierit, et Ordulfum notat, qui in ambitionem auaram et iniustam Adelberti animaduertit. Spectat is duntaxat liberalitatem regis pueri in templum Bremensium cathedrale, ac dissimulat vitia et iniurias herois sui. Subiiciemus ex eo humilitatem Adelberti et angustias, ad quas ipsum principes et Ordulfus in primis rede-

vel haud potuit. (sss) Anno 1071 interfuit dedicationi ecclesiae cathedra-  
lis S. Stephani Halberstadii, quam Burchardus, seu Bucco, (item Buc-  
cus) peragebat. (ttt) Obiit tandem Ordulfus a. 1072 (uuu) vel certe  
a. 1073. (xxx) Successit ei in Ducatu Saxoniae et herediis princeps iu-  
uentutis MAGNVS, vltimus stirpis suae masculae. (yyy) Ipse Martis pul-

MAGNVS  
DVX SAXO-  
NIAE.

redecorunt. Is ita habet p. 42. Anno 1066. dedit se iterato Adelbertus ad regis curiam factusque est  
consiliarius regis, et obtinuit solus ibi primatum et solemnia Capitolii: sed hoc non habuit absque in-  
uidia principum. Tunc conspirabant insimul electores imperii contra Archiepiscopum, et venerunt, ubi  
rex praesens fuit et expulerunt Adelbertum Archiepiscopum de curia regis quasi saculatorem et deco-  
ptorem. Quod dum audiret Ardolfus et filius eius Magnus et Hermannus, quod Archiepiscopus Alber-  
tus a senatu fuisset pulsus, laetati sunt insipientes in corde suo, et cogitabant, quomodo eundem Ar-  
chiepiscopum pellerent e dioecesi sua. Et dum in ipso noster principatus haberet, sed in sede Bremensi  
a suis inimicis undique circumseptus. Tunc Ducis Ardolfi filius Magnus impatientior fuit inter omnes  
plus mirando litem Ecclesiae et Archiepiscopo, gaudente dicens, quod venisset placidum tempus per-  
sequendi Ecclesiam Bremensem et Archiepiscopum. Et laetabatur, quod posset punire et corrigere Eccle-  
siam Bremensem. Post hoc fuit Archiepiscopus circumseptus a Duce Magno, et Episcopus venit secreta  
in Goslarum ad monasterium regale donatione sibi datum et mansit ibi dimidio anno circa monasteri-  
um suum sibi et Ecclesiae incorporatum: tunc castra sua lucrata sunt (i. e. capta) ab inimicis. Tan-  
dem fecit Archiepiscopus pacem cum Duce Magno, et dedit ei de bonis Ecclesiae plus quam ducentas cu-  
rias: cum istis domus non obtinuit Archiepiscopus plus quam quod non fuit expulsus de Episcopatu suo  
et nihil seruitus habuit, quam quod domus vocatus fuit.

(sss) CHRONICON HALBERSTADENSE p. 125. Aderat etiam cum iucunditate quartus Henricus rex -  
Otto quoque Dux Saxoniae et plurimi Regni principes - SCHATENIVS L. VI. Annal. Paderborn.  
p. 573. AVENTINVS Annal. Boic. L. V. c. 12. §. 26. p. 535. SPANGENBERGIUS c. 183. f. 186.  
IOANNES GEORGIUS LEVCKFELDIUS in Antiqq. Halberstad. ad a. 1071. p. 478.

(ttt) Superstes enim fuit patri annos XII. ADAMVS BREMENSIS H. E. L. IV. c. 13. p. 117. HELMOL-  
DVVS Chron. Slav. L. I. c. 24. §. 5. p. 558. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1066. p. 131. HISTORIA  
ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIVM p. 85. Quum autem parens obierit a. 1061. ergo filius a.  
1073. e vita discessit.

(uuu) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad a. 1073. p. 356. Huius coniurationis auctores ac signi-  
fieri quidam erant Bucco, Halberstadenfis Episcopus, Otto dux quondam dux Bawariae, atque Heri-  
mannus frater Ottonis Saxonicae Ducis, qui superiore anno decesserat. Eadem recinit MONACHVS  
HERVELDENSIS ad e. a. p. 398. To. I. Scharidii. Praeferendi hi sunt computationi priori. Quid  
enim computationibus insit dubii, iterum iterumque monui. IOANNES HVBNERVS annum ponit  
1074. Tab. 150. Geneal. Sed ad fontes emendandi sunt naevi tabularum eiusmodi succedente tem-  
pore. Non enim vnus viri aetas et industria sufficit dandis tabulis accuratis.

(xxx) HELMOLDVS Chr. Slav. L. I. c. 25. §. 5. p. 558. Defuncto Ordulpho successit in principatum  
MAGNVS natus de stirpe Regis Danorum. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1067. p. 131. eadem re-  
peit. BRUNO in Historia belli Saxonici p. 106. To. I. Freheri. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad  
a. 1070. CHRONICON VERDENSE p. 214. To. II. Leibn. CHRONICON RHYTMICVM c. 13. p. 23.  
LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad a. 1073. p. 36. sqq. Et apud quem hoc non in confesso  
est?

(yyy) CHRONICON VERDENSE I. c. Hic (Magnus) non habuit filium, sed duas filias, de quibus pro-  
cesserunt Duces Bawariae et Saxoniae Marchiones de Brandenborch, Comites et multi nobiles - CHRO-  
NICON RHYTMICVM c. XIII. p. 23.

Bernhart Hertoge ut Sassenlant,  
De gewan einen Sone, de wart genant  
Ortolff, de ok here war aldar.  
Men secht ock vor war,  
Dat he to wibe neme sint  
Van Norwegen Koning Magnus kint,  
Des Vader sancte Olaff was,  
Bi der geuuan he, also ek las,  
To erbe eyn kindelin.  
Dat wart na deme alden Vader sin  
Hertoge Magnus genant.  
Der nam to Wibe ut Ungerlant  
Koning Wenterlauen Dochter Soffiam,  
Also eck an der Schrift vernam,  
Bi der geuuan he neynen Sone.  
Doch wold es GOtt so nicht hon.  
Se toch rome dochter, twe iungfrowen -  
De eyne heit Elige, de ander Wolfhilt.

CONRADVS BOTHO p. 333. Hertoghe Magnus was de leste van Hertoghen Hermen Slechte -

G g g

uae Germaniam intra  
re Pluffone, adfinc Gode  
que Godeschalco interfen  
re (secessio fuit lerna et il-  
forum. (qqq) Aestum pro-  
n oleumque perdidit. (rrr)  
ere in integrum vel noluit  
vel  
pr. a Paganis interfectus est, quos  
Marchionem in ciuitate Leontia  
re lapidati sunt. Id. Idem  
re et ipse demissus fuit. Sturmari  
re fandi exiit - Siamy, ce-  
re datur etiam Puffi fuffi dicitur  
re datur est. Itaque vnus Slauis  
re fuffi, qui perfrictus in die.  
re (ALCVS) pro confessione Christi in  
re ad iudicium ductus, quem a  
re lera corpus eius primum est, in-  
re toriae Des in halysf amulauit  
re vobis. Tunc quomodo regis Danu-  
re dicitur die castra, nuda dimissa est.  
re e natus fuit. Sicut regis potius  
re utarmariet Hollati fere omnia  
re in est, et in derisionem Salu-  
re atem exiit est funditus. Ho-  
re uit, dannonaque reuersus et ipse  
re in denno sunt relapsi, cui occidit.  
re DVS Chron. Slav. L. I. c. 24.  
re OLTERVS p. 42. ALBERTVS  
re L. IV. c. 13. p. 117. qui in  
re mican per XII. annos, qui  
re que vinctus a paganis, a suis et  
re anno post incarnationem Dom-  
re a. 1066. Dux Ordulfus supra  
re obtinuit victoriam. Ipse o  
re Archiepiscopi XXII. praesens in  
re tholi seu Ottonis in Slauis ex-  
re miam et nominatim Ducem Saxon-  
re us, omnia potera apud Hunc  
re Quum fauorem regis pueri mo-  
re ti ex bonis inmodicis redem-  
re timis cum puerorum et subaginis  
re inde fuit exiit. Si qui ad dom-  
re dicabant reditus et obedientiam.  
re ra. Hic de causa elanguit fer-  
re bus Henrici IV. quem Adelber-  
re Et cur, obsecro, docendum et  
re illera sui sicut discordis in-  
re sese deriuare, vbi nouo Imp-  
re scripores, qui extra Epilcon-  
re quaque distentis. Adamus a-  
re leonica Wolterus, et auctor b-  
re atui, qui nimis fauent super-  
re no Bremensi id erat fingere  
re terbo dicam, Clerici, qui in  
re nim continuo pascentur en-  
re Quo ipso ab adiectum o-  
re deficiant, quod principes a-  
re Clero fauerint et colla submi-  
re timantur, id eximii plerum-  
re es, et syllemati suo aduention-  
re mifici. Posteriori infertur  
re ALTERVS in enarratione vni-  
re s Pucro sibi aduoluit, et O-  
re aduertit. Spectat in dentatu i-  
re ulat vitia et iniuria heredi su-  
re principes et Ordulfus in p-  
re



ex more patrum, et pro se se praebuit Ottoni Comiti

Originem e delis arx et coenobii et Hermanno Billungo sunt tempore altera est ciuitas, Saxonum est ex siluente Lüne, seu Lüne viciu suum nomen, tu a Lüneburg ad Hmenoa di et perimium. Qui originem huc valent, cui, oppido nomen HERBERTVS Vrbis. p. 113. sicut hanc praeterea potest. Lüne Lüneburgis dupliu compoita? Optime burgum Lüneae letitiam foris hui, aneam Lüneae magis nomen sed rōis hanc nomen aliter tractat. ante hanc copia, quid tū crescat: p. LX. Pro haec Pritimus Mā hanc in fūmā, Saxonia et Lüne accolebant Lüneam vel Lüneam, re, lēme, lēne, patet et origina- nentem ei, qui nōmī, Holfatō, vel illum, qui Alsatiam pelu- non quadat. De arce, et coe- nō christianae doctrinae deducit, quondam publicus in equitū 106. sqq. Ed. II. Incolae tractu Lüne, Lüne, Hilsen, et nōmī lert ad a. 795. p. 144. REGIUM ego Lüne ad Lüneburgum i m consuetudinem, promissam fecerant, irritam fecerunt, a d lacum, qui dicitur Hilsen, erat. Ex Poeta Saxone l. c. dō MEIBOMIO esse adhibendum prope Lüneburgum. Lüneburgi hōis Lüne. Vrbis artem locū c. ed. quod nonnulli putant. Lō de Lūnicis, Lüneburgum fūit et p. Kianzio placet. Verum reuolu- tibi dedisse florem et incrementa alios ramos diuisa est. Quo hō- nōnabibus apud privilegia imp- bus Hanleuicis existit singulari qui iudicū. Salinae Lüneburgen- materia et sale procedo, quod vrbem hanc procul monte cal- rbe florent et certissima, vnde, l- cator vrbis quatuor: Atm, pū- is Augustanis 1530. interfaci- nitar cimēti pretiosissimi Augu- Ciuitas eiusque ministerium e- rat Lüneburgense, Lubeconle- Baner vrbem occupauit. Ann Lüneburgiae monte calcarie ep- i iuris et libi tantum obnoatio b- ORGIUS RAPHELIUS, genui- nei philologicae in N. T. et Xoo- 1715. Hamburgi 8. qua epho- lia Graeca, quum esset modesta- peccamus viri optimi Hrodian- olim promiserat. Raphaelus et u- lesalitarum ac adiplinae dō- dem Lycei S. Michaelis, sed ut- Lollus, admodum iuuenis, sed THAEI MERIANI Topographi- n dēnen Hertzogthumē Stran- S SCHNEIDERVS in Saxonia Vo- ntiqna gentū et Christiana P. II.

ti (1) Northeimēsi, qui olim fuerat dux Baioariae. Lambertus Schafna-  
burgensis eum vocat ad annum 1071. adolescentem egregium, boni et aequi in  
pace supra annos seruantissimum, et in bello audacia et virtute militari nulli secundum.  
(2) Gemina ratione Ordulfo ad senectutem pergenti illulit anceps for-  
tuna. Ipse enim conatis suis excidit, dum extorem Godescalci occisi  
Sclauorum principis filium *Burhuc* in auitum principatum reducere medita-  
batur; filius autem Magnus in bello inter Caesarem Henricum IV. et Sa-  
xones orto dediticius factus, per biennium in custodia tenebatur. (3) In-  
ter haec exspirauit Ordulfus, absente Magno, et in castello Hartesburg ad-  
feruari solito. (4) Deprecabantur Principes multi Imperatorem pro Ma-  
gno. At spes veniae nulla adfulgebat, nisi ducatu et aliis, quae ipsi ex de-  
functis parentibus hereditario iure obtingere debebant, in perpetuum re-  
nuntiaret. Contra haec obfirmabat animum *MAGNVS* satis magnum et  
intrepidum, negans, sese id vlla ratione permissurum, vel villos cruciatus  
horribiles ita metuere, vt iuri suo tam iniquus censerī debeat. Tentabat  
interim varia arte animum Caesaris inexorabilem delinire. Nunc enim  
preces supplices, nunc summas pecuniae et praedia lautissima, nunc meri-  
ta bene multa in regem et Germaniae imperium repraesentabat oculis in-  
humanis furdisque auribus. Ad extremum Otto, Comes Northeimēsis,  
Dux olim Bauariae, sese custodiae regis Henrici IV. obtulit tradendum et  
gratia omni reconciliationis prioris priuandum, dummodo propinquum fu-  
um, Magnum, liberaret carcere, suarum partium studio in eam calamita-  
tem prolapsum. Rex fertur ad haec morose et atrociter respondisse, Ot-  
tonem cum facultatibus terrisque dudum iure belli ac deditiois in pote-  
statem regis venisse, nec dum crimine intentati parricidii obiecto ita pur-  
gatum esse, vt suo arbitrio agere corpusque suum pro altero in custodiam  
attinendum tradere valeat. Quae responsio Henrico exitiabilem inuidi-  
am et atrocissimum belli incendium confluxit. (5) Vno enim animo et ore  
frequentissimi episcopi ac Principes Saxoniae coibant, collectisque sexaginta  
millibus militum vim vi repulsuri erant. Inhiabat rex ducatu Saxoniae  
et herediis opibusque Magni, ac nihil magis votorum conceptorum stu-  
dio exoptabat, quam ut Saxonum iura ac immunitates exstirparet. (6)  
Suboluerant optata regis iampridem proceribus Saxoniae. Ne tamen  
in-

- (1) *LAMBERTVS SCHAFNABVRGENSIS* ad a. 1073. p. 356. ed. Struv. To. I. Pistorii indicat, Magnum a. 1071. ab Henrico IV. in captiuitatem fuisse abstractum. Locus sic habet: *Huius coniurationis auctores ac signiferi quidam erant Bucco Halberstatensis Episcopus, Otto dux quondam Baioariae, atque Herimannus, frater Ottonis Saxonici Ducis, qui superiori anno decesserat. Sed Bucco, licet frequentibus iniuriis a Rege lacestus fuisset; tamen, quia vir eximiae sanctitatis erat et optima in ecclesia Dei existimationis, credi nullo modo potest, aliter in hanc audaciam prorupisse, nisi zelo Dei et sola communis commodi ratione. Ceteri duo, praeter publicam gentis suae causam, etiam priuato odio iam pridem a rege desciuierant, propter Magnum, Ottonis Ducis Saxonici filium, quem rex in deditioem acceptum iam per biennium in custodia tenebat. Huic veniam admissi non alias impetrare poterant, nisi ducatu et aliis, quae sibi ex defunctis parentibus hereditario iure competeabant, in perpetuum se abdicaret. Quod ille nulla ratione se facturum protestabatur, etiamsi sibi, quicquid aetatis reliquum esset, in custodia et vinculis exigendum, etiamsi per omnes cruciatus et per omnia suppliciorum genera anima ponenda esset.*
- (2) p. 181. et ed. Struv. p. 342. Quum Otto, Comes Northeimēsis, olim Dux Bauariae, Henricum IV. pepulisset a. 1070. 4. Non. Sept. cum Magno causam communem statuit, *IDEM* l. c. Ipse (Otto) adhibitis sibi, quantas res poscere videbatur, copiis, in ulteriorem Saxoniam contendit, ibique totam hiemem usque ad natalem Domini exegit, partim rapinis et depraedationibus victitans, partim ex possessionibus Magni Comitis, quem belli periculatorumque omnium socium et innocentiae suae deuotissimum assertorem habebat.
- (3) *LAMBERTVS* ad a. 1073. p. 356. *Dux Saxoniae necdum aliquis constitutus fuerat, quia Dux Otto paullo ante humanis rebus excefferat, et filius eius Magnus, cui Ducatus legitima successione debebatur; et quia Rex in bona eius inhiauerat, id praestolari putabatur, ut, malorum pondere ac longae deditiois taedio fatigatus, vltro iure suo cederet, et Ducatum, cui Rex voluisset, dandum permetteret. MONACHVS HERVELDENSIS* p. 398. *BRVNO* in Historia belli Saxonici p. 106. *ADAMVS BREMENSIS* H. E. L. IV. c. 25. p. 124. 1q. *HISTORIA ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIVM* apud Lindenbrogium p. 86.
- (4) *LAMBERTVS* ad e. a. p. 356.
- (5) *LAMBERTVS* l. c.
- (6) *LAMBERTVS* ad e. a. p. 357. 1qq.



iniuste agerent Deumque pro meliori stantem causa offenderent eidem principes et episcopi, legatos ad regem miserunt, oratum, vt ipse satisfaceret principibus Saxoniae secundum iurisdictionem consuetudinum legumque Saxoniarum. (7) Imperatore hisce precibus reclamante, Hermannus Magni patruus regium exercitum in castello Luneburgi positum arctissima cinxit obsidione, et eo adduxit, vt fame, dummodo cupiisset, ei fuisset intereundum. Quem vt tandem in deditionem accepit, non prius dimisit, quam rex liberasset Magnum, ac in patrium reposuisset ducatum. (8) Haud ita multo post libertati quoque restituebatur Gertrudis, Magni mater, quae Moguntiae in custodiam data erat a rege, vt numos ab ea extorqueret. Incendio enim forte exorto ipsa cum captiuis reliquis euasit suiue iuris denuo facta est. (9) Saxones ac Thuringi, promptissimo animo seruituros sese regi, sponponderant, ea quidem ratione, quae ingenuos homines atque in libero imperio natos deceat. Imposuisset Imperator Saxoniae eo temporis articulo iugum seruitutis, et Germanicum imperium conuertisset in Monarchiam subiectissime conformatae, ni fuissent Saxones, qui torrenti aggeribus rupis inaequanti vitam sanguinemque obiectassent. Nam rex simulatque vidit, omnes circumquaque metu esse percussos et principes Germaniae ad suscipiendas, quasunque imposuisset, condiciones maxima ex parte paratissimos; machinari coepit magnum quiddam, arduum et a maioribus suis antea nunquam tentatum, videlicet modum facillimum, quo Saxones omnes et Thuringos in seruitutem redigeret et praedia eorum fisco publico addiceret. (10) At Saxones tela venenata praeuidebant, copias copiis opesque opibus, si necessitas ita ferret, opposituri. Henricus autem rex, praetexens debellationem Polonorum, exercitum contra Saxones ab integro ducere tentabat, Sueuos euecturus, quorum obscurissimos quosque, et nullis paene maioribus claris ortos, summos ad honores extulerat primosque palatii creauerat. Quae res inuidiam principum reliquorum, qui negligebantur, accendit. (11) Obsistebant praecipue Saxones et sua fisco addici volebant. Rex minas contra intendebat, dicam eis scripturus laesae maiestatis. Saxones opponebant crebra conuenticula et sacramento firmabant, sese prius vltima passuros, quam acceptam a parentibus libertatem per dedecus amissuros. (12) *Welfo* IV. inter haec ducatum Bavariae

(7) LAMBERTVS ad e. a. p. 361.

(8) BRVNO Hitor, belli Saxonici p. 106. 107. LAMBERTVS l. c.

(9) BRVNO l. c. p. 132.

(10) LAMBERTVS ad a. 1073. p. 355. Videns Rex omnes circumquaque manentes metu attonitos et ad suscipiendas, quasunque imposuisset, condiciones patientissimos, magnum quiddam et a nullo maiorum suorum antehac tentatum machinari coepit, videlicet vt omnes Saxones et Thuringos in seruitutem redigeret et praedia ipsorum fisco publico addiceret - Ceterum et fama vulgati postmodum loquebatur, sub occasione Polonorum volebat in Saxoniam exercitum ducere, et deletis vsque ad internecionem Saxonibus, loco eorum gentem Sueuorum constituere. Haec enim gens illi erat acceptissima et eorum plerosque obscuris et paene nullis maioribus ortos amplissimis honoribus extulerat, et primos in palatio fecerat, et ad eorum nutum cuncta regni negotia disponebantur. Quae res cum valde exosum inuisumque Principibus reddiderat, et eorum plerique, indignitatem rei non ferentes, nisi pro responso necessario euocati, in totum palatio abstinebant.

(11) Pergit IDEM; Igitur exercitum suum in expeditionem adunari constituit (Henricus IV.) septimo die post assumptionem Sanctae Dei genitricis Mariae. Qua expectatione suspensis et intentis omnibus, ipse iam serocius solito atque infestius agebat, posthabitis principibus, solos circa se Sueuos assiduo habebat. Ex his sibi auricularios a secretis, ex his tam familiarium quam publicorum negotiorum procuratores instituebat. Tum, Saxones omnes seruilis conditionis esse, crebro sermone usurpabat, nonnullos etiam ex eis, missis nuntiis, obiurgabat: Cur sibi, iuxta conditionem natalium suorum, vt ipso verbo utar, seruiliter non seruirent, nec de rebus suis fiscalia sibi obsequia impenderent. Contradicentes quasi qui maiestatem regiam violassent, totis Regni viribus persequi et de regno proturbare minabatur. His atque huius modi iudicium Principes Saxoniae malum, quod ceruicibus suis impendebat, animaduerterunt, statimque grauius accipiti periculo permoti, quid facto opus esset, in medium consulere hortabantur. Vna omnium voluntas, eadem erat sententia, eamque dato et accepto vicissim Sacramento confirmabant: malle se mori, atque extrema omnia prius experiri, quam acceptam a parentibus libertatem per dedecus amittere. Hinc patet, Curtium a Lamberto fuisse lectum, quem feliciter satis heic imitatur. Libertas vero Saxonum in eo consistebat, vt 1) propriis et auctis gauderent legibus; 2) fisco regio nihil inferrent, 3) principes haberent hereditarios et herediis instructos.

(12) Vt hanc libertatem frangeret Caesar, suasu Adelberti Archiepiscopi Bremensis, hostis iurati Ducem Saxoniae, varia coepit machinari, 1) Rex muniebat castella montana, et eorum firmissimum Hartesbur-

uariæ obtinuit. (13) Liemarum autem Bremensis Archiepiscopus, Eppo Citi-  
censis Episcopus, et Benno Osenbruggensis, quia communem in sententiam  
gentis Saxonicae descendere volebant, de finibus Saxoniae exturbati ad re-  
gem sese contulerunt eique postea veluti comites indiuidui adhaeserunt. (14)  
Confoederatorum enim princeps Bucco episcopus Halberstadiensis Saxo-  
nicos, Thuringicos et Marcanos optimates reliquos in commune odium  
aduersus regem induxerat. (15) Hi legatos ad regem amandabant Gosla-  
riam, non solum implorantes malorum publicorum extirpationem, sed re-  
gi etiam numerum concubinarum et cetera probra priuata exprobrantes.  
(16) Saxones non satis circumspecte negotia sua administrabant, dum re-  
gem in castello Hartesburgi obsessum fuga sibi contulere patiebantur.  
Nam quamprimum et hostes Saxonum et rex peruenerunt in oppidum  
*Ejstrwege*, cibo somnoque Imperator sese refecit, milites ac summates sibi  
fauentes contraxit, et decreuit, vt exercitus septimo post Michaelis festum  
die in expeditionem foret paratus. (17) Rex vehementer studebat sibi con-  
ciliare Sueuos, Bauaros, et Rheni accolae. Saxones contra cum Thuringis pro  
vindanda libertate auita arctissimum pepigerunt foedus. (18) Rex conuen-  
tus celebrabat Moguntiae et in Gerstungen, inuitusque animaduertebat, Rhe-  
nanos ceterasque gentes conata Saxonum minus improbare, sed potius de  
nouo rege constituendo munitare. (19) Saxones harum rerum haud ignari a.  
1074. serio postulabant, vt Frizlariae concilium cogeretur pro rege nouo  
eligendo. (20) Hoc duro telo rex adactus Saxonibus ad Werram congre-  
gatis denegauit nihil eorum, quae effagitabant, Goslariaeque promissa in-  
uitus

burgum, in quo dicitur causa clericos et monasterium nobilissimum constituebat, rei enim sacrae cu-  
ram praetexens magis impune poterat rapere et opprimere. Ex illis castris direptiones et latrocinia in  
circumvicinos exercebantur, vt ad paupertatem redigerentur principes obstructo fonte, vnde proflue-  
re solent redditus publici, 2) Gentem Sueuorum euehebat mirum in modum, vt ita, excitaret genti-  
um inuidias, et viribus vnus attereret alteram, et tandem iugo submitteret singulas inuicem enerua-  
tas, 3) Ottonem, Comitem Northeimensem, Ducem tunc Bauariae, qui maxime obitare poterat, et  
cui Adelbertus Archiepiscopus ex rationibus priuaris minus fauebat, exuere dignitate ac viribus labora-  
bat. At animaduertebant principes regni, quorsum illae molitiones spectarent, quodque singuli pe-  
terentur, Sueui igitur elanculum cum Saxonibus ineunt pactum, vt neuter populus ad oppressionem  
alterius auxilium regi ferret. Saxonum incuriae tribuendum est, quod legem huius pacti parum fideliter  
seruarint, Archiepiscopi Colonienfis et Magdeburgenses et alii complures dudum a rege erant abali-  
enati, magisque studebant Germanorum libertati quam vnus feuerae dominationi. Haec ex LAM-  
BERTO ad a. 1073, et BRVNO in Historia belli Saxonici p. 105. 106 cuius illa potissime huc  
spectant: *Ottonem denique virum prudentem et fortem, qui, natus e Saxonia, Dux erat in Bauaria,*  
*omni calliditate deponere quaerebat, quod, illum cum omnibus Bauaris Saxones adiuturum, non dubi-*  
*tabat. - Igitur (Otto) ad sua recessit et associato sibi Magno Duce Saxoniae per duos fere annos cum*  
*Rege bellum crudele gessit. Verum consiliis amicorum coacti, quum se regiae traderent potestati, Rex*  
*Magnum Ducem in carcere suo per integrum biennium tenuit, ita vt nullus in hoc tempore sciret,*  
*utrum vinceret vel vbi esset. Ceterum de Harteburgo conferendi sunt MERLANVS in Topographia*  
*p. 104. 109. SCHNEIDERVS in Saxonia vetere et noua p. 171. 174. HEINECCIUS de Cradone Hart-*  
*burgico, quae commentatio antiquitatibus Goslariensibus subiecta est c. II, §. 10, p. 23, et in Antiqq.*  
*Goslar. ad a. 1068. 1074. p. 81. 89.*

- (13) CHRONICON WEINGARTENSE c. 8. p. 784. To. I. Leibn. de Welfone IV. *Hic est ille Guelf, qui*  
*primus ex nostris Ducatum Bauariorum adeptus magna multa in eo, sicut et in aliis regni partibus,*  
*peregit. VITVS ARENPECK in Chronico Bavar. p. 660. To. III. Leibn. LAMBERTVS ad a. 1071. p.*  
*343. HERMANNVS CONTRACTVS ad a. e. p. 344. aliique.*  
(14) LAMBERTVS ad a. 1073. p. 357. HENRICVS IV. in Diplomate apud Lindenbrogium p. 144.  
scriptor. septentrionalium.  
(15) CHRONICON LOBIENSE ad a. 1073. p. 1419. apud Martenium T. III. thesauri anecdotorum: *Tota*  
*Saxonia, quasi vnus vir, recessit a Rege et rebellauit. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1073.*  
*p. 345. Tota Thuringia et Saxonia Regi Henrico rebellant propter - munitiones et alia multa, quae*  
*contra voluntatem eiusdem populi Rex in eorum regione fecit inconsulte. LAMBERTVS SCHAFFNA-*  
*BVRGENSIS l. c.*  
(16) LAMBERTVS l. c.  
(17) AVCTOR VITAE HENRICI IV. p. 382. BRVNO in Historia belli Saxonici p. 109. LAMBERTVS  
l. c. p. 356.  
(18) LAMBERTVS l. c.  
(19) LAMBERTVS p. 356. sq. AVCTOR CARMINIS de bello Saxonico L. II, p. 207. BRVNO in Histo-  
ria belli Saxonici p. 105. 106.  
(20) LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad a. 1074. p. 367.



uitus dedit effectui. (21) Restabat castelli Hartisburgi euerfio, quam, quoniam toties expetierant Saxones frustra, rustici circumuicini funditus exercuerunt a. 1074, et perfecerunt. (22) Rex metu vehementissimo solutus sollicitabat reliquos principes praemiis atque promissis ad poenam de Saxonibus repetendam et Thuringis. (23) Saxones iram regis placaturi, sese aedem sacram collegiatam Hartisburgi splendidissime instauraturos, pollicebantur; at preces ipsorum repudiabantur, legatique, qui eas Argentoratum

(21) BRVNO p. 110. *Missis Rex - ad Saxones legationibus promisit, se facturum omnia, quae vellent ipsi praescribere, dummodo paternam dignitatem - nolent sibi denegare. Tunc Otto Dux et ceteri, quibus magna fuerant promissa, persuadent aliis, quatenus hac cum conditione reciperent: castella sua destrueret, nec ulterius ea restauraret, depraedationes amplius in sua terra (ipforum) nullas exerceret, in Saxonia Saxonum consilio cuncta disponenda disponeret, nullumque extraneae gentis hominem, suis rebus agendis consiliatorem admitteret, et hanc sui expulsionem numquam in aliquo vindicaret. Quumque Rex haec omnia et his maiora se facturum esse, fidelissime promitteret, exercitu suo dimisso cum paucis ad Saxones transiit. LAMBERTVS ad a. 1074. p. 368. CHRONICON LOBIENSE ad a. 1074. p. 1419. Dissipata sunt castella, quae ad oppugnandam Saxoniam fecerat (Henricus.) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1074. p. 345. Henricus Rex - eo pacto pacificatur cum Saxonibus, ut munitiones - destruerentur, propter quas seditio orta est, quae et postea sunt destructae. LAMBERTVS ad a. 1074. p. 370. Rex iunctus Saxonibus Goslarum perrexit - Quumque a Saxonibus promissa sua recepisset, coepit rursus callidis tergiversationibus tergiversari. - Modo de absentia principum causabatur, - modo obnixè flagitabat, ut ceteris omnibus iuxta conductum manentibus, sola castella, quae summis impensis ad munimentum regni exstruxisset, sibi condonarentur - (sed) quum Saxones iam armata multitudo atrium palatii repleisset, et ad vim faciendam paratos inconditis motibus perstreperere cerneret, tandem ancipiti periculo permotus consensit - ut castella sua omnia sine dilatione destrueret, cetera etiam omnia, quae in Gerstengun pollicitus fuerat, fide integra exsoluerentur. Conf. HEINLECCI Antiqq. Goslariens.*

(22) BRVNO p. 111. *Rex quibusdam de suis antiquis familiaribus occulte praecepit, ut Hartesburgi tantum propugnaculum summatim deponerent, et quum populus hoc viso tum sperans casurum discederet, illi a diruendo cessarent, et sic illud paucis rimis restauratis integrum, sicut volebat, remaneret. Sed illi suo labori parentes vicinos adduxere rusticos, quos, sicut erant inssi, iusserunt summos tantumque muros demoliri. Rustici vero quum eius loci potestatem nunc accepissent, quo multa iam pridem mala passi fuissent, non quid inberentur, sed quid iam diu desiderassent, intendebant, a diruendo non quiescentes, donec lapidem super lapidem remanere videbant. AVCTOR CARMINIS de BELLO SAXONICO L. III. p. 211.*

*Praesidiis vacuam placida iam pace quietam  
Arcipolim, armis inuadunt millia gentis,  
Moenia despoliant, aevaria regia frangunt*

*Incendunt moenia flammis  
Aduersusque Deum vertentes arma furoris  
Ecclesiam inuadunt, auellunt aurea mensis  
Ornamenta sacris, tabulas capsasque rescindunt,  
Atque sacerdotes sua munia iam celebrantes  
Vestibus abscissis audent obtundere pugnis*

*Et defunctorum violare sepulchra reiectis  
Ossibus*

*AVCTOR VITAE HENRICI IV. p. 382. Saxones ossa filii Regis effodere. LAMBERTVS ad a. 1074. p. 372. CONRADVS VRSBERGENSIS ad a. 1073. p. 221. ANNALES HILDESHEMENSES ad a. 1073. p. 732. CHRONICON STEDERBURGENSE ad a. 1073. p. 853. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1073. p. 260. MARIANVS SCOTVS L. III. act. 6. ad a. 1075. p. 454.*

(23) *Metuebat sibi a Saxonibus et eorum focis, Hisce satis esse factum videbatur. Instabat expeditio Hungarica et metuebatur impetus Wilhelmi Conquestoris, Angliae regis. Metus hic quoque breui euauit. LAMBERTVS ad a. 1074. p. 377. Insecuta est (regem) legatio familiarium eius, nuntiantium, quod Wilhelmus - Rex Anglorum - cum magno exercitu aduentaret, regni sedem Aquisgranum occupare paratus. Territus Rex tam atroci nuntio - omissa in Hungariam expeditione ad Rhenum conuersus remeavit. Sed hic quoque metus erat perbreuis et irritus. Saxones irritauerant iram Sueuorum, quorum quippe confederatorum suorum rationem non habuerant in pactionibus pacis cum Henrico IV. initis. Hinc Rudolphus Dux Sueuorum magis ad partes Regis conuertit animum, repensurus Saxonibus vicem neglectorum Sueuorum. BRVNO in historia belli Saxonici p. 105. 112. 125. Foedus Saxones si fideliter (cum Sueuis) seruassent et ab infamia perfidiae et a magna parte calamitatis liberi fuissent. - Nisi Rudolphum Ducem Sueuorum, quando cum Rege foedus inibant, - Saxones offensus, adhiberent Rex copias contra Saxoniam non haberet. Ille enim a Saxonibus, quorum confidebat auxilio, deceptus, Regi, quomodo poterat, reconciliatur, et ei primus se cum omnibus suis Saxonibus hostiliter inuasurum pollicetur - Dux Sueuorum Rudolphus foederis a Saxonibus cum Rege subito compositi non oblitus, Regem, quatenus iniuriam cum Deo, tum sibi suisque principibus uniuersis con-*

tum pertulerant, misere accipiebantur. (24) Exercitus regius in dies au-  
gescebat, et Saxones epulantes, suadente Rudolfo Duce Saxoniae, ad Vn-  
strutum inuadebat, grauissimoque superabat praelio. (a) Ceciderant tamen  
quinque millia militum multique nobiliores ex regis parte. (b) Saxones  
pacem, quam ardentem implorabant, non prius a rege nanciscebantur, quam  
sub dio nudatis pedibus sese supplices dederent. (†) Rex pro more suo  
promissum suum migrabat supplicesque durissima coërcebat custodia, ac  
per Galliam, Sueuiam, Bauariam, Italiam et Burgundiam deportandos cu-  
rabat,

tumeliose factam, non sine vindicta dimitteret, instigauit, et ei se cum tota virtute, quam posset habe-  
re, promisit. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1075. p. 345. Henricus rex natiuitatem domini  
Argentorati fecit, expeditionem in Saxoniam ordinauit. LAMBERTVS ad a. 1075. p. 380. Rex sub testi-  
ficatione iuristurandi singulis promittebat, si eorum auxilio Saxoniam Thuringiamque recuperasset,  
quod ipsis vitamque prouinciam pro arbitrato suo inter se partiendam, et perpetuo iure possidendam tra-  
diturus esset.

- (24) LAMBERTVS ad e. a. 384. Saxonici Principes - dixerunt, nequaquam se sibi conscios esse, quod pacem - - facto aliquo vel dicto violassent. Nam si Rex instinctu eorum vel consilio factum suspicaretur, ut ecclesia in Hartesburg incenderetur - - paratos se esse, ut quauis conditione - - crimen refellerent, et innocentiam suam assererent, insuper ipsam ecclesiam propriis impensis, ambitiosius quam fuerat, instaurarent, amplioribus ornamentis excolerent. - - (Saxones) nuntios suos - - ad Regem desinarunt. - Quos ubi aduenire comperit, praecepit, ut nulla ratione in conspectum suum admitterentur.
- (a) LAMBERTVS ad e. a. p. 387. Rex refrigerandi gratia se in lectum reclinauerat, quum subito Dux Rudolfus ingrediens nuntiat, Saxones breuissimo spatio abesse, et incertum, negligentes an ignaros aduenientium hostium inter epulas et pocula ineptis lasciuire iustibus - - Placere sibi quum adhuc maior pars superstiti dicit, ut acies instruat, praelium committatur - - Auctor Carminis de Saxonico bello L. III. p. 213.

- - - Iam cunctae transportantur vada turmae  
Fluminis Vnstrudi, qui cladem nomine genti  
Iam praesignasset, si non tardanda fuisset.

CONRADVS VRSBERGENSIS Chronici p. 221. Rex Saxones petit, eisque iuxta Instrut fluium con-  
greditur. OTTO FRISINGENSIS Chronici L. VI. c. 34. p. 137. Rex ex omnibus regni visceribus con-  
tractis copiis Saxones bello petit, commisso iuxta fluium Vnstrut praelio. Locus praelii nominatum de-  
finitur a Lamberto ad Hoiburg, haud procul fluuii Vnstrut p. 387. SPANGENBERG Saxon. c. 187.  
Hobenburg in Thüringen bey Langensalza. Addit Celeb. BVCARDVS GOTTHELF STRVVIUS ad  
Lambertum p. 362. Monasterium erat ad Vnstrutam inter Langensalzam et Thomasbrück. Egregie sta-  
bant Saxones, et iam Sueui terga verterant, quum aduolaret Welfo IV. nouus Dux Bauariae. Otto  
Comes Northemensis, quondam Dux Bavariae, ante ipsa signa fortissime dimicabat et ducis bellici  
supremi munia cum laude explebat. Quum vero Saxones impetum aduersariorum tandem sustinere  
amplius non possent, primores ita sese receperunt, ut nullus ipsorum ceciderit. LAMBERTVS p. 387.  
388. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1075. p. 98. Henricus Imperator Saxones grauissimo praelio  
vicit. ANNALES HILDESHEMENSES ad a. 1075. p. 732. Bellum iuxta Vnstrut committitur - ubi  
Saxones fugam inierunt. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1075. p. 261. CHRONICON LOBIENSE ad  
a. 1075. p. 1419.

- (b) LAMBERTVS p. 388. Ibi Ernst, marchio Baioariorum, vir in regno clarissimus - grauitur vulnera-  
tus est - postero die exspirauit. Ibi Engilbertus comes; ibi duo filii Eberhardi, comitis de Ellenburg:  
ibi quamplurimi nobiles ex Sueuis; quamplurimi ex Baioariis corruerunt; paucique admodum sine vul-  
neribus gladio excesserunt. Et p. 389. Quumque ad locum congressionis reuersi, alius dominum suum, alius  
patrem, alius fratrem, alius cognatum, aut alia quauis necessitudine sibi deuinctum, in acie corruisse  
reperissent; laetitia omnis in moerorem, cantus versus est in vocem flentium: planctu et ululatu ca-  
stra vniuersa perserebant. ARNVLPHVS MEDIOLANENSIS L. IV. gestorum Mediolanensium c. III.  
p. 745. Erat - inter Regem et Saxones lis acerrima valde. - - Veruntamen gens illa admodum fero-  
cissima in rebellionem prorumpit apertam - adeo ut facta congressione partis viriusque plusquam viginti  
millia hominum referantur occisa. Arrisit tamen Henrico victoria. CENTIVS CAMERARIVS seu HO-  
NORIVS III. in libro censuali c. 1. §. 4. p. 149. Accidit quod Rex in manu valida et multitudine graui  
Saxoniam ex improviso intrauit, sed quoniam eos imparatos inuasit, victoriam, quamvis cruentissi-  
mam, habuit. Quippe sicut a prudentibus dicebatur, quinque millia virorum ex parte Regis in eodem  
praelio ceciderunt.
- (†) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1075. p. 346. Multi ex Saxonibus Regi ad deditionem vene-  
runt. AVCTOR VITAE HENRICI IV. p. 382. Saxones diffidentes viribus suis, vitote in priori bello gra-  
uissime confusis, quod saluti proximum erat, se dedidere, sperantes, Regem sola deditione contentum gra-  
tiam suam facile donaturum. Auctor carminis de bello Saxonico L. III. p. 216.

Castra petunt humiles Saxonum quisque valentes,  
Iam diffidentes armisque delisque fugaeque,  
Armis exuti, demissi colla superba,  
Nudatique pedes cuncti cum supplice voto  
Regi se dedunt.

isburgi euerio, quam, qu-  
circumiacini funditus ex-  
eta vehementissimo solam  
romillis ad poenam de So-  
nes iram regis placatur, se-  
diffime infuratos, polli-  
gaticque, qui eas Argentor-  
tum

facturam omnia, quae volent ipsi  
Tunc Guts Dux et ceteri, quibus  
iure reciperent: castella sua de  
terra (spicuum) vultu exierunt,  
que extraxerat grati hominum, suis  
magnum in alio vinctu. Guts  
mittit, exercitu suo dimisso cum  
HERONICO LOBIENSE ad a. 1074.  
securat (Henricus) BERTHOLDVS  
accidit cum Saxoniis, et man-  
sunt deperdit. LAMBERTVS ad  
vique a Saxoniis promissa sua re-  
Mulo de absentia praecipue confu-  
tutum manentibus, sola castella,  
ventur - - (sic) quum Saxones  
paratos inconditis motibus pro-  
castella sua omnia sine dilatione  
sede integra exsoluerentur. Col-

praecipit, ut Hartesburgi in  
tam sperari casurum discedere  
sicut volebat, remaneret. I-  
infi, inierunt summos tam-  
ent, quo multa iam pridem n-  
ntendebant, a diuino non p-  
CARMINIS DE BELLO SAXONICO

dere. LAMBERTVS ad a. 1075.  
LES HILDESHEMENSES ad a.  
853. CHRONOGRAPHVS SAXO

p. 454.  
in videbatur. Instabat exercitus  
regis. Meos hic quoque tra-  
tio familiarium eius, nuntio  
tari, regni sedem Aquygrum v-  
riam expeditione ad Hlomon-  
nes irritauerant iram Saxonum.  
a pactionibus pacis cum Henrico  
verit animum, repensum Saxonum  
ici p. 105. 112. 125. Fretus in  
magna parte calamitatis huius  
dus inibat. - - Saxones offe-  
e enim a Saxoniis, quorum  
primus se cum omnes sui Saxo-  
leris a Saxoniis cum Regis  
suisque principibus vincti co-



(5) CONTINuator LAMBERTI ad a. 1089. p. 426. Sextum bellum committitur iuxta Glichin, castellum in Thuringia, inter Henricum Imperatorem et Eckibertum, marchionem, in quo Burchardus, Losannensis Episcopus, occisus est. Eckibertus marchio iuxta aquam, quae dicitur Selicha, in molendino quodam miserabiliter interfectus occubuit. DODECHINVS Abbas in Appendice ad Chronicon MARIANI SCOTI ad a. 1089. p. 657. 1q. To. I. Pistor. ed. Struv. Anno 1089. Henricus rex, memor iniuriae, quam sibi Egbertus anno praeterito, marchio apud Marsburg, fecerat, marchiam Orientalem ei auferens Henrico cuidam contulerat: congregato exercitu quam plurimo, Glico (Gleichen Thuringiae castrum, cuius supersunt rudera) castrum eius valde munitum, quod est in Thuringia, iuxta Erpbesfort ad Occidentem situm, in vigilia assumptionis Mariae obsidione circumvallatur, et usque ad natiuitatem Domini obsidebat. In cuius exercitu Dux MAGNVS cum multis aliis nobilibus aderat. In vigilia autem natalis Domini, quae in die dominica tunc euenerat, circa vesperam sole ad occasum declinante, et exercitu, quae necessaria erant, praeparante; speculatores venerunt, dicentes, marchionem cum magna multitudine appropinquare. Conturbatis ergo tali nuntio omnibus, armaque, cum festinatione adripientibus, EGGBERTVS MARCHIO, ut erat audacissimus, super inermes, ut turbo vehemens cum suis irruit, et caedis initium ipse signifer et dux exercitus sui fecit. Facta est itaque concertatio dura et usque in profundissimam noctem deducta. - De exercitu regis multi sunt occisi, quamplurimi captiuati, innumerabiles vero vulnerati, praeda magna sublata, oppidum Glico cum gloria obsidione liberatum. Henricus igitur victus fugam arripuit. EGGBERTVS autem victor existens, persecutus regem, quoscunque inuenit de exercitu eius, cepit, vulnerauit et interfecit. CHRONICON HALBERSTADENSE ad a. 1088. p. 129. Huius (Thitmarii Episcopi Halberstadenensis) temporibus quidam MARCHIO ECBERTVS nomine, Imperatoris Henrici consanguineus, in Saxonia eisdem Imperatori rebellis fuit: unde a quibusdam Imperatoris fidelibus in quodam molendino gratia pausandi iuxta aquam, quae dicitur Gelscha, deprehensus, turpiter est occisus. Anno Domini 1089. bellum committitur iuxta Gelschen in Thuringia, in die Dominica, vigilia Natalis Domini, inter Henricum Imperatorem et ECBERTVM MARCHIONEM, in quo Burchardus Episcopus Losannae, Sigerninus Colonienfis, Otto Ratisbonensis Episcopi occisi sunt. PAVLVS LANGIVS in Chronico Citiuenti ad a. 1147. To. I. Pistor. ed. Struv. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1089. p. 140. b. BERTHOLDVS CONSTANTINENSIS ad a. 1088. 89. p. 361. 362. Saxones factione Egberti Marchionis Henrico rebellauerunt, eumque ablatis sibi regalibus insignibus, de obsidione cuiusdam munitiois, in quemdam montem - fugarunt - Henricus perditis regalibus insignibus vix de manibus insequentium eripitur. ANNALES HILDESHEMENSES ad a. 1089. p. 732. Bellum iuxta Glichin (Glichin) castellum - inter Imperatorem Henricum et Egbertum Marchionem in vigilia domini die dominica. Conf. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1089. p. 270. et CHRONICON STEDERBURGENSE ad a. 1090. p. 853. Quantum ad tempus praelii adinet, animaduertendum est, olim, immo adhuc sub Carolo V. Imperatore, annum coepisse a die Iesu Christi festa, qua natalem eiusdem seruatoris celebramus. Annus igitur 1088. ad finem defluxit instante vigilia natalium Iesu et festo natiuitatis Christi inchoato inchoatus est annus 1089. AVCTOR APOLOGIAE pro HENRICO IV. p. 218. To. I. Freher. In Thuringia dimicatum est in ipsa natiuitatis domini vigilia, quae tunc obuenerat die dominica, quando terminum abiecit annus ab incarnatione domini MLXXXVIII, Consentit DODECHINVS. Ceteri paulisper aberrarunt. Origo huius dissidii bellique ciuili ex historia superiorum annorum est deducenda. Egbertus a. 1073. confederationis, quam Saxones et Thuringi Goslariae confauerant, fuerat particeps et socius. Hac de causa Imperator ei marchionatum Misniae, quae tum orientalis vocata, abstulit, et eam ad Ducem Bohemiae Wratislaum transduxit. At vero Egbertus, iniuriae eiusmodi, ut opinabatur, impatiens a. 1076. recuperauit armis victricibus Marchionatum ademptum, inuito Caesare, LAMBERTVS ad a. 1077. p. 419. Quoniam Rex Duci Bohemico Marchiam Misnensem - dederat, Ecbertus Marchio, cuius eadem Marchia erat - puer longe adhuc infra militares annos, - adiuncti sibi Saxonibus Missenen perrexit, omniaque castella, quibus Dux Bohemicus praesidium imposuerat, adnota militari manu recepit, suosque milites, qui desineps contra omnem hostium irruptionem indefessi excubarent, imposuit. Quo facto maiores spiritus sumserat Egbertus, adeo ut Imperator, ipsum sibi suoque diademate Imperatorio ac regali insidiari, publice profiteretur. DIPLOMA HENRICI IV. ad a. 1077. apud WILHELMVM HEDAM p. 139. inter alia: Haec sententia - super Egbertum quondam Marchionem dicta est, ut quod in nos exercere non timuit, in se recipiat, videlicet ut in regno partem non habeat, qui nos integro regno priuare laborat. Interposita tamen hisce simulatibus est qualiscunque reconciliatio. DIPLOMA HENRICI IV. aliud loco excitato: Vniuersis Dei nostrisque fidelibus - notum esse volumus, qualiter nos Egberto Marchioni rebellionem, quam ipse adhuc puer cum ceteris Saxonibus aduersum nos exercuerat quum adrequiendam gratiam nostram humiliatus fuisset, respectu aetatis eius - indulimus. Vulnerum autem leuiter curatum et cicatrice aegre obducta recruduit. Ad annum circiter 1080. Egbertus nec Caesaris nec Saxonum Thuringorumque inter sese discordantium partes amplectebatur. BRVNO in Historia belli Saxonici p. 146. Eckibertus Marchio cum sua legione neutri parti accedens - lentus sedebat. Ancipiti autem periculo preliis modo has modo illas partes sequi coepit, liberaturus prouincias suas a calamitosis belli euentibus, AVCTOR APOLOGIAE pro HENRICO IV. p. 216. Saepo - iunior Egbertus contra regem coniu-

Henrico alteri marchioni armis inlatis, victus fugatusque est: et in commune Principum Saxoniae odium incidit. (6) Collectis tamen copiis animoque, terras episcopatus Hildesheimensis incendiis rapinisque inuasit, Hildesheimium arctissima pressit obsidione et vbique magnitudinem animi ostendit. (7) Quem vero tot heroës deuincere et in laqueum adlicere nequibant, *dux femina facti ADELHEIDIS* Quedlinburgensis et Gandersheimensis Abbatissa, Henrici IV soror, per insidias adgressa est, et immissis percussoribus in mola prope Brunswicum, *Eisenbüttel* dicta, occidendum a. 1090. curauit. (8) Marchionem hunc commendabant proceritas

corpo-

*rauit, saepe etiam sese a consurorum societate ad regem conuertit, et nunc harum, nunc illarum, partium fuit. Quum autem Imperator Saxoniae vires penitus prostraturus esset, et nil eorum praefaret, quod ad angustias proiectus promiserat; vicinorum et Saxoniorum Principum fuit, communi potius libertati quam ambitioni Caesaris fauere. Quare anno 1085. Egbertus, Saxones suos promissis inanibus lactari, indigne ferens, mouit lacertos cum Saxonibus in Henricum ipsum, regem. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1085. p. 100. Saxones pacem petunt et impetrant, pacti, quod omnibus - rebellionem proscriptis sua restituantur. Quod quia factum non est, iterum rebellant, in centore praeceteris Egberto Comite. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1085. p. 269. Recepto a Saxonibus pacifice Henrico, quidam Egbertus Marchio - - armis strenuus et animosus atque distissimus, iterum in Saxonia contra regem tyrannidem suscitauit. HENRICVS IV. in Diplomate apud WILHELMVM HEDAM p. 139. 140. Egbertus denuo, non ratione, non aliqua indictus vel iusta vel probabili causa, sed solo superbiae spiritu elatus, contra pietatem, iustitiam, fidem, et facta nobis sacramenta fidelitatis, non solum honorem, sed et vitam nostram impugnare conatus est. Adeo ut reconciliatos nobis Saxones et Thuringos, quocumque potuit, aduersus nos concitaret, et erecto sigillo Saxoniam et Thuringiam, nobis quam obtinere iurauerat, prohiberet. Eo ipso sectabatur Egbertus Hermannum nouum regem, paulo ante creatum. Accedebat, quod Henricus bona Egberti proscripta haud profusus restituisse, vti quidam dicitabat Egbertus. SIGEBERTVS l. c. Negabat id Caesar. HENRICVS IV. in Diplomate l. c. p. 139. Egberto - rebellionem - - indulgentissimus, sua sibi misericorditer et restituentes, et alia superaddere meditantes. Videtur tamen Egbertus Hermannum secutus, potius ad placendum aliis, quam suomet arbitrio, siquidem fauore singulari eum haud prosequeretur, diadema regium sibi inuidens quam alteri, BERTHOLDVS CONSTANTIENTIS ad a. 1087. 88. p. 360. Hermannus rex (Henricum) cum tanta multitudine Saxonum insecutus est, ut facillime ipsum cum omnibus suis obtineret, si non dolo Egberti Comitis euasisset. Hic nempe Comes gloriae domini sui Heremanni Regis multum inuidens - - concepit animo - (EVM) regno priuare. - - Heremannus Rex natiuitatem domini in Saxonia celebravit, ubi et Egbertus Comes se regnum affectare manifestauit, sed in cassum. Nam Principes regni ei assentiri noluerunt, immo tanto firmiter Regi (HERMANNO) deinceps adhaerere coeperunt. Tantum nihilominus effecisse videtur Egbertus, vt a. 1088. Saxones Hermannum illum e terris suis deturbarent. Hartwigus, Archiepiscopus Magdeburgicus, et Bucco, Halberstadtensis praeful, Ecberti spem inflabant solita vanitate, sed minus serio. AVCTOR APOLOGIAE pro HENRICO IV. p. 216, 218. Hartwigus atque Burchardus auerterunt animum Marchionis (Egberti,) ne seruaret pacis factum ab eis in spem regni adductus, quoniam vt Rex eorum futurus esset, interposita sua fide promiserunt ei - - Postquam Egbertus Marchio decepit Imperatorem - - deinde et ipse pariter deceptus est, quoniam Episcopi eum fecerunt, non ei donantes regnum, quod promiserunt. Haec molimina Egberti non poterant non displicere Imperatori, quare, vt ante demonstratum, hic illi Misnensem Marchionatum abstulit, translatum in Henricum quemdam. Inde inuisiones mutuae, Egberti in Henricum IV. et Caesaris in Egbertum.*

- (6) AVCTOR APOLOGIAE pro HENRICO IV. p. 218. Non diu circa Egbertum Marchionem ultio diuina cessauit, quoniam quum ipse Henricus alteri Saxonum marchioni arma intulisset, plurimis suorum amissis victus, de praelio aufugit, ac deinde quum fuissent manus omnium principum Saxoniae contra eum, et manus eius contra omnes - - occisus est.
- (7) CHRONICON HILDESHEIMENSE in Vita Vdonis Episcopi p. 746. Egberto Marchione Episcopatum nostrum incendiis ac rapinis atrociter inuadente, et muros urbis grauissima obsidione coarctante - - Episcopus ob tutelam sui et defensionem ecclesiae decimas, quae omnes fere illi vacabant, aliasque ecclesiae possessiones coactus est militibus impertiri.
- (8) BERTHOLDVS CONSTANTIENTIS ad a. 1090. p. 363. Egbertus Marchio de Saxonia - - dolo cuiusdam Abbatissae a Quintileninburc sororis - Henrici regis - per insidias occisus est. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1090. p. 102. In Saxonia Egbertus Comes, dum fideles Imperatoris bello insequitur, et ipse perimitur. ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1090. p. 732. Egbertus marchio occisus est. AVCTOR APOLOGIAE pro HENRICO IV. p. 218. Annus tunc erat ab incarnatione Domini M. nonagesimus, quando occisus est - Marchio Egbertus. Fallitur CHRONICI STEDERBURGENSIS auctor, qui annum definit sequentem p. 853. To. I. Leibn. Abbatissa illa fuit Adelheidis soror regis, quae anno 1071. interfuit dedicationi aedis S. Stephani Halberstadtensis. CHRONICON HALBERSTADENSE p. 125. Aderat etiam cum iucunditate quartus Henricus rex, indumentis regalibus insignitus. - Adfuit quoque dedicandae Dei aulae Serenissima Domina Bertha regina cum praecleara matertera sua Irmengarde Ducissa, et sorore regis Adelheide, Quedlinburgensis ecclesiae Abbatissa. Obiter adnoto, Adelheidem primam, Beatricem, et Adelheidam II, Abbatissas Gandersheimensis ac Quedlinburgensis ecclesiae, de gente Imperatorum Franciae orientalis procreatas fuisse. Adelheidis prima fuit soror Contadi II, Imperatoris. CHRONICON QVEDLINBURGENSE ad a. 1025. p. 296.

Rex

ERVATORIBVS)

MONASTERII LIBERI GANDERSHEIMENSIS.

corporis, (9) animus ab ineunte aetate intrepidus (10) et magna concupiscens, (11) minus obstinatus, et vltra modum flexibilis. (12) Collegium S. Cyriaci est institutum ab Egberto et conditum, cui ipse dedit dono molam, in qua interiit. (13) Corpus ipsius vxorisque in aede S. Cyriaci tumulatum, et ante hos circiter triginta annos in templum S. Blasii translatum est. Quum tumulus ipsius effoderetur, cranium vestigia ictus, quo extinctus est, accurate satis praebuit conspicienda. (14) Interfecto Ecberto II, vni-

Rex filiam unicam vnice dilectam, dilectae ac adoptivae sibi et SORORI, Adelheidae videlicet Abbatisae (Quedlinburgensi) nutriendam transmittunt. Mox quoque percepto Dominae Beatricis adventu, praefata Imperialis Abbatisa, - - laeta Quidelingeburgensem metropolim secum duxit. Quo vero honore, ut regiam decuit prolem, - suscipiatur - scire aut facundia in dicendo nulla suppetit. Pater autem Conradi fuit Hezilo Dux Franciae, mater Adalberta (i.e. Adelheida) soror Gerhardi Comitis Alsatici. Quare autem dicitur Adelheidis soror adoptiva Conradi II? Si fuit germana eius, eodem scilicet patre nata, certe vterina non exiitit foror. At Gerhardi frater dictus erat Adelbertus, et soror Adelberta; veritati igitur consentaneum est, Adelheidem seu Adelbertam Abbatisam matre cognomini vsam. Restat igitur, ut Conradus II, et Adelheidis eadem matre, non eodem patre, sint geniti. BEATRIX fuit filia Henrici III, ex Cunihilde seu Cunigunda, quae ex Canuto rege Danorum nata, a. 1036. Nouiomagi ducta in vxorem et a. 1038. vita defuncta fuit. De Beatrice WIPPO p. 442. Regina Chunnelindis coniux Henrici regis - - quasi in limine vitae ingressu mortis occubuit, relinquens tantummodo solam filiolam ex Rege, quam postea pater Christo desponsans in Abbatisam consecrari fecit. LAMENTATIONES Capituli Gandersheimensis ad Paschalem II. ei sororem Adelheidem successisse tradunt. Post obitum eius (Beatricis) soror eius A. successit in eundem locum, quae iterum multum militibus suis erogavit. Sed non soror proprie, sed fratris filia fuit, vti ex Bertholdo Constantiensi et Chronico Quedlinburgensi demonstrat. Facile patet ratio, cur Abbatisae ex gente Francorum regali ortae milites alere debuerint, siquidem in bello Saxonico Francis ac Henrici IV. fautoribus, multoque magis agnatis, illatae sunt noxae calamitosissimae. Episcopus autem Hildesimensis et Abbatisae Gandersheimenses fecuti sunt perpetuo partes Francorum, Quare nullum est dubium, quin praediis fundisque Gandersheimensibus Egbertus II, fuerit infestissimus, eaque de causa odium Adelheidis II, in sese concitauerit.

	Adalberta
	Vx. Hezilonis
	Conradus II. ADELHEIDIS I.
	Imp.
BEATRIX	Henricus III.
	Henricus IV. ADELHEIDIS II.
	Henricus V. ADELHEIDIS III.

is fugatusque est: et in con  
6) Collectis tamen copiis an  
incendis rapinisque intualit  
t vbiq; magnitudinem animi  
scere et in laqueum adlicere  
IS Quedlinburgensis et Gm  
per insidias adgressa est, et in  
m, Eysenbittel dicta, occiden  
ne commendabant proceritas  
corpo  
... et nec harum, nec illarum,  
procurator esse, et vltimum praefat  
... Primum fuit, communi  
... Egbertus, Saxonum lona promissa  
... Henricum ipsum, regem, SIGEBER  
... et impetrant, pater, quod vniu  
... est, iterum rebelles, incedere pra  
... p. 269. Recepto a Saxonibus pacis  
... amfuis atq; ditionis, vltimum in Sa  
... diplomate apud WILHELMUM HE  
... vel iusta vel probabili causa, sed  
... facta nobis sacramenta fidelitatis,  
... Altes vo reconciliatos nobis Saxoni  
... filio Saxoniam et Touringiam, to  
... Hermannum novum regem, pu  
... had prolixo relictisset, vti o  
... HENRICVS IV, in Diplomate  
... riter et resistentes, et alia in  
... potius ad placendum alius, qu  
... ur, diadema regium sibi misit  
... 7. 88. p. 160. Hermannus rex  
... se ipsum cum omnibus suis vni  
... domini sui Hermannus Regu no  
... natus Rex natiuitatem dominu  
... nensestavit, sed in cassum. Non  
... ERM. ANNO) deinceps aduener  
... 088. Saxones Hermannum illu  
... us, et Boico, Halberstadeni pu  
... TOR APOLOGIAE pro HENRICO IV.  
... archiducis (Egberti) ne seruari pati  
... futurus esset, interposita sua hu  
... - - deinde et ipse patris discip  
... ad praesentem. Haec mollissima Eg  
... tratum, hic illi Misenensem Mar  
... nes montuae, Egberti in Henricum  
... ca Egbertum Marchionem alio  
... hioni arma intulisset, plerumq;  
... natus omnium principum Saxo  
... 746. Eberth Marchione Episcopo  
... s grandissima obsequio curantissi  
... mones sere illi vacabant, aliq;  
... certus Maritus de Saxonia - -  
... per insidias occisus est. SIGEBER  
... ones, iam fideles Imperatoris  
... ad a. 1090. p. 712. Egbertus vo  
... 8. Annus tunc erat ab incarnatione  
... Fallitur CHRONICI STEPHANI  
... lebri. Abbatisa illa sui Adelhe  
... thani Halberstadiensis. CHRONIC  
... ortus Henricus rex, indomito  
... na Domina Bertha regina cum pu  
... de. Quedlinburgensis occisus do  
... dan II, Abbatisa Gandersheimen  
... centralis proceritas fuisse. Adelhe  
... LINBURGENSE ad a. 1035. p. 10

- Occisus est Egbertus in molendino quodam Eysenbittel ad Brunuicum. Hoc curate demonstraui Ven. RETHMEYER in Braunschweigischer Historie P. I. c. 3. p. 53.
- (9) RETHMEYER l. c. Es soll sonst dieser Egbert ein grosser starcker Herr gewesen seyn, wie dann sein vnd seines ehelichen Gemahls Contrefait, so an der Mauer der grossen Kirchen gesehen worden, sehr gross gewesen. Als im Jahr 1545. dieses Stifft (S. Cyriaci) zerstoret, ist sein Grab eroffnet, da man vnter dem Altar Gebeine einer Langen Persohn in einem steinernen Sarge gefunden, wovon die alten damals lebenden Leute gesagt, dass daselbst der Herr begraben sey, der diese Kirche gebauet.
- (10) Nam arma iam tractauit, quum puer adhuc esset infra militares annos. LAMBERTVS ad a. 1073. p. 356.
- (11) Concupiuit enim regnum.
- (12) AVCTOR APOLOGIAE pro HENRICO IV. p. 216.
- (13) MEMBRANA S. BLASIANA: Anno domini 1090, obiit Ecbertus Marchio, fundator Cyriaci Martyrii. CONRADVS BOTHO in Chronico picturato ad a. 1090. p. 330. In duffem Tare sande de Keyser vt Vorreders, de scholden syn gemach Marggreve Eggebrecht morden. Duffe Vorreders gyngen to Marggreven Eggebrecht vnde morden syn Gefinde, so toch de Marggreve vt vnde benachtete in syner molen, dat nu Aysenbittel heyt, in dem Slape morden duffe Vorreders Marggreven Eggebrechte, vnde wart begraven upp den barch vor Brunschwick. RETHMEYER l. c.
- (14) Ven. RETHMEYER l. c. pergit: Derselbe Sarg mit den Gebeinen ist noch etwa vor 18. Jahren, wie die Fundamenta vnd Grundsteine der ehemaligen Kirchen ausgegraben worden, wieder gefunden und aufgemacht, da denn noch einige noch lebende Personen bezeugen, die gehauene Wunde in der Hirnschale noch damals gesehen zu haben. Die Gebeine sind zusammen in einen neuen Sarg geleyet, vnd bey der Gertrudis des Marckgrafen Schwester, in die Kirche S. Blasii beygesetzt, auch mit einem neuen Leichenstein verwahret worden. Successit ei Gertrudis. CHRONICON VETVS Ducum Brunuicensium p. 12. ed. Mader. Gertrudis defuncto patre, et fratre a fautoribus imperii interfecto, hereditatem in Brunswick obtinuit. - Et p. 13. Gertrudis nupsit Comiti Hinrico, qui Pinguis dicebatur, qui fuit filius Ottonis de Northeym, Ducis quondam Saxoniae. (intellige per modum procuratoris) CONRADVS BOTHO l. c. p. 330. et ALBERTVS KRANTZIUS Saxon. L. V. c. 44. Egberto occiso, Henricum IV. occupasse, tradunt, Brunuicum. Videtur Imperator haud admodum diu tenuisse id oppidum. Hisce subitico, quod Egbertus in Flesia etiam bona et fundos possederit, quibus dum tuendis intentus esset Hen-

K k k 2

23. Gertrudis heres, Lotharii Saxonis vxor. ca comitatus Brunuicensis heres superfuit *GERTRVDIS*, Ecberti I filia, Ecberti II soror, nupta Henrico Pingui seu Crasso, Northeimensi Comiti, et mater *RIKENZAE*, quae comitatum vtrumque ad maritum Lotharium ducem Saxoniae transtulit. Scopus meus me admonet, vt stemma Lotharii in tabula repraesentem. In eo enim deprehendi *Christianum Comitem*, aduocatum ecclesiae Gandersheimensis sub Adelheide I, quem anxie perquisiui et ruspatus sum, ac tandem inueni.

*BRUNO* de Quersfurt (15)

Vxor Ida

S. Bruno	<i>GERHARDVS</i>	<i>CHRISTIANVS</i> Comes (16)
<i>BVRCHARDVS</i> , Vx, Oda filia Dieterici foror Milonis Comitis	Ida, maritus N. N. <i>GERHARDVS</i> † 1075. Vxor Ita filia Ducis Sueviae Ottonis, nep- tis Mathildis, fororis Ottonis III. <i>LOTHARIVS</i> II. dux Saxo- niae et Imper. Vx, Rikenza,	Wigmannus Co- mes de Seburch Vx, Gisla filia Ot- tonis C. Schwein- furtensis Gero Comes   Wigman- nus Archiep. Magdeburg. † 1193.
Conradus Archiep. Magdeburg.	Burchardus Burggravius Magdeburg.	Hartwiga Abbatissa Gernro- denfis.

24. Domus Wel-  
fica.

Superfunt Duces Saxoniae ex gente Guelfica, qui aduocatos ecclesiae Gandersheimensis collegiatae egerunt. Augustissima et Serenissima progenies Guelfica originem, quantum ad stirpem masculam adinet, sumfit ex Marchionibus Ateftinis, seu de Este. Horum enim e numero fuit *AZO*, qui paullo ante saeculum vndecimum Cunizae seu Cunigundae fidem dedit coniugalem, et ex ea suscepit *Welfonem* seu *Welfum*, qui a. 1071. a rege Henrico IV ducatum Bauariae adsecutus est, et filium habuit eiusdem nominis *Welfum* alterumque *Henricum nigrum*, patrem *Henrici superbi*, auum *Henrici Leonis*. Ex hisce emendandus est *naeuus*, p. 87. supra a typhotheta admissus, qui minus recte *Henricum nigrum* constituit, abusu vncinuli, filium *Welfi*, Ducis Carinthiae. Praemittemus *Cunizae maiores*, decurrendo ad initia vsque saeculi noni. Deinceps eisdem subtexturi sumus *Cunizae* et *Azonis* genus, donec ad primum Ducem Brunuicensem peruenerimus. Originem Guelforum ex *Agilolfingis*, *Warino* et *Isenbardo*, deriuare non videtur operae pretium, nam legem mihi dixi, quae iubet incerta, dubia et plane falsa, nisi veritati minentur exitium, omittere. Auctor *Chronici Weingartensis* vltra *Caroli Magni* tempora non adfurgit, licet summo labore circa finem saeculi XII. plurimos perperit codices. Ipse enim, *Generaciones*, inquit, *principum nostrorum summa diligentia inuestigantes, ac multum in diuersis Chronicis, Historiis, siue antiquis privilegiis quaerendo laborantes, nullum nominatim ante Guelfonem Comitem, qui tempore Caroli M. fuerat, inuenire poteramus. Necessario igitur generationis huius seriem ab eodem incipere oportebat, WELFO I floruit aetate Caroli Magni, dictus*

25. *WELFO I.*

Henricus Pinguis, anno 1106. in Norden haud procul Auriaca interfectus est. Id patet ex *DIPLOMATE HENRICI IV.* apud *WILHELMVM HEDAM* in *Historia Episcoporum Ultraiectinorum* in *Vita Conradi Episcopi* p. 140. Ex beneficiis (Ecberti II.) B. Martino ad Ecclesiam Traiectensem - - quendam Comitatum Frisiae nomine *Oostrogowe*, et *Westrogauwe*, cum omni iure et utilitate, quam *Egbertus* in hoc Comitatu habuit, in proprium tradidimus. Egberti quoque erat *Stavern*. *DIPLOMA* eiusdem *Henrici* aliud p. 139. De bonis iusto iudicio (Ecberto) ablatis, B. Martino speciali *Traiectensis ecclesiae patrono* - - Comitatum quendam de *Stavero* in proprium tradendo firmauimus -

(15) Brunonis per filium *Gerhardum* genealogiam concinnauit ex *CHRONOGRAPHO SAXONE* ad a. 1009. p. 221. *ANNALISTA SAXONE INEDITO* To. I. Leibn. p. 577. et *MAGDEBURGENSI CHRONICO* p. 328. To. II. Meibom. celeberrimus D. *SIMON FRIDERICVS HAHNIUS* in *der Reichs-Historie* P. III. c. 4. §. 1. p. 170. 171.

(16) Brunonis per *Christianum* comitem genus et profapiam addidi ex *CHRONICO FRANCORVM MS.* Mabillonii ad a. 1036.

etus nunc Comes nunc Dux et quidam *Baioariae*. (17) Possedit praedia hereditaria ad lacum *Botanicum*, et in primis castrum *Botanum* (18) vel *Potirum*, *Boden*, vnde lacui adhaesit nomen. Vxor eius fuit *nobilissimi generis Saxonici Hegehwich*, (19) filia Brunonis, et Egberti, qui Ludolfum genuit, soror, (20) ex qua suscepit *ETHICONE M* et *IVDITHAM*, (21) alteram Ludouici Pii coniugem a priuignis misere tractatam. Ethico seu Eticho progenitorem suum in possessione herediorum excepit. Vxorem eius ignorant veteres. Praecipuum id est, quod a nexu seu beneficio feudali bona tenuerit libera. Filium ipsius vocant scriptores *HENRICVM cum curru aureo*. Hic insciente patre in aulam Imperatoris concessit, et comes itinerum eius fuit, inductus tandem, vt beneficii loco partem *Bauariae superioris*, iureiurando fidelitatis obstrictus, acciperet. Qua clientela pater, *iratus, nobilitatem suam et libertatem nimis esse declinatam*, (22) eo percussus est stupore, vt consilium caperet videndi nunquam amplius a se filii, et permotus indignatione, adsumtis comitibus duodecim, fecederet habitatum *infra montana ad villam, quae dicitur Ambirgo*. Sundheimius, intelligit *Ambirgow* in *Bauaria*, quod *Conradus Vrspergensis Amergow* vocat. Locum illum vulgo quaerunt Geographi nostri ad *Ambram flumen*, *Emmer* accolis dictum, qui *Paderbornensem Episcopatum* perfluit, partem comitatus *Lippiensis* ab ortu stringit, et tandem, iuxta oppidulum *Lude pergens*, comitatum manat per *Pirmontanum*, petiturus depressiora loca, per quae in *Visurgim* sese exoneret. Huc ad exemplum aliorum vir experientissimus *SELPVS* collocat *Ambrones*, quorum penes Geographos antiquos latinos et graecos fit mentio. Qui autem *Strabonem*, *Eutropium*, *Plutarchum*, *Epitomen Liuii* et *pogum Ambronicum* inspexerunt curate, *Ambrones*, *Helueticorum* fuisse gentem, non negabunt. *CHRISTOPHORVS CELLARIVS* (23) mecum sentit, qui opiniones recentiorum a se fuisse heic expensas distincte docet. *Miror, Virum*

26.  
ETHICO

- (17) *AVCTOR VITAE LVDOVICI* p. 373. *Ludovicus (Pius) suorum voluntati satisfaciens et vndequaue adductas procerum filias inspiciens, Iudith filiam WELFONIS NOBILISSIMI COMITIS in matrimonium iunxit. THEGANVS §. 23. Ludovicus accepit filiam Welfi Ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bauarorum, et nomen virginis Iudith, quae erat ex parte matris nobilissimi generis Saxonici, eamque reginam constituit. MARIANVS SCOTVS ad a. 821. p. 637. To. I. Pittor. ed. Struv. Ludovicus Imperator Iudith filiam WELFI DVICIS BAIOARIAE reginam sibi sociavit.*
- (18) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 7. p. 784. To. I. Leibn. Hic denique *Guelf (III.)* subiuuenili aetate, quum esset in castro *BOTAMO*, morbo correptus est. *LADISLAVS SVNDHELMIVS* in *Historia de Guelfis* p. 802. In arce *Potamo*, proprie *Potino* prope *Constantiam*.
- (19) *THEGANVS §. 23. AVCTOR ANONTMVS* historiae translationis *Bathildis* reginae §. II. p. 747. To. II. mens. Ianuar. Actor, SS. ad d. 26, et *Sacculo IV. Benedictino P. I. p. 450. Anno vigesimo, imperante cum magna felicitate Hludovico, Serenissimo Augusto, - venit Kala monasterium, ubi venerabilis Abbatissa HEGELWICH, GENITRIX IVDITHAE IMPERATRICES, magno gregi Sanctimonialium praeerat.*
- (20) *IOANNES GEORGIVS* ab *ECCARD* *Notis in Vitam Hathumodae Abbatissae* p. 32. 33. Videatur supra *LVDOVICI VITA* §. 46. p. 86. 87.
- (21) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 2. p. 782. *Welfo genuit filium Ethichonem nomine et filiam Iudith, quam - Ludewicus Imperator, cognomento pius - duxit uxorem. De Iuditha ex professo scripsit IOACHIMVS FRIDERICVS FELLERS* in *des Braunschweig-Lüneburgischen Haufes Genealogischer Historie* c. III. p. 19. 19q.
- (22) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 3. p. 782. *Ethicho Iudithae frater patri defuncto pius heres successit, qui genuit filium Henricum nomine. Hic itaque Henricus quum ad militares annos peruenisset, et suae voluntatis compos fieret, ignorante patre ad Imperatorem se contulit. Quumque illi summa familiaritate sociaretur, et totius Imperii vires, terminos eius circumeundo et pertranscundo cognosceret, tandem consilio Principum et maxime ipsius Imperatoris instinctu homagium ei et subiunctionem fecit, et in beneficio quatuor milia mansuum in superioribus partibus *Bauariae* ab eo suscepit. Quod quum Pater eius percepisset, iratus, nobilitatem suam et libertatem nimis esse declinatam, vltra quam credi possit, consternatus animo dolorem suum omnibus suis caris exposuit, et assumptis XII, ex illis, *infra montana ad villam, quae dicitur AMBIRGO*, regalibus aedificiis et possessionibus ditissimis relictis fecerit, et ibi, non a modo visurus filium suum, consenuit. Coepit et ibidem collectis monachis Cellam construere, in qua postmodum cum XII. suis humatus requiescit. SVNDHELMIVS p. 801. verbis paullulum immutatis haec repetit, addens, eum construxisse locum ad montes prope villam *Ambirgow* in *Bauaria*. Constat autem, *Sundhemii* illud scriptum non adeo esse antiquum, cuius quippe auctor fuit *Canonicus apud Viennam Austriae, ex Rauensburgio patrimoniali Guelforum oppido oriundum.**
- (23) In *Notitia orbis antiqui* L. II. c. 3. p. 276. 280.

Kk k 3

GERTRVDIS, Ecberti I filii  
Crafo, Northemensi Comitum  
umque ad manum Lotharum  
e admonet, vt stemma Lotharum  
rehendi *Christum Comitem*, et  
delheide I, quem anxie per-

WILHELMVS Comes (10)  
Willelmus Comes  
de Scharzh  
de Lünburg  
de Lünburg  
Schweizer  
reudis

Hartwig  
Abbatia  
Gerwede  
denis

elfica, qui aduocatus est  
Augustissima et Serenissima  
pem masculam adinet,  
Horum enim e numero  
Cunizae seu Cunigundae  
ionem seu Welfum, qui a  
utus est, et filium habuit  
am nigrum, patrem Henrici  
endandus est natus, p. 782.  
te Henricum nigrum comitem  
inthiae. Praemittemus Cuius  
li noni. Deinceps eisdem  
onec ad primum Ducem  
rum ex Agilolfingis, Welfum  
retium, nam legem mihi de  
veritati minentur exitum  
vltra Caroli Magni tempo  
saeculi XII. plurimos pen  
principum nostrorum summi  
cis, Historiis, sine antiquis pro  
Guelfonem Comitem, qui in  
laro igitur generationis huius  
uit aetate Caroli Magni, b

interfectus est. Id patet ex  
ia Episcoporum Vltraeicorum  
tino ad Ecclesiam Tricenten-  
e, cum omni iure et utilitate, po  
i quoque erat *Stavem*. *DIPLOMA*  
ablatis, B. Martino speciali  
proprium tradendo *fratrum*  
*CHRONOGRAPHO SARDONIA* ad  
p. 577. et *MAG DESFRIGENS*  
*DERICVS HAHNVS* in *des*  
ex *CHRONICO FRANCONUM* ad



Virum adamantinae diligentiae et ex asse historicum IOANNEM FRIDERICVM PFEFFINGERVM (24) scribere hunc in modum: *Ambraga pagus ad Ambram fluium, hodie Emmer, qui Paderbornensem agrum rigat. Quod paullo post denuo repetit. Vt hoc ita esse ostendat, prouocat ad Diploma Ottonis II et Henrici sancti, a Leuckfeldio (a) editum. Qui autem haud ignorant, loca diplomatibus illis significata inueniri in tractu conuallis, quae inde a Stauffenburgo et Gesa sub radicibus montis Hercinici australis decurrit ad oppidum Bokenem et Sleueke; ei nullo pacto a situ vero Ambragae pagi definiendo sese dimoueri patientur. In eo enim olim fuisse dicuntur *Patelecke* et *Daleheim*, quae sunt *Bidelage* olim curtis, nunc praefecturae domicilium, et *Dalem* pagus, qui olim *Dalehem* et *Daleheim* vocabatur. Luculentissime hoc patescit ex diplomate Ottonis III a. 1001, dato, quod *NICOLAUS SCATENIUS* exhibet. (b) Inibi enim Otto III Episcopo Hildesheimensi, praeceptori olim suo, Berwardo partem hereditatis suae donat. Verba, quae huc spectant, sic habent: *Partem nostrae hereditatis sibi (ipsi Berwardo) suaeque ecclesiae, cui praefidet, et fratribus ibidem Domino militantibus ob recordationem carissimorum progenitorum nostrorum et pro animae nostrae remedio regia largitione in proprium tradimus, hoc est, castellum Dalehem nominatum, situm autem infra eiusdem episcopatus terminos in pago Hassala siue Ambergau in comitatu filiorum Eberthi Comitum et nepotis nostri, cum villis et areis, ecclesiis et aedificiis, mancipiis utriusque sexus - Fiscum etiam, quem huc usque ad nostras manus de liberis hominibus per eundem pagum recepimus, pari sententia Episcopo et fratribus nostris in Domino carissimis perpetualiter largimur. Quis sustinebit adfirmare, Ottonis III aetate terminos Episcopatus Hildesheimensis ad Emmeram per Comitatum Lippicum et Pirmontanum patuisse? Hassala videtur esse *Asla* et *Aslo*, quod profapia quaedam Comitum Wincenburgenis tenuit saeculo XI et XII. Pagus ille sic dictus est ab *Asla* castello, quod Eckbertus ille Comes, cuius filios Otto III commemorat, tenuit in potestate sua. (c) In Hassala seu Ambergau aduocatum indubie exercuerunt Egbertus ille, Wigmanni iunioris frater, et *Wigmannus*, vnus de Egberti filiis. Qui norunt, Wigmannum seniore, Hermann Billungi fratrem, et Wigmanni iunioris ac Egberti patrem delegisse sibi uxorem Ottonis Illustris filiam, ex quo per Henricum Aucupem et duos Ottones Otto III genitus est, ei intelligent rationem, cur Otto III Egbertum vocet nepotem suum, id est, cognatum. Succurrit memoriae argumentum nouum, quo situs Ambragae extra dubitationem ponitur. *Sehusa* seu *Sesa* in radicibus Hercinici iugi collocata pertinet ad pagum *Ambergauve*, uti dicimus ex charta Ottonis II a. 974. data, quam in vita Gerbergae Abbatis in medium adferemus. (d) Obiter adnoto, *Sehusam* fuisse praedium, ciuitatem vero ad id spectantem *Sehusaburg* dictam esse. Wigmannus Comes, genere Querfurtanus, tenuit hanc urbem *Sehusaburg* ex beneficio Abbatis Gandersheimensis, indeque dictus fuit, ni fallor, *Comes de Seburch*. Si enim Christianus, eiusdem progenitor, aduocatus fuit ecclesiae Gandersheimensis per praedia in Ambragae confiniis sita; ratio e longinquo petenda non est, cur filius comitatum Seburgensem in clientelam fiduciarum accipere**

(24) Ad Vitriarium P. II. p. 576. Fuisse tamen *Ambergau* in superiori Bauaria, videtur innotescere ex Charta Welfi, Ducis Bauariae apud *GEWOLDVM* Addit. To. III. ad Hundii Metrop. Salisburg. p. 159. et ex alia Emichonis, Episcopi Frisingensis ad a. 1298. p. 185. 186. Quia autem Ethicho Henricum filium videre amplius noluit, profecto non fecerit eo, ubi hic quatuor millia mansuum hinc inde in beneficium clientelare susceperat.

(a) In Antiqq. Gandersh. c. XIV. p. 114. 115. et 107.

(b) Annal. Paderborn. L. IV. ad a. 1001. p. 357.

(c) *Aslan* haud procul *Ringelheimio* ad Bokenum in Episcopatu Hildesheimensi fuit situm, *AVCTOR* Vitae Meinwerci c. 32. n. 7. p. 529. *Alius* Ecclesiae eiusdem (Paderbornensis) *Canonicus* nomine *Volcmarus* cum assensu fratrum duorum *Nitbingi* et *Wirinhardi*, duo praedia *Holtheim* et *ASLAN*, in die S. Lamberti, in quodam loco, qui dicitur *RINGHELMI*, dedit *Patherb. Ecclesiae*, *Eilberto*, in praesentia *Liudulfi*, *Erponis*, *Benne*, *Ekkikonis*, *Liudulfi* Comitum et aliorum multorum, omni contradictione remota, id accipiente. In proximo erant *Auga*, *Netega*, *Hessaga*, quorum fit mentio c. 118. p. 562. ab omnibus *Aue* prope *Westerhofen*, *Nete* ad *Bokenem*, et *Hessen* pagum prope *Osteruicum* dicta, Pagus *Nete* superest prope *Bokenem*.

(d) *CHRONICON WEINGARTENSE* loco adlato.

cipere potuerit. Ex hisce, illustratione quadam perfusus, intelligitur procul dubio verus situs tractus vetusti, qui *Ambergau*, *Ambraga*, *Ambergavui*, olim adpellabatur, porrectus per vallem ab austro in septemtriones procurrentem, quae nunc exhibet praefecturam et oppidum *Sehusam* seu *Sesam* ditionis Brunsvicensis, praefecturam Bidelagensem; in qua est *Dalem*, potestatis supremae Hildesheimensis, oppidum Bokenum et partem praefecturae Woldenbergensis. Si quis adhuc dubitat, eum convincet residua Ambergau denominatio ad Bokenem, modicum tractum denotans. Nunc tandem formanda est quaestio, quorsum concesserit senex Ethico, pertaeus filium suum, egregiae et auitae libertatis contemptorem? Oppidum Ambergae, in Palatinatu superiore obuium, obuersatur menti; simul atque villam Ambergam legimus vel audimus. Mihi autem liceat intelligere *Ambergam* seu pagum *Ambergau* in vicinia nostra, ad vnum milliare, et quod alicubi excurrit, Gandershemio distantem. Rationes, cur ita sentiam, enumerabo sequentes. Ethico, filium fugiturus, nec amplius conspecturus, Ambergam abiit; non concessit in Bauariam, quippe in qua, et quidem superiore, filius Henricus ex beneficio Imperatoris consecutus erat possessiones. Nerusus argumenti e scopo et fine Athiconis est depromtus. *Ambergo*, *Ambrigo*, *Amergou*, *Ambergau*, vnum idemque est, nec adiecta vlla distinctione apud veteres occurrit. Qui ex supra adlatis meminerunt, *Hedwigem* Brunonis filiam, *Egberti* autem sororem, fuisse, Ottonesque in Ambergau a parentibus tenuisse hereditarias possessiones; eis a veritate alienum haud videbitur, Ethiconem, *Hedwigis* filium, concessisse in pagum Ambergau ad praedia *Egberti* et *Ludolfi*, ad Saxones libertatis tenacissimos, ad adfines ingenuae et egregiae libertatis viros. Ethico coepit ibidem in *Ambergau* cellam collectis monachis construere, in qua postmodum cum amicis suis duodecim contumulatus requiescit. (e) In coniecturam venio, cellam istam exstructam fuisse in loco, vbi nunc est inferior pars pagi *Mechtshausen*. Locus enim hic situs est in Ambergau, partes murorum et sepulcra nonnulla ostentat, atque in proximo habet adiacentem *monachorum campum* (den Mönneke kamp.) Adpellatio ipsa *domicilium Ethiconis monachorum* indicat, quasi dixeris *Monkethushusen*. Olim saepe simpliciter vocatus est pagus iste *Ethichusen* et *Hattichusen*. **HENRICVS** Ethiconis filius dictus est *cum curru auro*. Fingunt plerique, hoc nomen ei obtigisse, eo quod rex ei praeter alia beneficia tantum de praediis suis in possessionem se daturum promisit, quantum longissima aestatis die curru aureo circuire posset. (f) Amplitudinem et dignitatem summam domus Guelfica

iam

- (c) *CHRONICON VETVS* Ducum Brunsvicensium p. 14. ed. Mader. *Temporibus Karoli erat quidam Ethico, princeps magnus, qui pro generis sui excellentia nulli hominum pro phoco humiliare se volebat, cuius filiam (sororem intellige) Ludovicus rex filius Karoli, duxit in uxorem. Haec persuasit Henrico Ethiconis filio, fratri suo (nepoti ex fratre,) ut Vasallus fieret mariti sui Ludovici, quo renuente, tandem de hoc facto a Rege conuentus est. Cui et a rege promissum est, quod praeter alia beneficia tantum de praediis suis in proprietatem ei daret, quantum in die aestatis longissima cum curru aureo circuiret; quo promisso illectus, de auro curriculum fabricans, et cum in sinu reponens, socios et equos veloces sibi adhibuit et in die aestiva montem, qui Mersborch (Merenbach legit Chronicon vetus Saxon,) dicitur, circuiuit. Deinde ad Regem rediit, et Rex ei montem cum Ducatu Bauariae dereliquit. Ethico de facto filii indignatus, in solitudine vitam agens priuatam moritur, nec vlli esse subditus dignabatur, unde CVM CVRRV AVREO dicebatur. Auctor huius Chronici, qui circa annum 1280. vixit, duas adfert rationes de illa cognominatione, quae a curru aureo tracta fuit, vnam fabulosam; alteram veram: vtramque aduersa fronte pugnantem. Nunc Ethiconem refert de curru aureo vel cum aureo curru dictum, eo quod neminis imperio subditus esse volebat. Nunc Henricum refert sic dictum, propterea quod curriculo aureo iustrauerit et circuiret tractus agrorum bene multos. Fabulosum est posterius, licet commemoretur a CONRADO BOTHONE p. 297. et AVENTINO in Annal. Boic. L. VI. Mea haec est sententia, Welfos tum praedia sua et patrimonia nemini obtulisse in feudum ac nexum beneficiarium; Henricum vero sua, vti beneficia a Carolingis quidem accepisse, sed in feudum solis, quod omni onere et recognitione pecuniaria vacat, ac hereditarium profus est, habita tamen feloniam qualiscunque euitandae ratione. Id praecipue Ethiconem male habuit, quod filius iusiurandum clientelare de praediis Bauaricis in feudum susceptis praestitisset. Ethico dictus est cum curru aureo, quod foli, qui imagine curru aurei notari solet, duntaxat sua debebat bona, quippe hereditaria, et neminis iurisdictioni superiori obnoxia. Idem nomen in filium transiit fortasse, eo quod patrimonia auita in eundem modum possederit.*
- (f) Vid. iamjam in nota (e) adlata.

historicum IOANNEM Fil  
re hunc in modum: Ambr  
aderbornensem agrum rigat. Quo  
ostendat, prouocat ad Diploma  
(a) editum. Qui autem haud  
ueniri in tractu conuallis, que  
montis Hercini australis de  
nullo pacto a situ vero Am  
atur. In eo enim olim fuisse  
olim olim curis, nunc praef  
Dalehem et Daleheim vo  
diplomate Ottonis III a. 1001.  
libet. (b) Imhi enim Otto III  
suo, Berwardo partem her  
ant, sic habent: Partem infra  
tas, cui praefidet, et fratrum di  
tiosorum progenitorum nostrorum a  
prius tradimus, hoc est, castellum  
episcopatus terminis in pago Hef  
vicit et nepoti nostro, cum vil  
ne sexus. Fisum etiam, quem  
eundem pagum recepimus, pa  
rissimis perpetuiter largimur.  
rminos Episcopatus Hilde  
et Pirmontanum patuisse  
a quaedam Comitum W  
us ille sic dictus est ab al  
lios Otto III commemor  
bergau aduocatum indi  
s frater, et Wigmannus, v  
seniorem, Hermanni Billi  
patrem delegisse sibi vnu  
m Aucupem et duos Otton  
, cur Otto III Egbertum no  
trit memoriae argumentum  
nem ponitur. *Schola* seu *Sch  
et pagum Ambergau, vti dicitur  
vita Gerbergae Abbatissae  
fuisse praedium, cito  
n esse. Wigmannus Come  
ulaburg ex beneficio Abbe  
ni fallor, Comes de Sebura  
ocatus fuit ecclesiae Gander  
za; ratio e longinquo pete  
in clientelam fiduciarium a  
ciper*

ori Hunia, videtur innotescere  
ad Huni Metrop. Salisburg  
15. 186. Quia autem Ethico Ho  
hic quatuor milia mansuum ha

ebemensi fuit suum. APTI) i  
orientis) Canonici vniuersi Hino  
relia Holtheim et ASLAN, in die  
rb. Ecclesiae. Eilberti, in praef  
om multorum, vni contractum  
uorum fit mentio, ubi p. 182.  
um prope Ostericum dicit. Page

- iam acquirere coepit, regio more conformata, ita vt quaeque officia in illa, hoc est, ministeria Dapiferi, Pincernae, Marschalli, Camerarii et Signiferi per Comites virosque simili dignitate conspicuos administrarentur, et familiae tam maiori quam minori vnus de curiae summatibus (*Advocatum* nominabant) praeficeretur, qui loco Guelforum, et Guelfis innexorum, staret in iudiciis regum, ducum et iudicum. (g) Mortuo Ethicone Henricus monachos ad villam Altenmünster, vbi S. Alto confessor sepultus est, cum omnibus suis transtulit, eisque Abbatem praefecit. Interiecto aliquo tempore Abbatiam virginibus votiuis iunctam in villa Altorfensi, haud procul lacu Podamico, exstruxit. (h) Vxorem duxit *BEATAM* de *Hohvvarde in Bavaria*, ex qua tres filios progenit, S. Conradum, Constantiensem postea Episcopum, Etichonem, et *RVDOLFVM*. (i) Sundhemius docet, *Hohvvarde*, (speculam altam) olim fuisse claustrum et comitatum prope S. Leonhardum in Inichehofen situm, sua autem aetate aedem votiuam virginum sacrarum ordinis Benedictini, quinque miliaribus ab Augusta Vindellicorum distantem. (k) *CONRADVS* a. 934. Notingo Episcopo Constantiensi successit, et, ecclesia sua insigniter locupletata, a. 974. VI. Kal. Decembris e vita discessit. (l) *ETICHO* ex concubina vnica procreauit filiam, deinde vitam Monacho conuenientem delegit, tandem vero Constantiae in templo S. Mauritii sepultus est. (m) *RVDOLFVS* a scriptoribus succin-

cte

- (g) *CHRONICON WEINGARTENSE* p. 781. *Potiti terra et habitatione cuncta, confortati nostri vires suas ultra protendere, et in diuersis prouinciis praedia et dignitates sibi accumulare coeperunt. Vnde et in tantum ditati sunt diuitiis et honoribus, Regibus praestantiores, ipsi quoque Romano Imperatori homagium facere recusabant, et viribus propriis confisi omnes terminos suos per se magna industria et fortitudine defendebant. Domum quoque suam regio more ordinabant, vt ita quaeque officia in eis, id est, ministeria Dapiferi, Pincernae, Marschalci, Camerarii, Signiferi per Comites vel eis aequipollentes regerentur. Praefecerant etiam familiae suae (nonnulla defunt) iam maiori, minori vnus de maioribus curiae, quem nominabant *Advocatum*, qui vice sua pro omnibus suis staret coram Regibus seu Ducibus, vel aliis iudicibus et in quacunque causa vel querimonia pro eis responderet.*
- (h) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 3. p. 782. *Henricus autem volens omnimodis dolorem patris mitigare, prouinciam eius fugit, nec tamen solatium necessitudinis ei subtraxit, omnia enim sua illi confinia ex integro administrandum ei subiecit. Deinde comperta patris morte Henricus considerans locum, vbi cella incepta fuerat, incommodum et difficilem claustralibus, ad villam, quae dicitur *Altenmünster*, vbi S. Alto confessor requiescit, supradictos Monachos cum omnibus suis transtulit, et Abbatiam ibi satis religiosam et diuitem perfecit. Postea et in Altorfensi villa Abbatiam cum sanctimonialibus (ordinis S. Benedictini, vt habet *SVNDHEIMVS* p. 801.) in loco, vbi nunc parochialis Ecclesia est, construxit.*
- (i) *CHRONICON* idem l. c. *Idem Henricus vxorem duxit de *Hohvvarde in Bauaria*, *BEATAM* nomine, ex qua tres filios genuit, S. *CONRADVM*, Constantiensem Episcopum, *ETICHONEM* et *RVDOLFVM* Ladislaus *SVNDHEIMVS* p. 801. *Beata eius vxor Comitissa de *Hohenwart*, natione in *Bauaria* sita, et *Hohenward* olim fuit castrum et Comitatus prope sanctum Leonhardum in *Inichehofen* situm, nunc est monasterium monialium ordinis sancti Benedicti quinque miliaria ab *Augusta Vindellicorum* distans: ibi quiescit sancta *Pachilla* virgo. *ARBOR GVELFONVM* p. 668. To. III. Leibn. *VITA S. CONRADI* p. I. To. II. Leibn. *Hic ex Comitibus de *Altdorff* natus est, patre videlicet *Henrico* auo *Etichone*, matre autem *Beata*, Comitissa de *Hohenwart* Ducatus *Bauariae*. *WIGVLEIVS* Hundius in *Metrop. Salsburg. T. II. p. 372. Alta specula olim arx Comitum *Andecens.* et *Taurensum*, qua inter *Halam* et *Oenipontem* antiquitus habitantes; inde hoc monasterium in hodiernum diem certos habet redditus.****
- (k) Locum modo dedi in (i) ex p. 801.
- (l) *CONRADVS VRSPERGENSIS* ad a. 934. *Anno Domini 934. Notingus Episcopus Constantiensis obiit, cui *Conradus* successit genere clarissimus. *HERMANNVS CONTRACTVS* in *Chronico* ad a. 934. p. 258. *Constantiae Notingo Episcopo defuncto, *Conradus*, genere et vita clarus, praesul ordinatus, 41. per annos nobiliter rexit Ecclesiam. IDEM* ad a. 974. p. 266. *Constantiae *Conradus*, sanctae memoriae Episcopus, cui *Gamenolfus* successit, 6. Kal. Decemb. hac vita decessit. *VITA S. CONRADI* p. I. Construxit Episcopus ille *Conradus* basilicas tres, scilicet S. *Mauritii*, S. *Ioannis* et S. *Pauli*, quae tunc fuit extra muros *Constantiae*. Sanctus quoque ille *Conradus* tempore, quo ecclesiae praesuit, pro *Dominici* sepulcri visitatione ter mare transfretauit. Praesedit autem annis 42. et vitam finiit anno domini 974. *Ottone* secundo Imperatore regnante, sexto Kalend. Decembris. Vitam *Conradi* huius ediderunt *IOANNES PISTORIUS* To. III. script. rer. Germ. in *Chronico Constantiensi* p. 638. sqq. seu p. 711. sq. ed. *Struv.* ac *GVILIELMVS GOTHOFREDVS LEIBNITIVS* To. II. Script. Brunsvic. p. I. sqq.**
- (m) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 3. p. 783. *Eticho frater eius (Conradi) sine legitimi matrimonii copulatione discessit et *Constantiae* iuxta supra dictam Ecclesiam sepultus est. Genuit tamen ex quadam de ministrualibus suis filiam, quam frater eius *Rudolfus* libertate donatam, pro amore fratris, cuidam nobili de *Retia* *Cursensi* cum largis praediis copulauit. Ex qua illi de *Hecilsella*, de *Vstera*, de *Raprechteswillare* et eorum cognatio descenderunt. *SVNDHEIMVS* p. 802. *Hic ex concubina sua genuit vnica filiam, quam *Rudolfus* eius frater cuidam nobili ex *Retia* *Cursensi* largis praediis copulauit - *Ethico* postea monachus factus post mortem suam *Constantias* in Ecclesia sancti *Mauritii* sepultus fuit.**

cte descriptus est, quippe qui tranquillam videtur transegisse aetatem. Vxor eius vocatur Ita de Oninge, filia Conradi et Richluidae. (n) Richluidam tradunt ex Ottone Magno seu primo fuisse natam. Oninge est in Hegouia ad lacum Potamicum sita, nunc pagus, cui praeesit Episcopus Constantiensis. Ex Ita Rudolphus generavit filios duos HENRICVM et WELFONEM filiamque, cui Richardae fuit nomen. Henricus in flore aetatis ad pubertatem adspirantis interiit in valle iuxta villam Lenau ad Athesin inter Meranum et Botzenam, saxo percussus, quum venatione sese oblectaret. (o) Richgarda vni Comitum Bauariae praecipuorum matrimonio cessit, quod liberis caruit, foundationibus vero coenobiorum secundum fuit et

(u) CHRONICON WEINGARTENSE c. 4. p. 783. Rudolphus frater superiorum accepit uxorem de Oninge, Itam nomine, cuius pater Cuno nobilissimus Comes. Mater vero eius filia Ottonis Magni Imperatoris Richluid nomine. Hic itaque Cuno quatuor filios progeniuit Eggebertum, Leapaldum, Luistoldum, Cunonem; - Rudolphus praefatus ex sua Ita duos filios Henricum et Welfonem et filiam Richardam nomine progeniuit. SYNDHEMIVS p. 802. Oningae situm in Sucuiae parte, quae Hegouia fuit dicta, determinat. Nunc Oninga est pagus habens praeposituram ad lacum Podamicum, subiectus iurisdictioni Constantiensis Episcopi, qui exinde inter alias adpellationes honorarias sese adpellat dominum Augiae diuitis (Reichenau) et Oeningae. Quantum ad Richluidam adinet, iam LEIBNITIVS in notula infra posita, quam FELLERS l. c. c. 4. §. I. p. III. scrupulum mouent. Hi enim monent, Ottonis M. generum Cunonem fuisse Ducem Lotharingensium. Verum quid inde? Cuno seu Conradus erat omnino Dux Lotharingiae Wernerii Franconiae Comitis filius, frater Hermanni et Vdonis seu Ottonis. At quis nescit, Comites et Duces promiscue tum dictos fuisse Principes? Nonne fuit Comes Franconiae Conradus Comitisque filius? Is a. 947. celebravit nuptias cum Luitgarda Ottonis M. filia. Plura dant WITICHINDVS Annal. L. I. p. 640. CONTINVATOR REGINONIS ad a. 943. p. 77. et ed. Struv. p. 104. LUTPRANDVS Histor. sui temporis L. IV. c. 10. p. 134. & c. 16. p. 138. RYOTGERVS in Vita Brunonis Colonienfis p. 278. To. I. Leibn. OTTO FRISINGENSIS Chronic. L. VI. c. 20. p. 128. Vocatur etiam dux Wormaciensis vti a Frisingensi l. c. ac ALBERICO ad a. 944. p. 281. et Dux Bulloni, ab eodem ad a. 1024. p. 56. EKKEHARDVS minimus, Decanus S. Galli, in Vita Notkeri Balbuli c. 31. p. 245. apud Goldastum Alamannicarum rerum To. I. Part. II. vocat eum Ducem Meranum, generum Ottonis Imperatoris, Henricus Rudolphi filius ad Meranum exercuit venationem in praediis hereditariis. Quomodo haec stare possent, ni per Richluidam seu Luitgardam ea ad Cunonem, et ex huius filia Ita ad Rudolphum venisse fateamur? Haec sub conspectum vnicum reuocata, sic sese habent;

WERNERVS

Comes Franconicus  
CONRADVS sapiens, Hermannus. Vdo.  
rufus, et diues. Comes Franconiae, Dux Lotharingiae a. 944. Burggravius Wormaciae, Dux Meranii. Vxor Luitgarda a. 947. filia Ottonis Magni

OTTO, Ita, Dux Francon. vxor Carentinorum et Veronensium Comes. Rudolphi Welfici. Welfo II.

HENRICVS seu HEZILO CONRADVS seu CVNO. Vxor Adelheid ex Alsatia, foror Gerhardi et Adelbertae Viridunensis. Ipse

Conradus II, Salicus Imperator.

† 1011.  
CONRADVS Dux Franc. et Carentinorum, competitor regni. † 1039.

BEATRIX vx. marchionis Bonifacii.

(o) CHRONICON WEINGARTENSE c. 4. p. 783. Rudolphus praefatus ex sua Ita duos filios Henricum et Welfonem et filiam, Richgardam nomine, progeniuit. Hic est Henricus, qui sub annis adolescentiae in venusta valle iuxta villam LOVNON in venatione saxo percussus interiit. SYNDHEMIVS p. 802. Henricus Comes de Altdorff filius Rudolphi Comitis - pulchritudine nimia conspicuus, compositus adolescens, in valle venusta prope im Virstgen iuxta villam Lenau prope Pulsionum oppidum, vulgari potz (Botzen) in Athesi in venatione saxo percussus interiit, et ut anima eius Deo commendabilior esset, monasterio Weingarden praedium in Mingoldefaus donauit. AVENTINVS in Bayerischer Chronica L. VI. p. 363.

ta, ita vt quaeque officia in  
farfchali, Camerarij et Signi  
conspicuos administrarentur, et  
curiae summis (Advocatum  
rum, et Gueffinnexorum, su  
Mortuo Ethicone Heinricus  
Alto confessor sepultus est, cum  
necit. Interiecto aliquo tem  
in villa Altorienfi, haud procul  
BEATAM de Hiberniarte in  
stratum, Constantiensem possi  
M. (i) Sundhemius docet, Ho  
strum et comitatum prope S.  
em aetate aedem vobiam vir  
de militibus ab Augusti Vinde  
4. Notingo Episcopo Constans  
pletata, a. 974. VLKAL Decem  
Abina vnicum procreavit filiam  
git, tandem vero Constantiae  
VOLFFS a scriptoribus succin  
cte

29.  
WELFO II.

et commendabile. (p) Comitem illum Bauariae Sundheimius vocat *Eberhardum Comitem de Sempt et Ebersberg*; Adlzreiterus *Adalberonem ultimum Ebersbergae Comitem*. (q) Rudolfus a fratre Conrado Episcopo Constantiensi praedia nonnulla accepit interuentu permutationis, videlicet *Altorf, Wolpteswende* seu *Wolprechtshwendi, Berge, Fronhouen* cum annexis iuribus atque possessionibus, ac omnia trans fluuium nostrum *Scutzinam* sita. Conradus recepit pro eis a patre olim obtentis bonis remotiora, nempe *Enselingen, Andilungen*, in *Alsatia Colmaria*, et *Lugenitz* infra *Rhetiam Curiensem* ad *Amidis flumen*, (r) quae tradidit episcopatu Constantiensi. Rudolfus, incertum est quo tempore, expirauit, in coenobio *Altorfensi* iuxta patrem et matrem humatus. (s) Successit parenti *WELFO II*, clarissimus iuxta ac origine factionum *Guelficae* et *Gibellinicae* memorabilis. *Guelfica* ab hoc *Welfo* seu *Guelfo* nomen sumit; *Gibellinica* e contrario ab vrbe *Weiblinga*. Tenuissima huius dissensionis, per nonnullas saeculorum decursiones propagatae, semina in anno 1024. quaerenda sunt. Eo enim exeunte designandus erat nouus rex Germanorum. Potissimi competitores tanti fastigii erant *Conradi* duo, alter *Conradi* filius, alter *Salicus*; vterque *Dux Franciae orientalis*, (t) et propinqua cognatione inuicem coniunctus. *Salico* igitur in regem 8. Sept. 1024. renunciato, *Conradus* alter cum fautoribus suis, *Ernesto Sueuorum Duce*, *Friderico Lothariae superioris Duce* et *Welfone II* speciem praebat rebellionis mox excitandae. Hi enim *Germaniae* proceres anno 1025, quum *Conradus Salicus* in *Italia* versaretur, vrbes suas omni arte munierunt. (u) *Machina* in regem fabricata anno tandem 1027. euentu infelici concidit, et euanuit. *Welfus*, ex improviso *Brunonem*, *Augustanum Episcopum*, in episcopali sede aggressus, vrbe diripuit, thesaurum episcopi auexit, eiusque regionem ferro et (x) igni vastauit. *Ernestus Alsatiam* infestauit, *Burgundiam* in-

- (p) *CHRONICON WEINGARTENSE* l. c. *Rihgardam* vnus de maioribus *Baioariae* Comitibus uxorem accepit. Sed quia ex ea heredem non habuit, tres abbatias ex suis praediis magnifice, vt adhuc cernitur, fundauit, quae sunt *Ebersperg, Cubach, Gisinweld* (*Geylßenfeld Sundheimius*.) Et insuper *Gulfoni* fratri *Vxor*is suae *villas Vtingen et Selmbach* (*Vbenbach Sundheim*.) cum omnibus appenditiis suis donauit, ipsaque *Richardis Eberspergae* (in monasterio *Monachorum* ordinis *S. Benedicti, Sundheim*.) sepulta.
- (q) *SYNDHEIMIVS* p. 802. *Rihgardae* maritum vocat *Eberhardum Comitem de Sempt et Ebersberg*. *ADLZREITERVS* in *Annal. Boicae gentis P. I. L. XVI. c. 14. p. 406. sq.* cum adpellat *Adalberonem ultimum Ebersbergae Comitem*. Conf. *WIGVLEIVS HVNDIVS* in *Bayrischen Stamm-Buche* Part. I. p. 141. Idem in *Metropoli Salisburgensi* Tom. II. p. 275. exhibet *Diploma Henrici III.* quo donationem et fundationem *Adalberonis* confirmat.
- (r) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 3. p. 782. sq. *Sanctus Conradus* in *Episcopatum* promotus, patrimonium, quod a *Patre* possederat, *Altorf, et Wolpteswende, Berge, Fronhouen*, cum suis attinentiis, et omnia ultra fluuium nostrum *Stutzina* sita, sicut hodie ad nos pertinent, fratri suo per concambium donauit, et ipse ab eo remotiora recepit, id est, *Enselingen, Andilungen*, cum omnibus appenditiis suis, et in *Alsatia Colmar*, et infra *Retiam Curiensem* *Amidis fluminis* *Lugenitz*. Quae omnia *Ecclesiae* suae *Constantiensi*, partim fratribus maioris *Ecclesiae* ad meliorationem praebendae, partim fratribus illi, quos canonicis in *ecclesia S. Mauriti* ordinauerat, contraxit. In *CHRONICO CONSTANTIENSI* ad *Decanatum Rauenspurgensem* p. 713. ed. *Struv.* p. 794. referuntur *Rauenspurg, Altordorf, Berg - Wolprechtshwendi - Fronhofen, Wangarten*. *SYNDHEIMIVS* p. 802. *Sanctus Conradus* patrimonium *Altordorf*, quod a *patre* possederat, *Rudolfo* fratri suo per concambium dedit videlicet *Wolpertswendi, Berg, et Fronhofen*, omnia videlicet ultra *Schuffnam fluuium*, proprie dicit *Schuffi*; et reciproce a fratre suo recepit *Enselingen, Andolfengin, et Colmar*, ex quibus tres *Ecclesias* fundauit in *Constantiensi ciuitate*.
- (s) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 4. p. 783. *Rudolphus*, postquam debitum naturae persoluit, in *Altorfensi coenobio* iuxta patrem et matrem humatur. *SYNDHEIMIVS* p. 802. *Rudolphus* - cum patre et matre in monasterio *Weingarden* in *ecclesia* ibidem sepulti sunt.
- (t) *WIPPO* in *Vita Conradi* p. 424. 425. ed. *Struv.* p. 463. *To. III. Pistorii*: Quum diu certaretur, quis regnare deberet, quumque aetate vel nimis immatura, vel ultra modum proeucta, alium virtus inexplorata, quosdam insolentiae causa manifesta recusaret, inter multos electi pauci sunt, et de paucis admodum duo sequestrati sunt, in quibus examen extremum summorum virorum summa diligentia diu deliberatum in unitatis puncto tandem quieuit. Erant duo *Chunones*, quorum vnus (*Conradus Salicus*) quod maioris aetatis esset, maior *Chuno* vocabatur; alter autem (*Conradus, Franciae Dux*) iunior *Chuno* dicebatur, ambo in *Francia Teutonica* nobilissimi ex duobus fratribus nati, quorum alter *Hetzel* et alter *Chuno* dictus est. Conf. *HERMANNVS CONTRACTVS* ad a. 1024.
- (u) *WIPPO* p. 431. seu ed. *Struv.* p. 470. *HEPIDANVS* ad a. 1031 (1025.)
- (x) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. VI. p. 783. *Gwelf* - aliquando, auxiliante sibi *Ernesto, Duce* Suc-

gressus est, insulamque vltra castellum Solodurum (Solothurn) aggere valloque (y) firmare coepit. Progressuro copiarum vim opposuit Rudolfus, Rex Burgundionum. Conradus, Salici patruelis et Dux Wormatiensis ex ancipiti temporum mutatione pendens, et Imperatori nec fidus nec noxius, quiescebat. (z) Fridericus autem, Dux Lotharingorum et praedicti Conradi vitricus, a morte occupatus intra destinationes (aa) substitit. Optimates Sueviae, minus fauentes turbis, Ernestum ac Welfonem confirmare ac adiuuare miserunt. Ita Conrado Salico militabat fortuna et pro eo omnia peragebat, qui, quamprimum ex Italia reuerterat, comitia Vlmae a. 1027. coegit ac celebrauit, ex cuius decreto ablata omnia Welfus restituere et ad tempus in custodiam ire debuit. (bb) Ernestus, priuignus Conradi Salici, deductus est ad arcem Saxonicam Giebichenstein, carceri mancipandus, vt rebellionem in posterum intermitteret. (cc) Qui anno 1030. Ingelhemii libertati redditus quidem, sed melior factus non est, obtemperans consiliis Weneri seu Wehelonis Comitis Kiburgenfis. A quo quum sese et consilia sua segregare nollet, terris suis iterum exutus, ducatu priuatus, et pro imperii perduelle reputatus est. (dd) Welfo semel ad meliora reuocatus in posterum circumspectionem adhibuit maiorem. Vxorem eius scriptores vocant *Iuitham*, *Imizam*, et *Irmengarden*. Non dubito, quin ipsa fuerit soror Cunegundis, quae Henrico II Imperatori nupserat, nec non Heinrici Ducis Noricorum et Friderici Lotharingiae Ducis. (ee) Quo ipso innotescit pater ipsius Iuithae Sigfridus, Comes Glizbergensis seu Luxemburgensis, prole diuitissimus, de quo in primis perbene

ne

*Sueviae, Imperatori Conrado Salico rebellabat. HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1025. p. 384. Rebellio et discordia multa contra Conradum Regem a patruelis eius Conrado, et Ernusto Duce Alemanniae priuigno eius, Welfo quoque Sueuigena Comite et aliis pluribus facta. LADISLAVS SVNDHEIMVS p. 802. WIPPO in Vita Conradi Salici p. 434. Morante in Italia Imperatore, apud Teutonicos magna inuidia, multa consilia, multae factiones aduersus Imperatorem incassum eruperunt. Vt enim a minoribus incipiam, et ad maiores perueniam, quidam Comes in Sueuia, Welfus nominatus, diues in praediis, potens in armis, et Bruno Episcopus Augustensis, inuicem consurgentes, multa mala in praediis et incendiis fecerunt in regno. Ad extremum praedictus Comes ipsam Augustam irrumpens, aeriurum Episcopi despoliauit, et totam ei ciuitatem vastauit, quod postea cogente Imperatore totum restituit et Episcopi emendauit. HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1026. Brun. Augustensis Episcopus, et Welfus Comes praediis et incendiis inter se mutuo debacchantur. AVENTINVS l. VI. p. 363. Francof. 1580. fol. HEPIDANVS ad a. 1026. Saeuae contentionsis fomes exarsit in sacro sancto die paschali apud Vndelicam Augustam inter Chuonradum Regem et patruelem eius Chuonradum, Cui etiam Ernestus - Dux Alamanniae, et Welfhardus Comes, postea confederati, simul Regi rebellare sunt ausi. IDEM ad a. 1028. Vlmae publicum conuentum indixit (Conradus) ibique Ernestum Ducem, scilicet priuignum suum et Welfhardum Comitem aliorque (reos) Maiestatis sese dedentes suscepit, ipsosque per diuersa loca custodiam mancipandos deputauit. CHRONICON WEINGARTENSE c. 6. p. 783. Brunoni Frisingensis Episcopi auxilium ferens, eadem ab eo (Welfo) perpeffus est. IOANNES ADLREITER in Annalibus Boicae gentis P. I. L. XV. c. 14. p. 406. sq. Omnia haec sunt in Vita Engelberti To. III. HYNDII in Metropol. Salisb. p. 372.*

- (y) WIPPO p. 434.
- (z) WIPPO l. c.
- (aa) WIPPO l. c. ALBERICVS P. II. Chronici ad a. 1033. p. 65.
- (bb) HEPIDANVS ad a. 1028. HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1027. p. 384. Conradus in Alamannia apud Vlmae placitum habuit, ibique ad deditonem Ernestum Ducem, priuignum suum - - cum aliis accipiens, per aliquot tempora exilio deputauit.
- (cc) WIPPO p. 435. Ernestus sine omni pactione Imperatori se reddidit, quem Caesar in Saxoniam exsulari fecit super quandam rupem, quae Giebichenstein dicitur, ut ibi castigatus a rebellionem ulterius desineret.
- (dd) HERMANNVS CONTRACTVS l. c. Cinyburg castrum Werinbarii Comitis adhuc venientis, aliaque nonnulla rebellium castra capta sunt. HEPIDANVS l. c. HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1030. p. 384. Ernust Dux cum exilio relaxatus Ducatum suum recepisset, priuatorum consilio usus, et denno Imperatori refragatus, Ducatu priuatur. WIPPO p. 436. 437. OTTO FRISINGENSIS L. VI. Chronici c. XXIX. p. 132. HEPIDANVS ad a. 1036. (verius 1030.)
- (ee) CHRONICON WEINGARTENSE c. 5. p. 783. Guelfo Rudolphi filius uxorem duxit de gente Salica de castro Glizberg (editio Canisii: Glibberg) Iustham (Imizam MS.) nomine, sororem Heinrici Ducis Noricorum et Friderici Ducis Lotharingorum et Adelberonis Episcopi Metensis. CONRADVS VRSBERGENSIS vocat eam Imizam de castro Glizberg. AVENTINO in Bayerischer. Chronica L. VI. p. 363. dicitur Irmengardis, soror diuae Cunigundae. Quis autem ignorat, Imizam et Irmengardam cognomen esse vnum idemque. Tabula adiecta reddet id luculentius, quod dicendum restat.

SIG-

uarie Sundheimus vocat E  
 ultreiterus Adalbertum vltim  
 e Conrado Episcopo Constantien  
 tationis, videlicet Alorf, Wolp  
 timus cum aeneis iuribus a  
 multrum Saxonum sita. Con  
 ta bonis remotior, nempe Eng  
 et Legum infra Rhetiam Curio  
 t episcopi Constantiensis. Hu  
 aut in coenobio Alorfensi iuxta  
 fit patri WELFO II, clarissimus  
 Guellicae memorabilis. Guel  
 mit; Guellica e contrario ab  
 sionis, per nonnullas saeculorum  
 1024, quaerenda sunt. Eo trim  
 manorum. Potissimi competitio  
 Conradi filius, alter Salicus; vter  
 in qua cognatione inuicem con  
 1024, renunciat, Conradus al  
 Duce, Friderico Lothariae lu  
 bat rebellionis mox excitat  
 1027, quum Conradus Salicu  
 runt. (u) Machina in regem  
 oncidit, et euanuit. Wel  
 fscopum, in episcopali sei  
 i anexit, eiusque regione  
 a infestauit, Burgundiam  
 gre

ritibus Bavariae Comitibus in  
 ut praedixi magnifice, et ad  
 nield Sundheimus.) Et in  
 Sundheim.) cum comitibus apud  
 tonachorum ordinis S. Benedi, la

ardam Comitem de Seno et Bui  
 14. p. 406. sq. cum adpellat Aladen  
 S im Bavarischen Stamm - Barhe P  
 et Diploma Henrici III. quo dicitur

gradus in Episcopatum promotus, p  
 ge, Frondon, cum suis atten  
 ritibus, fratri suo per concambium  
 ren, cum inuicem appendicis suis, et  
 genit. Quae omnia Ecclesiae su  
 in praebendis, partem fratris in  
 CHRONICO CONSTANTIENSI  
 ut Ramesbury, Aitdorff, Bery  
 p. 801. Sanctus Conradus patri  
 ambium deus videlicet Wolperry  
 a, proprii aie Schafz, et recipi  
 et tres Ecclesias fundauit in Cati

quam delictum naturae profusa  
 LIMPVS p. 802. Rudolphus - cum  
 ut.

III. Pistorii: Quum dia certum  
 a, vel vltra modum praerita, ut  
 ret, inter multos electi pauci su  
 remum summorum votorum sumo  
 ut duo Chanoes, quorum vni  
 er; alter autem (Conradus, Fran  
 fons ex duobus fratribus nati, p  
 CONTRACTVS ad a. 1024  
 (1025.)  
 ando, auxiliatus sui Ernsti, de

ne meruit *ANDREAS Du CHESNE*. (ff) Auaritia sacerdotum et infernalis ambitio, multorum maximorumque ecclesiae doctorum indiuidua comes, Welfonis II aevo tantas egerat radices tamque speciosos pietatis praeferebat titulos, vt summates, cetera acuti, eis illaquearentur et occaecarentur. Ignorantia, deuotus frontis gestus et pietatis coelique et Dei venerabile nomen austere ingeminatum et fraudibus odiisque subtilissimis praetextum prudentissimos quosque obnubilat, vt nequissimos bipedum pro angelis sanctissimis habeant eorumque mandatis ceruices, alioqui rigidissimas, submittant. Exemplum suppeditat luculentissimum Welfo II. Eum enim, ingrauescente aetate, sacerdotes continuo admonebant de cladibus, olim episcopo Augustano et adiutori eius Frisingensi, illatis. Quem in finem? vt coenobia ditescerent, et sacerdotum stipis annua augetur. Poenitentiam male actorum editurus Welfo elegit examinationem per iudicium aquae frigidae, (gg) quod vberime adleuabat benefactis in Episcopum vtrumque conlatis. Virgines sacras Altorffo transtulit in aedem votivam, cui adhaerebat nomen *Altenmünster*, et eorumdem loco collocavit Monachos ex collegio Altenmünsterano in coenobium Altorffense. (hh) Ad vltimum ipse in collegio sacro Altorffensi obiit tumulumque inuenit; (ii) vxor, marito superstes diu, tandem defuncta et in Altenmünster sepulta est. (†) Ex vtroque geniti fuere *WELFO III* et *CUNIZA*, mater Ducum Serenissimorum Brunsvicensium. De Welfone, qui subole nulla relicta extinctus est, pauca delibabimus, antequam ad Cunizam procedimus, Welfus seu Welfo tertius a. 1047. in comitiis, Spirae intra Pentecosten habitis, ab Henrico III Imperatore Dux Carinthiae renuntiatus est, qua cum inde

30.  
WELFO III.

SIGFRIDVS, Comes Luceburgicus,  
Vxor Hedewigis

Cunegunda, Cuniza, Cunza vxor Henrici II. † 1033. V. Non. Mart. <i>Annal. Hildesh. et Lamb. Schafnaburg.</i>	Theodoricus Ep. Metensis rebellis Hen- rico II. <i>Albericus</i> P. II. Chron. ad a. 1003. 1004. p. 42. 43. <i>Siggebertus</i> ad a. 1004. <i>Chronographus Saxo</i> ad a. 1010. 1011. Defunctus circiter a. 1047. <i>Herm. Contr.</i> ad c. a. p. 289.	Henricus Dux Bavariae, <i>Adelboldus</i> <i>in Vita Henrici II</i> 1019. <i>Chron.</i> 437. <i>Adlzreiterus</i> <i>in Annal. Boicae</i> gentis P. I. L. XV. c. 19. p. 370. sq.	Fridericus, post Dux Lotharingiae † 1019. <i>Chron. Quedlinb.</i>	Adalbero Archiep. Trevir. <i>Albericus</i> P. II. <i>Chron.</i> p. 42. Metensis ecclesiae Episcopus fit a. 1047. <i>Herm. Contract.</i> ad c. a. p. 289. <i>Adlzreiter</i> P. I. L. XV. c. 32. p. 379. sq.	Gislebertus, <i>Adelboldus</i> I. c. §. 39. p. 439. <i>Ditmarus</i> <i>Annal.</i> VI. p. 127. <i>Adlzreiter</i> I. c. c. 21. p. 372.	Luidgarda Ditmarus L. VI. p. 380. Iutta Abbatissa prima Caufungensis. Nonnosius in Vita S. Cunigundis §. 9. p. 459. saeculo VI. Benedictin. P. I.	IMIZ Z A Welfonis II. vxor Sigfridus	Petronilla, vxor Gerhardi Comitis Alsatiae Iutta Abbatissa. Sic sentit <i>Hieronymus Vignierius.</i>
--	--	---	---	---	---	---	---	--

Quia Iutta, neptis Cunigundae ex sorore, ad communem stirpem erat referenda, nec minus celebritatem maximam fuerat nacta; facile fieri potuit, vt *Iuitha* a librario quodam in nonnulla Monachi Weingartensis exemplaria fuerit scripta.

- (ff) In libro Gallico: *Histoire genealogique de la mayson royale de Dreux et de quelques autres Familles illustres, qui en sont descendues par femmes.* Vide ibi *Histoire de la maison de Luxembourg* P. I. c. 1. p. 12. et *Preuves* p. 10 - 14.
- (gg) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 6. p. 783. sq. *Hic quum ad senectutem peruenisset, et malorum, quae Ecclesiis Augustensi et Frisingensi intulerat, saepius saepiusque reuoluens animo recordaretur, ad emendationem cum magna cordis contritione anhelans, examinationem sibi per iudicium aquae frigidae elegit, in qua non aliud pretium sibi sufficere aestimans villas super villas cum omni iure suo in ipso examine accumulans composuit, et sic recompensando illatum damnium ad perfectam purgationem peruenit. Quas villas iuxta modum et qualitatem damni utrique Ecclesiae sine dilatione in perpetuum possessionem donauit. Iucunda Clericis purgatio!*
- (hh) *CHRONICON* idem I. c. *Hic etiam Abbatiam Altorffensem transferendo huc monachos de Altenmünster, et sanctimoniales nostras illuc ponendo permutauit.*
- (ii) *IDEM*: In qua Abbatia et ipse postmodum defunctus requiescit. *SVNDHEIMIVS* p. 802. *Welfo* II. in Altorff moritur atque ibidem tumulo occluditur.
- (†) *HERMANNVS CONTRACTVS* ad a. 1036. p. 137. seu ed. Struv. p. 279. *Sanctae Moniales et Domina*

Auaritia sacerdotum et infelicitate doctorum individua...  
... tamque speciosos pietatis...  
... eis illaqueantur et occa...  
... et pietatis coelique et Dei ve...  
... odisque libellissimis pe...  
... ut nequissimos bipedum pro...  
... ceruices, alioqui rigidissi...  
... mentillimum Welfo II. Eum...  
... admonere de cladibus...  
... fingeat, illis Quem in finem...  
... p. amia augetur. Poenitenti...  
... examinationem per iudicium...  
... abat beneficia in Episcopum...  
... transtulit in adem votivam...  
... umbem loco collocavit Mona...  
... nobium Altorfense. (hh) Ad...  
... ut tumultumque inuenit; (ii)...  
... a et in Altemunster sepulta...  
... III et CUNIZA, mater Du...  
... elfore, qui subole nulla reli...  
... m ad Cunizam procedimus...  
... is, Spirae intra Pentecosten...  
... ae renuntiatus est, qua cum...  
... ind

inde ab anno 952 *marcha Veronensis et Aquileiensis* copulata fuit. (kk) Cui muneris tanta praefuit dexteritate, ut Veronenses ab exactionibus ipsius Imperatoris, modum excedentibus, tueretur. (ll) Quum anno 1055. rediret Dux Welfus ex Italia, quo Caesarem ad expeditionem bellicam secutus fuerat, paucis interiectis hebdomadibus vitam cum morte commutauit. (mm) Exstant documenta benignitatis ab ipso in coenobium S. Martini, quod Altorf erat, exercitae. Illud enim in montem transtulit, imposito nomine *Winigarten*, cum monachis, et ossibus patris sui Gwelfi, patris Henrici auique Rudolphi. (nn) Coenobium autem prius Altorfense in templum parochiale conuertit. Vicinus morti hereditatem paternam testamento domui votivae Altorfensi, quae S. Martino erat dicata, addicere studuit. Intercessit autem mater testamento, rationem habens heredis sui ex filia Cuniza procreati, quem protinus ex Italia aduolare et hereditatem Welforum adire iussit. (oo) Is erat Welfus IV. Hunc genuerat AZO, marchio Estensis, cuius posteritas in tres suboles excreuit. Tres enim ei fuerunt filii, *WELFVS* seu *WELFO* IV, progenitor et conditor gloriosissimae domus late dominantis, Brunsvico - Luneburgicae: *HUGO* e *Manso*, qui ex matre *Garsende*, Comitissae Cenomanensis seu *de Mane* Hugonis filia, heres cum suis factus est Comitatus Cenomanensis: et *FILCO* marchio, a quo marchiones Estenses, Duces postea Mutinenses, propullularunt. Ludouicus Antonius Muratorius, historicus Mutinen-


31.  
Azonis genealogia.

*mina Irmengarda, Welfi Comitissae uida, apud Altorf pro clericis collectae sunt. CHRONICON WEINGARTENSE c. 6. p. 783. Vxor vero eius adhuc diu superstes in Altemunster sepulta est. SVNDHEIMVS p. 802. AVENTINVS l. VI. p. 363.*

- (kk) *HERMANNVS CONTRACTVS* ad a. 1047. p. 140. seu 289. *Pentecostes solennia Spirae celebrauit: ibique colloquium cum regni principibus habuit - Quo tempore Welfum, Comitem Sueuigenam, Welfi dudum Comitissae filium, Carentani Ducem promouit. CHRONICON WEINGARTENSE c. 6. p. 784. Genuit et filium (Welfo II) sui nominis Gwelfum, virum per omnia probatum, qui Ducatum Carinthiorum et Marchiam Veronensem acquisiuit et strenuissime rexit. Veronae et Forouulii Marchiae ab Ottone I. iam Bauariae fuerant adtributae. CONTINuator REGINONIS ad a. 952. p. 106. Idem de acuo Henrici II. indicat ADELboldVS in Vita Henrici Sancti §. 16. p. 434. To. I. Leibn.*
- (ll) *CHRONICON WEINGARTENSE c. 7. p. 784. Quodam etiam tempore, quum Imperator Veronensibus ciuibus exactionem inferens, mille marcas ab eis extorsisset, ipse ex improviso superueniens, tantam eum suoque seueritatem et contumelia afflixit, ut vix Imperator, pecunia ex integro reddita, securitatem exeundi obtineret.*
- (mm) *Appendix HERMANNI CONTRACTI apud VRSTISIVM ad a. 1053. p. 336. et ad a. 1054 apud PISTORIVM To. I. p. 147. seu 298. Gebehardus Ratisponensis Episcopus et Welfus Dux licentiam repatriandi ab Italia impetrauerunt, militesque eorum, illis, ut aiunt, ignorantibus, contra Imperatorem iurauerunt. Quo tempore Welfus Dux suis et omni populo admodum flebili morte praeventus, apud Altorfense coenobium sepultus est. CHRONICON WEINGARTENSE c. 6. p. 784. Dicitur de eo, quod quum in provincia esset, et Imperatorem Henricum tertium per triduum ultra statutum tempus, in loco, qui dicitur Rungalle, ubi totus exercitus conuenire solet, quo et se venturum iuramento constrinxerat, praestolaretur, et nec nuntium quidem, cui causam morae illius exponeret, haberet, erecto signo convocatis suis reuersionis iter arripuit. Cui tandem Imperator occurrens nec muneribus nec promissionibus vel saltem minis ab incepta repatriatione remouere potuit. Mortem eius in a. 1054. reiciunt ANNALES HILDESHEMENSES p. 731. vbi ad dictum annum: Welf Dux Carinthiorum obiit. BERTOLDVS autem CONSTANTIENSIS ad a. 1055. p. 342. To. I. Vitisii: Welf Dux Carinthiorum obiit.*
- (nn) *CHRONICON WEINGARTENSE c. 7. p. 784. Idem etiam Gwelfo monasterium in monte antiquum in honore S. Martini fundauit, nomen Winigartin imposuit, in quod de villa translatis monachis et ossibus patris sui Gwelfi, et patris Henrici et Rudolphi aui, ecclesiam priorem parochialem esse constituit.*
- (oo) *CHRONICON WEINGARTENSE l. c. Hic denique Gwelf sub iuuenili aetate, quum esset in castro Botamo (in arce Potamo, prope Constantiam, Sundheim.) morbo correptus est, videntique sibi imminere mortem, omne patrimonium suum cum ministerialibus, quia heredem ex se non habuit, ad Coenobium Altorfense S. Martino in perpetuam possessionem donauit, et hoc perficiendum duobus de maioribus suis, qui secum aderant, fidelissime commisit. Ipse vero diem claudens extremum illo deportatus est, et cum maximo planctu suorum et totius vicinitatis sepultus. Mox expleta sepultura, quibus iniunctum fuerat, donationem perficere valentes prohibiti sunt. Mater enim ipsius (Irmengarda,) sciens se heredem habere ex filia, missis in Italiam legatis, iussit eum adduci, et veniens penitus donationem interdixit, et se certum et verum esse heredem proclamauit.*

er- Luodgarda IMI- Per-  
del- Dumarus Z A la,  
l. L. VI. p. Wel- Gar-  
p. 380. fonia Cas-  
Dit- | II. li  
ru- Iutta Ab- vxor in  
nal. basilla pre- Signa- lant  
p. 127. ma Casf- dus hui  
dlerrei- fangenia. Sic  
p. 1. e. c. Nonofar Eno  
p. 272. in Vita S. mu  
Canigun- gunt  
dis §. 9. p.  
419. lacu-  
lo VI. Be-  
nedictin.  
P. I.

erat referenda, nec minus celeberrimo quodam in nonnulla Monasterio  
Dreux et de quelques autres font de la maison de Luxembourg P. I.  
d seueritatem peruenisset, et matrem  
que resoluens animo recordationem  
tionem sibi per iudicium aquae  
az super villas cum omni suo  
dantium ad perfectam purgationem  
e Ecclesiae sine dilatione in perpetuum  
referendo huc monachis de Altemun-  
SPNDHEIMVS p. 802. Welfi  
p. 279. Sanctae Monialis e b





nenfis percelebris, in epistola, quae Tomo III Scriptorum rebus Brunsvicenis inferuentium praefixa est, illustrem *Guilielmum Gothefredum Leibnitium* condocuit de posteritate Azonis secundi, a quo Serenissimi Duces Mutinenses aeque ac Brunsvicenses per tot saecula laetissimo flore effulgent, Utinam idem Azonis II maiores curate eruisset, qui, quoniam multiplici repetitione vnus nominis AZO inuoluti sunt, in hunc diem latent. Non inuidemus aliis Actios suos, quorum stirpem e saeculo quarto deducunt, daturi nonnisi certa et propabilia, dubiis et falsis sepositis. Inferemus heic Azonis illius genus, ex quo WELFVS IV. natus est. Muratorium praecipue secuti sumus, virum historiae Mutinensis ac Estensis peritissimum, et singula pronuntiata luculentis testimoniis probantem.

WELFO II.		Azo I.	
WELFO III. CUNIGUNDA, Azonis II. vx.		AZO II. Marchio Liguria, qui circa Ette plurima tenuit feuda ab Imper. † 1097. Vxores 1) Cunigunda, filia Welfi II. 2) Garsendis filia Hugonis, Comitis Cenomanensis et sotor Heriberti, sine prole extincti.	
1. WELFO IV. HENRICVS niger, magnanimus		2. HVGO de Manso marchio, Vx. filia Roberti Guiscardi Ducis Apuliae et Siciliae, quam repudiavit.	2. FVLCO marchio, obitus 1100. 1115. 1123. Filii eius dicuntur Marchiones de Este.
WELFO V. HENRICVS LEO, a quo descendunt Electores et Duces Brunsvicenses.	WELFO VI. HENRICVS magnanimus	Azo III. I. Ancredus marchio a. 1145. Vx. Gota. Manfredus 1164. Vxor Willa Agnes filia.	Bonifacius II. 1140. 1161. † 1163. 28. Sept.
	WELFO VII. HENRICVS LEO, a quo descendunt Electores et Duces Brunsvicenses.	Heredes posthumo spectati	Fulco II. 1139. 1161. † 1171. 1173. Sept.
			Albertus Este. 1146. 1161. † 1184. 1173. Sept.
			OBIZO 1170. 1171. 1173. 1177. creatus Potestas Paduae. 1184. inuestitus a marchia Genuae et Mediolani, 1188. aduocatiam tenuit monasterii S. Romani, 1191. superstes fratris. † 1193. Vx. 1. NN. 2. Sophia Comitissa.
			Azo Gerda. 1139. Vx. Alberti D. et Com.
			1. Azo V. praemortuus patri
			2. Bonifacius III.
			2. Geisfeda.
			2. Adeleta.
			2. Froa.
			2. Tomatina.
		Azo VI. rexit 1207. Veronam, 1208. accepit Ferrasam, 1199. fuit Potestas Paduae. 1204. Marchio Estensis dicitur, a. 1204. Otto IV. ei Marchiam Anconitanam contulit, † 1212. Nov. Vxores 1) Elconora filia Thomae Com. Sabaud. 2) Alifia 1204. Rainaldi principis Antiochia filia.	
	1. Beatrix.	1. Aldrovandinus, Marchio Estens. et Anconitan.	2. AZO VII. Marchio Estensis et Anconitanus, a quo Duces Mutinenses,
			2. Constantia

De Azone seu Alberto Azone, Welfonis II. genero, et Welfonis quarti patre Muratorius haec potiora in medium adtulit: *Azoni praeter Cunizam suae Cunigundem Welficam altera vxor fuit Garsendis Comitissa, Hugonis Caenomanensis Comitis et Principis filia. Vnicum filium Azzoni e Cunigunde natam huc usque nouimus, Welfonem videlicet quartum, quem ad Bauariae Ducatum Henricus IV. a. 1072. euexit. Garsendis vero ei peperit filios duos, Hugonem scilicet atque Fulconem, et fortasse feminam quoque Athalassium suae Adelaidem nomine,*

nomine. In Herberto Garsendis fratre extincta masculina solole Caenomannensium Comitum, Prouinciam Caenomannicam Willelmus Normanniae Dux, cognomento Conquestor, occupauit; at dum ille anno 1066. regnum quoque Angliae sibi subderet eaque expeditione detineretur, Caenomannensium proceres ab ipso defece- runt, et mittentes in Italiam Athonem quendam Marchisium cum vxore (Garsendam infra appellant Acta Caenomannensium Episcop. a Mabillonio edita, e quibus haec describo) et filio, qui vocabatur Hugo, inde venire fecerunt, et ciuitatem et totam simul regionem eidem Marchisio tradiderunt. Haec circiter A. Chr. 1067. facta. Postea Atho Marchisius reuerfus est in Italiam, vxorem ibi cum filio derelinquens. Ingentes inde subseditae turbae et incon- stans Caenomannensium fides, Hugonem ad Patrem in Italiam dimiserunt; Ger- sendis autem in ciuitate remansit. Quid plura? Caenomannicus Principatus Estensi ereptus, Arnaldus vero Episcopus illius ciuitatis, suspicione aspersus commo- tae seditionis et Romam subinde profectus, dum per terram Athonis Marchisii reuerteretur, ab eodem Athone captus et cum suis omnibus in custodia positus est. Sed postmodum, deferuescente ira, Marchio digna satisfactione eum placare studuit atque post septem menses multis muneribus honoratum ad sedem propriam cum magna ueneratione misit. Quibus ex uerbis intelli- gimus, Azzoni nostro fuisse Terram, hoc est, plurimum terrarum atque castrorum con- geries in Aemilia aut Liguria, per quam Episcopus ille reuertebatur. Sublato e vi- uis Guillelmo Angliae Rege, Caenomanni, ut ad annum 1090. narrat Oraericus Vitalis, eorum temporum fere aequalis, contra Normannos rebellauerunt, le- gationemque filii Azzonis Marchisii Liguria (nomen hoc attente notandum) direxerunt, ipsos ad hereditatem Principatus suscipiendam inuitantes. Ligures Germani audita legatione gauisi sunt, initoque consilio tandem definierunt, ut Fulco, qui natu maior erat, Patris honorem in Italia possideret: Hugo autem frater eius Principatum ex matris hereditate (Garsendam iam diem suum obisse, haec indicare uidentur) sibi reposceret. Aliquamdiu potitus est prouin- cia Hugo; sed ab ipsius possessione iterum excidit, tum Caenomannensium fraude, tum sua culpa. Neque enim paternis uirtutibus satis ille respondit, quum Orderico ipso teste filiam Roberti Wiscardi potentissimi Principis, coniugem suam, repu- diauit, eius magnanimitatem ferre non ualens; atque in Italiam reuersus, an- no 1092. Matildae Magnae Comitissae consilia contra fidem Henrico IV. Impera- tori aperuit, si tamen Donnizoni, ipsum tanquam ab auita nobilitate degenerem hac de re insimulanti, eumque Hugonem e Manso, a Caenomannicae urbis nomine, appellanti, omnino haec habenda fides. Anno 1097. post Idus Aprilis nostrum Alber- tum Azzonem mors sustulit, eodemque anno XIII. Kal. Sept. astitit Fulco Mar- chio coram Rege Conrado atque ab eo prouilegium impetrauit. Succedebant Az- zoni superfites filii, nempe Welfo Dux Bauariae, Fulco Marchio et Hugo e Manso, pariter Marchio. Verum siue quod Welfo sibi maiora debere conten- deret, siue quod reliqui fratres debitam illi portionem terrae negarent; (uidetur quip- pe Azo Fulconi praesertim Honorem suum, id est, Marchionatum reliquisse, at- que eidem plura assignasse castra ac beneficia, ut ex chartula concordiae, a. 1095. inter ipsum Fulconem eiusque fratrem Hugonem inita, colligi potest) magna inter fratres lis excitata, eaque armis et bello, ut fert Principum consuetudo, sub- inde agitata. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1097. Azzo Mar- chio de Longobardia, Pater Welfonis Ducis de Baioaria, iam maior cen- tenario, ut aiunt, uiam uniuersae terrae arripuit, magnamque guerram suis filiis de rebus suis dereliquit. Quae sequuntur, euincunt, Bertoldum huius litis momenta non satis recte assecutum. Sed hoc parum refert. Hactenus MYRATO- RIVS. Dotem, quam in Azonem transtulit Cuniza, quae Chunza et Cu- nigundis etiam appellatur, adsignat Chronicon Weingartense, nem- pe curiam nobilissimam Italiae Elisinam nomine, quam Welfo II. et ipse ab vxore sua in dotem acceperat, et huobarum mille ac centum fuisse traditur. Azzo dicitur marchio ditissimus Italiae, (99) et de Longobar- dia

(99) CHRONICON WEINGARTENSE c. 6. p. 784. Hic (Welfo II.) genuit filiam Cunizam nomine, quam Azzo ditissimus Marchio Italiae cum curte Elisina dotatam in uxorem duxit, et ex ea Gueisum totius terrae nostrae heredem et dominum progeniuit. Elisina uallis nunc dicitur Val d'Elsa. Idem CHRONI- CON c. 5. vocat in Longobardia Elisinam, cuius sint XI. millia mansuum uno uallo comprehensa. CON- RADVS

Illi Scriptorum rebus Brunfridum  
Guilhelmum Gotsfredum Lein-  
si, a quo Serenissimi Duces Mo-  
secula laetissimo flore effulgent  
isset, qui, quoniam multiplici-  
t, in hunc diem latent. Non in-  
e saeculo quarto deducunt, de-  
talis sepelita. Inferemus hinc  
natus est. Marstonum praecipue  
ae Estensis penitissimum, et in-  
roborem.

ae, quae sine uero uero tracta ab  
1) Campana, sive Welfo II. 2) Ger-  
Comiti Caenomannensi et tota Ho-  
sive prole extitit.

2  
marchio, Adelais sive  
eo, sive Adelais  
sive eius  
relio-  
te.

Alberus OBIZO 1170. Azo. Ger-  
renit 1171. 1173. 1199. sen-  
Ede, 1177. creatus du-  
18. 1961. Poetas Pa- Vi-  
1184. dicit, 1184. Al-  
inuenitur a ber-  
Adelaisa Frid. Barb. De  
2. An- machia Ge- Ca  
empla- mae et Me-  
lia 1184. diolani, usq.  
ludigant aduocatum  
de here- tensit mona-  
citate sterii S. Ro-  
cum Obi- mani, 1191.  
2002. a. superfites tra-  
1193. tribus. 1193.  
Vx. 1. NN.  
2. Sophu Co-  
mittis.

2. 2. 2. 2.  
Adelaisa. Adelais. Froa. Toma-  
sina.

accipit Ferratum. 1199.  
ensis dicitur. a. 1204. Ot-  
tilit, 1212. Nov. Vcores  
baud. 2) Alisi 1204.  
chie filia.

2.  
VII. Constantia  
Esten-  
onita-  
o Du-  
erles.

is II. genero, et Welfo  
lium adtulit: Azoni praeter  
uit Garsendis Comitissae, Hugo-  
filium Azzoni e Campana re-  
artum, quem ad Bauariae Duc-  
ei peperit filios duos, Hugonem  
ae Athaliam sive Adelaisam



marginis ex monte Calym. (uu) Hunnius itidem errore sese polluit, qui Welfonis IV patrem vocat Welfonem III, auunculum cum patre permiscens. (xx) Welfo IV erat vir armis animoque strenuus, consilio sagax et circumspicuum acer, iuris peritissimus ac sapientia excellens. Bella finitimorum moderata severitate compefcuit. Nemini magis fuit fidus quam Imperatori, quocum contra Saxones tribus funestissimis praeliis egregiam edidit pugnam. Quum vero crimina grauissima ab ecclesiasticis viris, vindictae interuacinae percupidis, Henrico regi intentarentur, et Gregorius VII sede Pontificali ab Imperatore deturbatus Acheronta moueret aduersus inimicum suum, Welfo Pontificis partes tuendas sumfit. (yy) Aggreditur proinde cum Rudolfo Sueviae Duce, et Bertolfo, Duce Carinthiae, regem armis infestis a. 1073, et nominatim Sigefridum, Episcopum Augustanum, fauentem regi, grauissime adflixit, comprehensum in vincula coniecit et in eis Rauenspurgi adseruauit. (aaa) Anno proximo in gratiam cum Imperatore rediit, haud secus ac Rudolphus, Bertolfus et ceteri. (bbb) Quo exeunte adstitit testis dona-

filiam eius a complexibus suis et thori consortio segregauit patrique remisit. Postremo ad ipsum eius ducatum occupandum omnem operam intendit. - Nouerat Rex, haud satis placitum principibus Baioariae, quod hoc, tum contra morem et ius, tum ipsis inconsultis, factum fuisset, et quantocius ire in Baioariam cogitabat. MONACHVS HERVELDENSIS ad a. 1071, p. 181. haec repetit. ANDREAS BRVN- NERVS in Annalibus Boicis P. III. L. I. p. 11. 199. ex professo Welfonem hunc describit.

(uu) In Chronico Picturato p. 316. Greve Konntz van Beyerem nam des Marggreuen Dochter van dem Berghe Calym, unde synd des Geslechtes der Marggreuen to Montaw (Mantua) de het Atzem, de telde eem drey Sone; de erste heyt Wolpy, de krecht wedder van dem Keyser dat Hertochdon to Beyerem. De ander Son de het Borkart, de wart eyn Bischoep to Halverstad. De dridde Son het Symon, de wart eyn Bischoep to Bremen, Conf. G. G. LEIBNITIVS in Introduct. ad To. III. p. 12.

(xx) To. III. Metropolis Salisburg, p. 143. Fundatum est hoc monasterium (Raitenburch) anno 1185. a Guelfone IV. huius nominis, et primo Duce Bauariae, cuius Pater eiusdem nominis Guelfo III. monasterium in Altorf, quod nunc Weingarten dicitur, in Sueuia ac S. Martino omne suum patrimonium in perpetuum donauit.

(yy) CHRONICON WEINGARTENSE c. 8. p. 784. Hic est ille Guelf, qui primus ex nostris Ducatum Ba- uariarum adeptus magna multa in eo, sicut et in aliis regni partibus, peregit. Erat enim vir armis strenuus, consilio prouidus, sapientia tam forensi quam ciuili praeditus. Vnde et omnes tempestates bellorum contra se et contra alios inuicem in sinibus suis exortas, magna vel moderatione vel seueritate compefcuit. Imperatori, antequam machinationes in mortem suam patrasset, et antequam Ec- clesiam Dei manifeste impugnasset, fidelissime adhaerebat; eique, quum contra Saxones dimicaret, in- tribus funestissimis congressionibus strenue militabat. At ubi multa inhonesta de eo in medium profe- rebantur, et, quod maius est, Dominum Apostolicum Gregorium VII, Gwiperto, Rauennensi Archiepi- scopo, intruso, de sede sua expulit, ipse cum aliis Catholicis Principibus ab eo declinauit, et a modo Eum multis modis inquietauit. BRVNO in Historia Belli Saxonici p. 120 Vt (Henricus IV.) solus omnium Dominus esset, nullum in regno suo Dominum viuere uolebat. Additur deinde, quomodo necem in- ferre clanculum eis parauerit, qui praelio cum Saxonibus commisso superstites erant, e quorum nu- mero Welfus fuisse legitur. ARNVLPHI Historia Mediolanensis L. VI. c. 8. Eodem tempore gens Ten- tonum illa barbarica, praecipue Duces Bertaldus, Rodolphus, et Welfo cum Comitibus et Episcopis, co- gnita excommunicatione Romana, a regio prorsus se subtraxere consortio, in nullo communicantes. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1073. p. 345. Rudolphus Dux Alemanniae et Bertolfus Dux Carinthiorum et Welfo Dux Baioariae, a rege Henrico discesserunt, qui aliis subintroentibus consi- liariis, suum consilium apud Regem non ualere prospexerunt. LAMBERTVS SCHAFFNABURGENSIS ad a. 1076. p. 405. Ipso tempore Rudolphus Dux Sueuorum, Welf Dux Baioariorum, Bertholdus Dux Carinthiorum, Adalbero Episcopus Wirceburgensis, Herimannus Episcopus Metensis et alii plerique Prin- cipes conuenientes in unum, consilia conferebant in tantis calamitatibus, quibus respublica vexabatur, quid facto opus esset. BRVNO in Historia belli Saxonici ad a. 1076. p. 133. Non modico Saxones exercitu collecto perrexerunt ad Rhenum contra vicum, qui dicitur Oppenheim, quo et Patriarcha cum Episcopo Patauiensi Pontificis Romani legato conuenerat et una Sueuorum non parua multitudo, qui omnes exercitum Saxonicum, dum ueniret, expectabant. - Hinc igitur Dux Otto uolenter honore suo priuatus, illinc Welfo Dux eodem honore non iuste sublimatus, hac conditione sibi inuicem pacis oscula dederunt, ut electo - nouo Rege, quicumque ipsorum ipsum honorem iure retineret, alteri ei non inui- dens libenter concederet.

(aaa) CHRONICON WEINGARTENSE l. c. pergit: Vnde et cum Sigefrido, Augustensi Episcopo, qui parti, immo inhumanitati eius, sauebat, diu et acerrime dimicauit; quem tandem cum multis in Ciuitate comprehensum in vincula iecit et in castro Rauenspurz catenatum multo tempore conseruauit. Ciui- tatem quoque eandem praeda et incendio deuastauit. Rauenspurz dici quasi Grauenspurz putat IOA- CHIMVS VADIANVS To. III. Alem. rerum Goldasti p. 47.

(bbb) BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1047. p. 345. Rudolphus Dux et ceteri reconciliantur Regi.

M m m

de Calano, Este et Val d'Elja. Roman, haud erubuerint dip- m XII. haud esse obuiam, nem- em, priusquam Innocentius II. Anconitanum; id ad febricitans est. (ss) Vocat nos WELFVS, quum patre adhuc superstitite, anno meum aduentum, largiente Hen- ricularem admittit errorem, vo- luntate et matrem Arzem filiam

et sui fratris reman filium, cui ueniret, saue- ditum dicitur Marchioni Italicae de die- bus, quam habebat in Italia. Eiusdem uo- cariae uide et tentum manus sunt uis

VERANCOBVM MScum Mahillon; Ge-

posteriori in loco haec habentur: Al- miter, signifiat eum nouo Gotico in Latina sine, unde Marchio era in ara la Marca Subiaca. P. Hispania, rebefati sequenti, alcuni de qualibet fratri, il Trivigiano, e il Petrucci di Ancona, di Spoleti, di Tolosa, peradore II. Leonde il Castello di era egli Marchese da se medesim- latum, marchiae et marcae sunt eorum iurisdicito propria et munici- patorum fide et inuolentis ratio tractata est Tomo III. Script. Bru- papae, seu in Offertationi sopra a- quia in vltimos sese condit anno 157. ad 916. imperatoria dignum

Malei, r ondi, teni stirpe fuisse. Fauent nomen ti- erum. Arzonem Italicum Episcopo S. MEINWERICI c. 35. p. 541. Sigefridi atque ex progenitoribus II. p. 633. 1099. Verum ante auum Wi- taliae, Henrici II. tempore, Vgonem de Gellis Mediolan. L. I. c. 161

TANTIENSIS ad a. 1097. p. 11- ia, iam maior centenario, et an- e rebus suis dereliquit. Nam W- ere coluit. Item ad a. 1070. et 10- rime filium Ottonis Ducis Saxoniae- tus uellet uenire. Ducata primum- L. c. 27. p. 561. Denique Ottoni lo- RONICON MONASTERII MEL- VM To. I. scriptorum rerum Alti- CHRONICON SALISBURGENSIS ad a. 1071. p. 439. CHRONICON- tem Penium. LAMBERTVS SCHA- qut. In filioque Ottonis Ducis Saxo- rimonio fidem dixerat. Quamlibet- sine grandi permutatione rerum p- consilium tuebatur. Et tui amatio- e magis indies aduersus eum cratio- ni potentis auxilium darent, in- fia

donationi cuidam, quam Henricus rex ad XI Kal. Decembr. ecclesiae Frisingensi impertitus est. (ccc) Circa idem tempus, rogatu Ducis Welfonis, rex Henricus Abbati Beurenensi restituit loca quaedam, olim ecclesiae ipsius donata. (ddd) Anno 1077. Welfus noster conuentui Vlmensi interfuit, denuo a Caesare, qui fulmine diro erat percussus, moliens defectio- nem. (eee) Memoria dignum est, aetate ea immorigeros Imperatori dictos esse *Catholicos*, vt discas notionem deprauatam vocis purissimae. (fff) Eo temporis spatio Rudolfus, Dux Alemanniae, nouus rex a nonnullis Germaniae, praecipue Saxonum, principibus electus ac Henrico IV oppositus, Welfum quartum et Bertolfum seu Bertoldum, de quo diximus paulo ante, in partes suas traxit. Haec in gratiam Papae conflata defectio non admodum conducibilis fuit Welfo. Etenim a. 1078, Rudolfo rege in Saxoni- am reuerso, Henricus Imperator, opibus viribusque repente recollectis Alamanniam sub autumnu deuastauit praeda, ferro et igni, terras Bertoldi et Welfonis, Bauarorum Ducis, penitus exurere et depopulari aggressus. (ggg) Rudolfo fauebat oriens fortuna, oppressura eum, qui legitimo domi- no obedientiam denegare fuerat ausus. Ex quo enim a Papa diadema im- peratorium a. 1080. susceperat, fusus et interfectus est ad flumen Elifre in praelio cruentissimo, in quo Gothefredus Bullionensis dextram ei trans- fixit vel abscidit, qua olim regi suo Henrico IV fidelitatem pollicitus erat. (hhh) Welfo a. 1084. ciuitatem Augustam Sigefrido eripuit, tradiditque Wigoldo, (iii) qui Welficas sequebatur partes. Eo ipso tamen anno Henricus, ex Italia redux, Augustam obsedit ac cepit, et Sigefridum, vt coniiicio, restituit. (kkk) Ne quis autem eam de Welfone aleret sententi- am, quam sese ratus est indignam, ingressus confinia senectutis, coenobium, quod praeposteri emendatores vocant *domum votiuam*, in Raytenburch con- stru-

(ccc) Eam exhibet *GEWOLDVS* in Additam. ad To. I. *Metropolis HVNDII* p. 153.

(ddd) *GEWOLDVS* in Additam. ad To. II. *Metrop. Hundii* p. 145.

(eee) *BERTOLDVS CONSTANTIENSIS* ad a. 1077. p. 347. *LAMBERTVS* ad a. 1077. p. 417. *Rex Henricus in Italiam proficiscens intra Burgundiam in loco, qui dicitur Bisenzun, natalem Domini celebrauit. Ea porro causa erat, vt relicto recto itinere in Burgundiam diuerteret, quod certo compererat, Duce Rudolphum, Welf et Bertoldum omnes vias omnesque aditus, qui ad Italiam mittunt, quos vulgato nomine Clusas vocant, appostitis custodibus anticipasse, vt nulla illis ei transeundi copia fieret. - Rupertus quoque Babenbergensis Episcopus, dum in Italiam pergens per Baioariam iter ageret, captus est ab Welf Duce Baioariorum.*

(fff) *BERTOLDVS* ad a. 1078. p. 349. *Rudolfo in Saxoniā reuerso, Henricus de repente collectis viribus, Alemanniam praeda, ferro et igne, circa festum omnium sanctorum, deuastauit, terram videlicet CATHOLICORVM Ducum Bertoldi atque Welfonis et aliorum sancti Petri fidelium penitus dissipare aggressus est. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS a. e. p. 603. ALBERICVS ad e. a. p. 122. CONRADVS VRSPERGENSIS ad e. a. p. 170.*

(ggg) Ex eisdem testimoniis hoc patet.

(hhh) *SIGEBERTVS GEMBLACENSIS* ad a. 1080. p. 99. *Rex Henricus Saxonibus graui praelio congruitur, et in congressu - Rex Rudolphus cum multis Saxoniae principibus exstinguitur. BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1080. p. 350. ANNALES HILDESHEMENSES ad a. 1080. p. 732. Bellum iuxta Elstret committitur Id. Octobris, in quo Rodolphus Rex - occiditur. MARIANVS SCOTVS L. III. Chron. aetate VI. ad a. 1080. p. 456. Bellum iuxta Elstra committitur a Rege Henrico Idus Octobris. BRVNO in Historia belli Saxonici p. 150. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1080. p. 247. Bellum inter Henricum et Rodolphum iuxta fluuium Ellestram geritur, in quo Rodolphus vulneratus in manu dextra fugit Mersburg. AVCTOR VITAE HENRICI IV. p. 383. Abstissa Rudolphi dextera dignissimam periculi vindictam demonstrauit, qui fidem domino suo Regi iurata violare non tinnit, et tanquam alia vulnera non sufficerent, ad mortem accessit etiam huius membri poena, vt per poenam agnosceretur et culpa. ALBERICVS P. II. Chronici ad a. 1099. p. 182.*

(iii) *BERTOLDVS CONSTANTIENSIS* ad a. 1084. p. 353. *Welfo, Dux Baioariae, Ciuitatem Augustam a quodam Sigefrido, nec nominando Episcopo, cum Baioariis inuasam viriliter eripuit eamque legitimo Pastori Wigoldo subingavit. CHRONICON WEINGARTENSE l. c. OTTO FRISINGENSIS L. VII. Chronic. c. 7. p. 143. Guelfo Noricorum Dux, qui in guerra cum Imperatore Frisingensem et Augustensem destruxit vrbes. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 210. AVENTINVS L. V. Annalium Boicorum c. 16. §. 8. SPINDHEMIVS p. 803. ADLZREITERVS in Annalibus Boicae gentis Part. I. lib. XVI. p. 407. Lib. XVIII. c. 78. p. 487. 488.*

(kkk) *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1084. p. 264. *Henricus Imperator, de Italia reuersus, Augustam ab Alemannis inuasam obsedit et cepit. Conf. ANNALES HILDESHEMENSES ad e. a. p. 732. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 172. ALBERTVS STADENSIS ad e. a. p. 140. DODECHINVS in Appendice ad Marianum Scotum e. a. p. 457. Tunc Marchio Bertoldus de Zaringen et Welf ex odio in Impera-*

structum, largiter locupletauit. (III) Incidit hoc pietatis tum consuetae documentum in annum 1085. Proximo anno Welfus, cum principibus Bauariae gratia pacis reconciliata, sociatis armis in Henricum Imperatorem insurrexit eumque Ratisbonae versantem arctissime circumfedit, ac, ne inde discedere vel elabi posset, diu detinuit. (mmm) Anno 1088. de nouo recuperauit Augustam, capto Episcopatus eiusdem inuafore Sigefrido et alio in eius locum reposito. (nnn) Fessus tandem discordiis, turbasque bellicas pertaesus, Welfo a. 1091. ingreditur Italiam, vt rediret in gratiam regis Henrici, dummodo rex Gregorium VII. seu Hildebrandum pro legitimo reputaret Pontifice, et Guibertum, sedi Apostolicae ab Imperatore impositum, dignitate sua priuaret. Qua conditione regi minus probata, Dux in Alemanniam rediit acuitque ferrum ad propulsandam vim, si qua ab integro inferretur. An tempori satis seruerit, anceps est quaestio. Plurimi enim Alemannicorum principum cum rege consensionis copulam renouarunt. (ooo) Et Imperator inter haec in Longobardia terras ac praedia Welfonis igne ferroque vastare non destitit, rem eo deducturus, vt Dux causam Gregorii VII. in posterum defereret. (ppp) Verum haec Welfi animum profus impaudum frangere non poterant. Is enim regis conatibus vbique impedimenta iniiciebat, et operam dabat assiduam, quo minus Henricus cum rege Hungariae in colloquium ex condicto veniret. (qqq) Annus 1093. intestinis aduersitatibus funestatus est. Dux enim Welfo et Comes Vdalricus de Brigantio aliique complures variis inuicem incendiis ac ruinis sese cumulare et deuastare aggressi sunt. (rrr) Inter haec Con-

peratorem ademerunt nonnulla coenobio S. Galli. *BVRKHARDVS de Casibus monasterii S. Galli c. 7. p. 68. - To. I. Goldasti rer. Alemann. Sic etiam Dux Welf adiutor illius (Bertoldi) res eiusdem monasterii sibi e vicino stas nobis subtraxit.*

(III) *VITVS ARENPECK* Presbyter Frisingensis in *Chronica Baiuorum* p. 661. To. III. Leibn. *Quam ad senilem aetatem peruenisset, monasterium Raytenpurch construere coepit anno Christi 1085. et satis copiose dotauit, quod confirmatum fuit per Papam Urbanum II. anno 1092. WIGVLEIVS HVNDIVS* in Metropoli Salisbur. To. III. p. 143.

(mmm) *BERTOLDVS CONSTANTIENSIS* ad a. 1086. p. 358. *Principes Baiuorum Duci suo Welfoni in Pascha reconciliati ab Henrico (QVARTO) discesserunt eumque cum eodem Duce et reliquis Alemannorum principibus armata manu Ratisbonae inuaserunt, et, ne discedere posset, multo tempore Eum ibi detinuerunt.*

(nnn) *BERTOLDVS* idem ad a. 1088. p. 360. *Dux Welf ciuitatem Augustam recuperauit, capto eiusdem Episcopatus inuafore Sigefrido. ALBERTVS STADENSIS* ad c. a. p. 140. b. *Augusta ciuitas a Sueuis in coena Domini capta II. feria Paschae destruitur, Sigefridus eiusdem urbis Episcopus custodiae mancipatur, Wigoldus inuafor eiusdem Ecclesiae intra paucos dies moritur. CHRONOGRAPHVS SAXO* ad c. a. p. 270. *CONRADVS VRSBERGENSIS* p. 173. *AVENTINVS L. V. c. 16. §. 8.*

(ooo) *BERTOLDVS CONSTANTIENSIS* ad a. 1091. p. 365. *Welf Dux Baiariae in Augusto mense Longobardiam ingreditur, ut Henrico regi reconciliaretur, si ipse vellet permittere, ut Apostolica sedes a Guiberto haeresiarcha inuasa canonice disponderetur; nec non, si eidem Duci filioque eius Welfoni caeterisque eorum fautoribus bona eorum reddere vellet, quae eis iniuste ablata forent. Quam conditionem ille noluit adimplere. Vnde et Dux in Alamanniam non tardaui redire. Multi tamen ex Alemanniis Henrico Regi reconciliati sunt, et excommunicationem sedis Apostolicae communem sibi cum Henrico fecere. Dux autem iterum multos contra Henricum eiusque fautores incitauit, ut etiam nonum Regem eligere decernerent, si quorundam pigritia sive maleuolentia eos non impediret. ADLZREITER* Part. I. Lib. XVIII. cap. 79. p. 488. cap. 80. p. 488. sq.

(ppp) *BERTOLDVS* idem ad a. 1092. p. 366. To. I. *Vistifii: Henricus impius Imperator in Longobardia iam biennio morabatur, ibique circumquaque terram Welfonis, Italici Ducis, praeda, ferro et incendio deuastare non cessauit, ut eundem Ducem et prudentissimam eius uxorem a fidelitate S. Petri discedere sibi adhaerere compelleret, sed frustra. Nam Dux in sententia sua persistit, ipsique satis viriliter resistit. Sed et pater eiusdem Ducis, Welfo Dux Baiariae, eundem Henricum ante proximam natiuitatem Domini mirabiliter confudit, quem ad colloquium peruenire prohibuit, quod idem Henricus et rex Vngariae condixerant, ad quod etiam pacem iam conuenerant. Conf. ANTONIVS BONFINIVS* rerum Hungaricarum Decad. II. Lib. IV.

(qqq) Id simul ex *BERTOLDI* loco adlato satis superque patet.

(rrr) *BERTOLDVS* ad a. 1093. p. 368. *In Alemannia per diuersa loca multi ignes per aërem simul ferri videbantur, in octaua Epiphaniae, in summo mane. Qui utique ignes multa incendia, non multo post per illam terram late grassantia, significare non dubitatur. Nam Dux Welfo et Comes Vdalricus de Brigantio et alii quam plures omnimodis se inuicem incendiis deuastare aggressi sunt. Non dubito, quin ignes illi aëri fuerint aurora borealis, quam veteres ante IOANNEM HEVELIVM confuse, et adtonita mente, descriperunt. Excerpta ex epistola Ioannis Hevelii, Gedano Lipsiam missa, adferuntur in Actis Eruditorum 1682. p. 391. Aurorae borealis confusam repraesentationem dederunt*

XI Kal. Decembr. ecclesiae  
tempus, rogatu Ducis Welfo  
loca quaedam, olim ecclesiae  
inter conuentum Vlmensis inter  
percutus, molens defectio  
ta immorigeris Imperatori di  
nuatam vocis purissima. (ffii)  
nia, nouus rex a nonnullis Ger  
electus ac Henrico IV oppositus,  
fium, de quo diximus paulo an  
Pape constata defectio non ad  
a. 1078, Rudolfo rege in Saxo  
s vobusque repente recollecis  
ta, ferro et igni, terras Bertoldi  
erurare et depopulari vegetius.  
preffura eum, qui legitimo domi  
Ex quo enim a Papa diadema im  
interfectus est ad flumen Elstre  
s Bullionensis dextram ei trans  
IV fidelitatem pollicitus erat.  
Sigefrido eripuit, tradiditque  
artes. Eo ipso tamen anno  
ac cepit, et Sigefridum, vt  
de Welfone aleret sententi  
nfinia senectutis, coenobium  
votum, in Raytenburch co

HVNDII p. 153.

RTVS ad a. 1077. p. 417. Rex Hen  
Wifenzon, natalem Domini cele  
mereret, quod certo conpererat.  
qui ad Italiam mittunt, qui in  
ha illic ei transiens copia hinc  
geni per Bauariam iter ageret, cap

o reueris, Henricus dormiente cili  
on sanctorum, deuastauit, terrarum  
on sancti Petri felicium penitus ip  
ALBERICVS ad c. a. p. 122. CONL

uicus Saxoniis graui praelio con  
trinitibus expugnatur. BERTOLD  
HEMENSES ad a. 1080. p. 732.  
lex - occidit. MARIANVS SCOT  
stra committitur a Rege Henrico  
VS STADENSIS ad a. 1080. p. 2  
geritur, in qua Rodolfus cunctis  
p. 182. Abissa Rudolphi dextr  
no Rege iuriam violare non timu  
o boni membri poema, et per post  
p. 182.

pho, Dux Bauariae, Ciuitatem ap  
arum inuafam viriliter eripuit  
KRTENSE l. c. OTTO FRISINGI  
terra cum Imperatore frisingensi  
p. 210. AVENTINVS L. V. Annal  
VS in Annalibus Boicae gentis Te

Imperator, de Italia reuertens, apud  
LDESHEMENSES ad c. a. p. 732.  
c. a. p. 140. DO DECHINVS in  
as de Zaringen et Welf et odia h

Conradus, Imperatoris filius, in ipsum patrem Henricum IV. infesta conuertit signa regiosque honores vsurpat, (sss) pro cuius causa stat Welforum vterque, pater et filius. Gebhardus, frater Bertoldi ducis Alemanniae, et Episcopus Constantiensis, concilio Vlmæ conuocando auctor fuit. Hac ratione patefacta est ianua concordiae, quam Welfo a. 1094. fecit firmissimam cum Duce Bertoldo reliquisque Alemanniae principibus, (ttt) redditus ex eo tempore mitior et gratiosior Henrico regi, a quo multa damna acceperat et Bauariae Ducatu orbatus erat. Nouam inquietis causam peperit matrimonium iunioris Welfonis, qui diuortium facere adlaborabat a Mathilde, famosissima illa muliere, cuius libidine, numis et potentia vsus Papa Gregorius VII. Deo, imperatori, et toti terrarum orbi illulit. Haec enim femina ditissimo ex patre Bonifacio, marchione Thusciae beneficiario, progenita, succedebat a. 1053. in possessionem plurimarum Italiae terrarum, nupta primum Godofredo Gibboso Antwerpiae a. 1076. occiso et deinceps Welfo V, Duci Bauariae a. 1088. Feruido erat ingenio, et corpore, vnde ambitioni ac voluptati aequae studebat. Callidissimus mortalium Gregorius VII. opera feminae huius domum Welficam incitauit in Caesarem, continuo conquerens de simonia, quam admitteret Imperator in concedendis muneribus ecclesiasticis, vt hunc eneruaret, eneruatum concessione munerum ecclesiasticorum spoliaret, et spoliatum sedi Romanae subiiceret. Ne autem in posterum Clerici animum desponderent, familiae causa, prouidit astutissime interdictis ordini ecclesiastico nuptiis. Consultabatur etiam de regibus principibusque omni neruo et potentia exuendis, praetextendo occupationem terrae sanctae et emendationem ecclesiae Graecae. Quum tandem ad senium inclinaret Mathildis, Pontifex vaferrimus metuebat, ne hereditas eius opulentissima Welficae domui adiiiceretur. Inspirat igitur feminae, qua dudum erat fruitus, consilium subtrahendi commercium conjugale marito eique beneuolentiam debitam denegandi. Relaturus par pari coniux sese penitus ab ea abstinuit. Perplacuit haec discordia Pontifici. Welfo autem pater, vt senes solent esse ad rem attentiores, perusus tristitia et ira exaestuans, descendit in Longobardiam, vt concordiam inter vtrumque coniugem repararet. Euentus,

qui

ANNALES HILDESHEMENSES ad a. 1116. p. 739. PAVLVS DIACONVS de Gestis Longobardorum L. II. §. 5. p. 222. IOANNES PONTANVS in Vita Christiani III. regis Daniae ad a. 1553. p. 86. MARTINVS CROMERVS in Hist. Polon. L. VII. ad a. 1518. Plura ex vetustis scriptoribus exempla adducit Illustris GOTHOFREDVS GYLIELMVS LEIBNITIVS in Miscellaneis Berolinensibus p. 137. 138. nec non Celeberrimus CHRISTIANVS WOLFIVS in Gedancken über das ungewöhnliche Phänomenon 1716. Halle 1716. 4. p. 6. 199.

(sss) CONRADVS VRSBERGENSIS p. 227. Chronici: Chunradus Imperatoris filius et Bertae Imperatricis patri rebellasse infamatur. SIGEBERTVS GEMBLACENSIS ad a. 1093. p. 102. Conradus filius Imperatoris Henrici in Italia se ad patris sui aduersarios contulit. AVCTOR VITAE HENRICI IV. p. 386. Filius Imperatoris, quem in Italia relictum a patre, et quam ob causam relictum diximus? a Mathilde persuasus - - iunctus inimicis patris, coronam sibi imposuit, regnum inuast. DONNIZO in Vita Mathildis L. II. c. XI. p. 674.

- - - genitorem prorsus abhorrens (Conradus)  
Se dominae largis Mathildis subdidit alis.

BERTOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1093. p. 369. In Longobardia Conradus filius Henrici Regis a Patre dolo circumuenitur et captiuatur, sed Dei misericordia inde ereptus, a Mediolanensi Archiepiscopo et reliquis fidelibus S. Petri, in Regem coronatur, annuente Welfone Duce Italiae et Mathilda eius charissima coniuge. Sedet pater eiusdem Ducis, Welfo Dux Baioariae, non multo post ad eundem nouiter coronatum Regem, in Longobardiam venit, eique cum filio suo fideliter adhaerere saetegit. Henricus vero (IV.) pater Regis in quamdam munitionem se contulit, ibique diu absque regia dignitate moratus nimioque dolore affectus, se ipsum (vt aiunt) morti tradere voluit: sed a suis praeventus ad effectum venire non potuit. ADLZREITER Part. I. L. XVIII. c. 84. p. 491.

(ttt) BERTOLDVS I. c. Gebhardus Constantiensis Episcopus et Apostolicae sedis legatus, Welfonem Duce Baioariae per manus in militem accepit, sicut et proprium fratrem Bertoldum Duce Alemanniae iam dudum fecit. Cum quibus et reliquis Alemanniae Principibus magnum conuentum apud Vlmam habuit - Deinde firmissimam pacem tam Duces quam Comites tam maiores quam minores se obseruatos a VII. Cal. Dec. vsque in Pascha, et a Pascha in duos annos iurauerunt, - Hanc pacem singuli Principes, qui conuenerunt, unusquisque per potestatem suam vsquequaque viritim iurare fecerunt. IDEM p. 370. ad a. 1093. Welfo Dux Baioariae firmissimam pacem cum Alemannico Duce Bertoldo et reliquis

de-

qui conatui non respondit, in caussa luit, vt Welfo IV. Henrici Imperatoris fauorem sibi renouatum toto pectore adpeteret, rogans precibusque contendens, vt Mathildin compelleret ad possessiones cum Welfone filio communicandas. (uuu) Inuidit Welfoni pinguisimum bolum Imperator; et Pontifex vtrique. Quantum fuerat olim Welfi in Henricum IV. odium, tantum nunc idem ille studium et laborem in Imperatore extollendo collocat. Etenim egit cum primoribus Germaniae de restituendo in regnum Henrico, et negligendo Pontificis bruto fulmine, quod in Imperatorem erat euibratum. Stupuerunt omnes, expensis Welfi consultationibus, quippe quae interiecto tempore exiguo penitus a sese dissidebant, adeo vt fautores Henrici fidem dictis ipsius vix ac ne vix quidem haberent. (xxx) Imperatori tamen Welfo satis probauit animum suum. Testis est gratia Henrici, qua a. 1096. recepit Ducatum amissum. (yyy) Azone a. 1097. mortuo, Dux Welfo, bona patris, quae dotis nomine ei adtulerat Welfonis mater, vindicaturus sibi, iter suscepit in Italiam. Obstitit e contrario fratres ex nouerca ipsius, vxore Azonis altera; prohibentes eum ab aditu, Longobardiam aperiente. Welfo igitur in auxilium adsciscit Henricum Ducem Carinthiae et fratrem eius, Patriarcham Aquilegiensem, signa fratribus infesta infert, et magnam hereditatis paternae partem sibi adferit. (zzz) Ad extremum Welfoni metus peccatorum incessit, quam

*Alemanniae Principibus initiauit, usque Baioariam, immo usque ad Vngariam propagauit. Francia quoque Teutonica et Alsatia eandem pacem, suis partibus se obseruaturas, iuramento decreuerunt. Eodem anno interfuit Welfo magna synodo Constantiensi in hebdomade, quae diem Paschalem festum praecurrit. IDEM p. 371. Quod autem Ducatu Bauariae Henricus Imperator Welfum patrem ad tempus exuerit et tandem cum eo reconciliatae pacis fedus renouauerit, vno et altero testimonio fide digno comprobandum est. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1096. p. 272. Welf Dux antea Noricus, qui ab Henrico iam dudum abiurauerat, et ob id Ducatum perdidit, in gratiam eius redit, Ducatumque recipit. BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1095. p. 372. 373. 374. ADLZREITER P. I. L. XVIII. c. 85. p. 492.*

(uuu) Anno 1093. incunte Welfo iunior cum Mathilda contubernio amico adhuc fruebatur. BERTHOLDVS ad a. 1093. p. 370. Vxor huius Imperatoris Henrici IV. iam diu multis iniuriis laceffita, multisque annis, ne aufugeret, custodita, tandem ad Welfonem Ducem Italiae aufugit. Quae apud suos tot et tanta tamque inaudita mala se passam conqueffa est, vt etiam apud inimicos misericordiam se inuenturam non dubitaret, nec in hac vtrique spe decepta est. Nam Dux et vxor eius Machtildis grante eam susceperunt et tractauerunt. IDEM ad a. 1095. p. 372. sq. WELPHO filius Welfonis Ducis Baioariae, a coniugio Dominae Mathildis se penitus sequestrauit, asserens, illam a se omnino immunes permansisse: quod ipsa in perpetuum reticisset, si non ipse prior illud satis inconsiderate publicasset. Vnde pater ipse in Longobardiam nimis irato animo peruenit et frustra diu multumque pro huiusmodi reconciliatione laborauit. Ipsum etiam Henricum sibi in adiutorium adsciuuit contra Dominam Machtildam, vt ipsam bona sua filio eius dare compelleret, quamuis nondum illum in maritali opere cognosceret. Vnde diu frustra laboratum est. IDEM p. 374. Welfo Dux Baioariae cum filio suo Welfone tandem de Longobardia in Alemanniam rediit multumque de restitutione Henrici in regnum, quamuis de anathemate non absolutum, cum Principibus regni frustra laborauit; nam et fautores Henrici non facile eius persuasioni crediderunt: catholici autem excommunicationem et periurium incurere timuerunt, si reciperent Henricum, quem sub excommunicatione communiter abiurauerunt. VITVS ARENPECK in Chronico Baioariorum p. 661. To. III. Leibn. Anno Christi MXXVI. Guelfo, Dux ante Noricus, qui ab Imperatore iam dudum abiurauerat, et ob id Ducatum perdidit, in gratiam eius rediit Ducatumque recepit; atque, vt Senior filius suus Guelfo sibi in Ducatu succederet, ab Imperatore obtinuit. ANDREAS RATISBONENSIS in Chronico Bauarico p. 22. edit. Ioannis Schilteri: Hic iam dictus Welfo, postea perdens Ducatum Bauariae, iterum ad Imperatoris gratiam rediit et de nouo factus Dux Bauarorum, vni e duobus filiis suis, vt post se sibi committeretur Ducatus Bauariae, obtinuit. AVENTINVS L. V. c. 16. §. 10. p. 562. sqq. ADLZREITERVS loco adlegato, c. 86. p. 492. sq.

(xxx) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1095. p. 374. Fautores Henrici non facile eius persuasioni crediderunt.

(yyy) AVENTINVS in Annal. Boic. L. VI. c. 1. §. 10. p. 579. Viginti annos exsulauit. Tandem, deserta Vrbanis et Hildebrandi secta ab Imperatore restituitur, Ducatum Baioariae non solum sibi, sed et filiis suis, Welfoni et Hainrico, quos ex Iuditha, filia Baldouini Flandri, tulit, impetrauit. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1096. p. 272. Welf, Dux antea Noricus, - in gratiam eius (Henrici IV. Imp.) redit Ducatumque recipit.

(zzz) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS p. 376. ad a. 1097. Azzo Marchio de Longobardia, pater Welfonis Ducis de Baioaria, iam maior centenario, vt aiunt, viam vniuersae terrae arripuit, magnamque guerram suis filiis, de rebus suis dereliquit. Nam Welfo Dux omnia patris sui bona, utpote matri suae donata, obtinere voluit: sed fratres eius de alia matre procreati, noluerunt se penitus ex-

LVSI DIACONVS de Gestis Loquax  
miltiani III. regis Daniae ad. 1553. p. 18. Plura ex veris scriptoribus  
5 in Miscellaneis Berolinensibus p. 11  
redandien über das ungewöhnliche  
das Imperatoris filius et Berthae in  
NIS ad a. 1093. p. 102. Contra  
constitit. AVCTOR VII. DE HENR  
et quam ob causam relictum dicitur  
impetit, regnum inuasi. DONNE  
onradus)

obardis Comradus filius Henrici  
dia inde cretus, a Mediolanensi  
ueniente Welfone Duce Italiae  
pbo Dux Baioariae, non multo post  
ne cum filio suo fideliter adhaerere  
em se contulit, ibique deo ab ipso  
morti tradere voluit: sed a suo po  
XVIII. c. 84. p. 491.  
solite sedis legatus, Welfonem  
fratrem Bertoldum Ducem Almani  
u magnam conuentum apud Emani  
u maiores quam minores se videri  
cauerunt. - Hanc patrem suam  
magis viritum in ore seruauit. III  
u Alemannico Duce Bertoldo cretus



quamobrem cum nobilissimis quamplurimis viris ac mulieribus a. 1101, in terram, olim sanctam, per Hungariam Graeciamque proficiscitur, (1) Euitatis Alexii Imperatoris Graeci fraudibus et obsidione vrbis Tortosae, Hierosolymis supplex Iesum veneratur. Qua deuotione perfunctus domum repetere studuit. Consilio autem ipsius diuinitus, aliter ac statuit ipse, mutato, in insula Cypri tentatus infirmitate corporis et senectute, quae ipsa morbus esse solet, obiit. Ossa eius inde in Altorfense monasterium translata perhibentur. (2) Iter ipsum, morbus et fortassis ipse excessus incidunt

heredari: unde et aditum ei in Longobardiam prohibuerunt, quum iret ad possidendum. - Interim Dux Welfo Batioariae Longobardiam profectus est, ad possidendam hereditatem patris sui Azonis Marchionis, qui nuper defunctus est. Sed filii eiusdem Marchionis de alia coniuge praedicto Duci totis viribus resistere. Vnde idem Dux adiutorium Henrici Ducis Carentini et fratris eius Aquileiensis Patriarchae, coactus adsciscere, fratres suos hostiliter inuasi sicque hereditatem patris de manibus eorum, ex magna parte, sibi vendicauit. ADLZREITERVS P. I. Lib. 18. c. 91. p. 495. sq.

- (1) OTTO FRISINGENSIS ad a. 1101. p. 143. To. I. Vrlis. Eodem anno Gualhelmus Comes Pictauiensis, et Dux Aquitaniae, Themo Inuaniensis Archiepiscopus, Guelfo Noricorum Dux, qui in guerra cum Imperatore Frisingensem et Augustensem destruxit vrbes, Itha Marchionissa Leopoldi Marchionis Orientalis mater, - - HIEROSOLYMAM per Vngariam et Graeciam pergunt, quos Alexius Imperator in arctis locis fraudulentè expositos, paene omnes crudeliter exstinxit, elegantioribus ex eis captis et Mempheorum Regi seu Admiraldo praesentatis. Obiter adnoto ad hoc testimonium, Admirali seu Admiralis vocem esse multo antiquiorem navigatione Christophori Columbi: esse vocem Arabicae originis: et denotare principem ac ductorem fidelium ex Emir ol-mumenin, Ita olim Chalifae vocabantur, vti patet ex ABVLPHARAGIO p. 246. et Elmascino L. II. Hist. Saracen. c. 6. p. 120. Ex Amiro l'mumenin est Amiral, Amiral, Admiraldus. Haec veluti in transitu. CHRONICA AVGVSTENSIS ad a. 1101. To. I. Fieheri p. 357. Welfo Dux, cum multis Ierosolymam proficiscitur. CHRONICON MONASTERII MELLICENSIS ad a. 1101. p. 227. To. I. PEZII. Welf Dux Batioariae et Tiemo Salzbουργensis et Ita Marchionissa Hierosolymam pergunt, et cetera quam plurims. Eadem habet CHRONICON CLAVSTRO-NEOBVRGENSE ad 1101. p. 440. CHRONICON WEINGARTENSE c. 8. p. 785. Quum ad senilem aetatem venisset, et Rastenburgensem Ecclesiam construere coepisset, et satis copiose dotasset, Altorfense quoque monasterium praedixit, decimis et mancipiis, nec non Ecclesiasticis ornamentis abundantissime distauisset, alias etiam Ecclesias ad se pertinentes aliquo modo meliorasset; volens de excessibus suis discutiorem satisfactionem exhibere, Ierosolymitanum iter arripuit: quod et in maximis persecutionibus et periculis, Vngariam et Graeciam transiens, persoluit. Sepulchrum enim Domini et alia loca sancta omnibus suis paene amissis visitaui. Eadem fere repetit VITVS ARENPECK p. 661. To. III. Leibnit. qui nominatim addit, constructionem monasterii Raytenpuech ab eo coeptam esse a. 1085. et confirmatam 1092. Idem attribuit ei fundationem coenobii Steingadensis. Diploma illius confirmationis, a. 1092. factae, exhibet WIGVLEIVS HVNDIVS Metrop. Salisburg. To. III. p. 143. sq. ed. Gewoldi. Attamen aut Arenpeck in anno definiendo lapsus est aut Hundius diploma ipsum minus fideliter descripsit. Nam in fine diplomatis haec sunt obuia: Datum Anagninae Kal. Febr. anno dominicae incarnationis 1090. Indictione XV. Pontificatus Domini Vrbanus secundi Papae.

- (2) Vtinam descriptio itineris Hierosolymitani, quod Welfus obiit, superesset! AVENTINVS Annal. Boic. L. VI. c. I. p. 580. cd. Gundling. Itinerarium huiusce expeditionis atque historiam extare, sunt qui prodant; sed ego nouum legi neque inueni. PASSIO S. THYEMONIS IUVAVENSIS ARCHIEPISCOPI To. I. Metrop. Salisburg. p. 64. Horum (expeditionis Hierosolymitanae ducum, Gotheffidi Bullionensis et aliorum) opus adinuare pro nomine Christi conflagrauerunt ex Almannia Rauari, Sueui, tam proceres nonnulli, quam populares, tradentes in hoc mundo animas suas, vt in resurrectione vixtae sumerent eas. Caput horum et fidus, vt ita dicam, quo cuncti reuerentur per mare, sacer Thyemo factus (Archiepiscopus Salzbουργensis,) simul cum duce Welfone Hierosolymitanae peregrinationis iter inuadit. - Dux Welfo apud Paphum excesserat - Expeditionem ipsam breuiter delineat ANTONIVS BONFINIVS rerum Hungar. Decad. II. Lib. V. p. 164. sq. ALBERTVS AQVENSIS expeditionis Hierosolymitanae L. VIII. c. 34. To. I. Gestorum Dei per Francos p. 324. Willehelmus Comes et Princeps Pictauiensium, de sanguine Henrici III. Imperatoris Romani, pacifice transito regno Vngariorum, cum Duce Batioariorum, Welfone, et cum Comitissa nobili, nomine Ida, de Marchia Oesterrich, in ingenti manu Equitum et Peditum, et feminei sexus, supra centum et sexaginta millia, in apparatu copioso, terram Bulgarorum est ingressus. Interfuit obsidioni Tortosae in Syria, vti patet ex FYLCHERIO CARNOTENSIS de Gestis peregrinantium Francorum in terram sanctam To. I. Gestorum Dei per Francos p. 413. et AVCTORE HISTORIAE HIEROSOLYMITANAE P. II. ibidem p. 603. 604. nec non ALBERICO, Monacho trium fontium p. 191. Obsidio haec incidit in annum 1102. De gestis eius in Palaestina videre est ALBERTVM AQVENSEM l. c. c. 37. 38. 39. 41. 42. p. 325. CHRONICON WEINGARTENSE de eo pergit c. 8. p. 785. Deinde ad reuersionem se parans Cyprum adit, vbi de hac vita decedens sepultus est. Ossa tamen eius postea inde sublata ad Altorfense monasterium translata et reposita sunt. VITVS ARENPECK p. 661. To. III. Leibn. Volens itaque Deo pro suis excessibus satisfacere, Hierosolymam versus iter arripuit, sepulchrumque Domini et alia sancta loca deuote visitaui anno Christi MCI. deinde ad reuersionem se praeparans Cyprum adit, vbi vitam clausit extremam. Ossa tamen eius inde sublata ad Altorfense monasterium translata et reposita sunt. ALBERTVS AQVENSIS l. c. c. 43. ad a. 1101. p. 326. Welfo autem Dux obsidionem hanc (vrbis Tortosae) deuotans, Ierusalem ad adorandum descendit vna cum Reinoldo Duce Burgundiae - - Ierusalem perueniens,

dunt in annum 1101. Vxorem Welfo in matrimonium expetiit **ETHELINDAM**, Ottonis Northheimensis filiam, quam bis sibi desponsatam coniugio vix contracto repudiavit. (3) Ex coniuge altera et certa procreavit **WELFONEM V** et **HENRICVM**, cognomento *Nigrum* et *Catulum*. (4) Fuit haec *Iuditha*, a. 1094. defuncta, filia Balduini, Flandrorum Comitis, vidua *Tostici* seu *Tostini* Comitis Nordanubriorum, cui debebatur hereditas regni Angliae, a qua adeunda sinistris hominum molitionibus exclusus est. (5) Welfoni et Henrico Nigro fratrem tertium adiungunt Conradus Bo-

23.  
Welfonis IV.  
sponsa, uxor et  
liberi.

uensis, adorato Iesu Domino et Esus sepulcro, post aliquot dies nauigio usque ad insulam Cyprum reuersus est. ubi et ipse infirmitate detentus, mortuus et sepultus est. **AVENTINVS** L. VI. Annal. c. 1. §. 11. p. 580. Welfus Hierosolyma penetrauit, viam ferro sibi aperuit. Tandem omnibus amissis, dum reuertitur parat, in Cypro, Paphi, decedit, ibique humatur anno aerae nostrae millesimo centesimo supra primum. Eundem annum calculo adiecto roborat **CONRADVS VRSPERGENSIS** in Chronico ad a. 1101. p. 181. Virique parti error sit tribuendus, ob testium auctoritatem et aequalitatem difficile est iudicatu. Exemplum heic est praesto, quod illustrat *veritatem*, quam nuper celeberrimus **CHRISTOPHORVS AVGVSTVS HEVMANNVS** vocauit *disiunctinam*.

- (3) **LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS** ad a. 1071. p. 343. Rex (Henricus IV.) natalem Domini Goslariae celebravit. Ibi per interuentum Rudolphi Ducis Sueuorum, **WELF**, filius *Azzonis* Marchionis Italorum, Ducatum Bawariae suscepit. Is filiam Ottonis Ducis Bawariorum uxorem duxerat, et per inuicendam altera iam vice matrimonio fidem dixerat. Quamdiu itaque res tranquillae erant - maritali uxori affectum et honorem deferabat, et causam soceri, quantum poterat, armis et consiliis tuebatur. At ubi animaduertit, datam in eum esse sententiam - leges omnes vinculaque omnia, quibus vicissim propinquitatem firmauerant, abruptis - deinde filiam eius a complexibus suis et thori consortio segregauit patrique remisit. **CHRONOGRAPHVS SAXO** ad a. 1111. p. 282. Ex quibus (Ottonis filiabus) unam, nomine **ETHILINDAM**, accepit Welfus, Dux Bawariae; et postquam illam repudiavit, duxit eam Hermannus de Carverla; genuitque illa Hermannum Comitem.
- (4) **BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS** ad a. 1094. p. 370. *Iuditha* uxor Ducis Welfonis Bawariae iamdiu infirmata et ea castigatione non parum meliorata, diem clausit extremum, quarto Non. Martii et apud Monasterium, quod maritus eius in honorem S. Martini in proprio alodio construxit, a Gebhardo Constantiensi Episcopo honorifice sepelitur. Ad quod Monasterium maritus eius Dux capellam ipsius tradidit, quae in auro et argento et pretiosissimis paramentis mille libras paene valuit idemque monasterium in possessionibus centum paene mansis melioravit sicque melioratum S. Petro sub iure tributario contradidit, ut apostolicae sedi desinceps principaliter subiaceret, et sub eius defensione, ut alia libera monasteria, iure perpetuo polleret. **CHRONICON WEINGARTENSE** c. 8. p. 784. Accepit Regnam Angliae tunc viduam, filiam scilicet Balduini nobilissimi Comitis Flandriae *Iuditham* in uxorem, ex qua duos filios, *Gwelfonem* scilicet et *Henricum*. quorum uterque Ducatum Bawariae, alter post alterum possederat, progeniuit. Conf. **LADISLAVS SVNDHEMIVS** p. 803. **VITVS ARENPECK** in Historia de Guelfis p. 661. To. III. Leibn. **CONRADVS VRSPERGENSIS** p. 210. Verbanus Papa in Bulla quadam a. 1090. data, quae est obuia apud **GEWOLDVM** in additionibus ad To. III. **HFNDII** Metrop. Salisburg. p. 143. mentionem facit *Welfonis*, Ducis Bawariorum et coniugis eius *Iudithae*. Quare fallitur **CONRADVS BOTO**, qui ad a. 1063. p. 327. vxorem Welfonis vocat *Wichandam*, regis Herodis Anglorum viduam, Mortem *Iudithae* describit **IOANNES ADLZREITERVS** in Annal. Boicae gentis Part. I. Lib. XVIII. cap. 85. p. 492.
- (5) *Tosticus* Comes Northumbriae et *Guilielmus* Dux Normandiae in vxores duxerant forores duas, *Iuditham* et *Mathildam*, filias Balduini Comitis Flandriae. Eduardo rege Angliae demortuo *Haraldus* *Tostici* frater natu minor diadema Anglie regni affectabat fratremque *Tosticum*, ne qua sibi obmoliretur, eiiciebat de regno: *Tosticus* ea propter iratus in fratrem incitauit adfinem *Guilielmum* aduersus *Haraldum*. Dum autem hoc pacto *Tosticus* voti sui compos fieri studeret, regno ipse exiit sperato, *Guilielmo* summae rerum feliciter sese admoente. *Tostico* igitur aegritudinis nauis a fuit mortifera. **ORDERICVS VITALIS** L. III. p. 492. inter scriptores Historiae Normannorum ab **ANDREA du CHESNE** Parisiis a. 1619. editos: *Tosticus*, *Godwini* Comitis filius, aduertens *Heraldi* fratris sui praualere facinus et regnum Angliae variis grauari oppressionibus, aegre tulit, contradixit, et aperte repugnare decreuit. Vnde *Heraldu* patris consulum (comitatum intellige.) quem *Tosticus*, quia maior natu erat, longo tempore sub *Eduardo* Rege iam tenuerat, ei uolenter abstulit, ipsaque exulare compulsi. Exsul igitur *Tosticus* Flandriam petiit ibique socero suo *Baldurno* Flandrensi satrapae *Iudithae* uxorem suam commendauit, deinde festinus Normanniam adiit et *Willelmum* Ducem, cur periturum suum regnare sineret, fortiter redarguit, seque fideliter, si ipse cum Normannicis viribus in Angliam transfretaret, regni decus obtenturum illi spondit. Ipsi nempe iamdiu se inuicem mutuum amauerant, duasque forores, per quas amicitia saepe recalescebat, in coniugio habebant. *Willelmus* autem Dux aduenientem amicum cum gaudio suscepit, amicitiae eius redargutioni gratias egit, eiusque perhortationibus animatus, Normanniae proceres conuocauit, et de tanto talique negotio, quid agendum esset, palam consuluit. **GVILIELMVS MALMESBURIENSIS** p. 82. ed. Francof. 1601. *Tostinus* a Rege *Eduardo* post mortem *Sewardi* Northambriae Comitis praefatus, paene decennio pronuntiae praefuit - *Tostinus* omnibus insensus cum uxore et liberis, Flandriam abiit, ibique interim usque ad *Eduardi* obitum fuit. **ROGERIVS HOVEDENVS** p. 446. Et post festiuam omnium sanctorum cum adiutorio Comitis *Edwini* de Anglia *TOSTIVM* expulerunt; qui mox cum uxore sua *Baldurnum* Flandrensi Comitem adiit, et apud S. Audomarum hiemem egit. Conf. **ALBERICVS**, monachus trinum fontium in Chronico ad a. 1160. de liberis Balduini.

... uis ac mulieribus a. 1101. Graeciamque proficiscitur, ubi et oblatione urbis Tortosae. Qua deuotione perfunctus deus diuinitus, alter ac statuit ipse corporis et senectute, quae ipse in Altorfense monasterium transiit et fortassis ipse excessus incidunt

... Interim hanc hereditatem patri sui Azzonis dedit de alia coniuge praedicti Ducis tota Comitatus et frater eius dominus Paphi hereditatem patri de manu eius Lib. 18. c. 91. p. 495. lib.

... Inter anno Gualtherus Comes Postanensis, frater Sicorum Dux, qui in guerra cum Marobronsa Leopoldo Marchioni Orientem peruenit, quae Siciliae Imperatoris in finibus, eligentibus ex eis capiti et ad hoc testimonium, alimari seu in Columbi: esse necesse Arabicae ornamentis, Isidori Chalfiae vocabatur, Straten, c. 6. p. 120. Ex Amerliu. **CHRONICA AVGVSTENSI** ad *Welfonem* proficiscitur. **CHRONICON Welfi** Dux Bawariae et Tiemi Saxoniam plurima. Eadem habet **CHRONICON WEINGARTENSE** c. 8. p. 784. 9. construere coepisset, et satis copiosus, nec non Ecclesiasticis ornamentis aliquo modo meliorasset, uolens iter arripit: quod et in n. et, persequitur. Sepulchrum enim Ducepiti **VITVS ARENPECK** p. 110. tri Raytenquech ab eo coepiam d. coenobii Seingadenis. D. plom. d. IV. Metrop. Salisburg. To. III. 14. 5. lapsus est aut *Henricus* diploma p. t. obuia: Datum Augustae Kal. Feb. 11. Duxis Urbani secundi Papae.

... superest. **AVENTINVS** Annal. h. tenent atque hibernam ex parte, sum MONIS **AVGVSTENSIS** ARCHIEPISCOPI *Almuntanae* ducum, Gothefridi Baluermos et *Almuntana* Bawari. Sicut, in uas suat, ut in resurrectione uotae) erentur per mare, sacer Thyemo factu *Almuntanae* peregrinationis iter cum in decurere delinea: **ANTONIVS BIVITVS AVGVSTENSIS** expeditionis Heo 324. *Willelmi* Comes et Primitiue transire regno *Vngariorum*, a da, de *Marchia* *Oesterrich*, in imp. exaginta milia, in apparatu uisum Syria, vii paret ex **FFLCHERII** *Sanctam* To. I. *Geistorum* Dei p. 10. P. II. *ididem* p. 603. 604. nec in dit in annum 1101. De gelis eius 8. 39. 41. 42. p. 325. **CHRONICON** *Welfonis* se parans *Cyprum* adit, ubi ad Altorfense monasterium uenit. *Polesi* itaque *Duce* sui coepit *Domani* et alia *sancta* lica *Duce* *Cyprum* adit, ubi vitam diuina translata et reposita sunt. *Alth* oblationem hanc (vixit *Tortosae*) *Duce* *Burgundiae* - *Welfonem* *pro*

34.  
WELFO V.

tho, Ladislaus Sundhemius, et recentiores. (6) Vocant eum et Zegebardum et *SEGEBARDVM*, qui fuerit maritus *ADAE*, filiae Gebhardi, Comitum Suppleburgici et fororis Lotharii Caesaris. Eidem scriptores mentionem quoque iniiciunt *ADELHEIDIS*, quae Iudithae filia et Conradi, Burggrauii Magdeburgensis, vxor fuerit. Alii maritum eius vocant Fridericum de Rotenberg ad Nicrum. (7) *WELFO V* nos nunc admonet, vt distinctius fusiusque de ipso disseramus. Fuit is, Monacho Weingartenensi teste, (8) vir moderationis, facilitatis et mansuetudinis laude celebratissimus. Matrimonium, quod cum Mechtilde a. 1089. seu 1090. in Heluetia celebravit, rationem continet multarum rerum gestarum, in luce Europaeorum terrarum eo aevo occurrentium. Welfo autem, tam parens quam filius, spe erat ditior quam euentu. Mathildis enim, vidua Godefredi Ducis Lotharingiae inferioris, et praediis regionibusque et numis affluentissima, neruum et pondus animosis Welforum in Caesares conatibus addere poterat. Pactis nuptialibus erat cautum ita et statutum, vt regiones a Mathilde possessae deuoluendae essent ad haerem futurum, vel, eo deficiente, ad maritum superstitem. Eo autem Mathildis erat animo, vt heredem ex Welfone V non admodum expeteret, indubie a Pontifice, hereditati opimae inhiante, sic instructa, qui, licet auctor fuerit coelibatus Clericorum, Canusii tamen alibique intimam cum Mathilde coluerat familiaritatem. An suspicandum sit, id defuisse Welfoni, quod Mathildis in Gregorio VII deprehenderat, definiant alii. Welfonis IV pater equidem remisque velisque pactum sponsalium vrgebat, et itinere in Longobardiam instituto nil inexpertum omittebat eorum, quae ad conciliandum filio fauorem feminae ditissimae spectare videbantur. Tanta autem erat Mathildis animi obstinatione et pertinacia, vt surdae narraretur fabula. Quo facto Welfus vterque gratiam Caesaris recuperare adnifus est, et Mathildis a. 1115. obiit, herede designato Pontifice Romano, (9) et reclaman-

- (6) *CONRADVS BOTHO* p. 327. De (Wichganda vxor posterior Welfonis) *telde oeme drey Sone unde eyne Tochter. De erste Sone de bet Hinrik de Swarte: de ander bet Wolpy: de dritide Zegebart.* Conuenit *LADISLAVS SVNDHEMIVS* p. 803. At scriptores vetustiores hunc ignorant.
- (7) *CONRADVS BOTHO* l. c. De *dochter heyt ALHEIT, unde nam Borggreuen Cord to Meydeborch.* Eadem habet *SVNDHEMIVS* l. c. *ARBOR GENEALOGICA GVELFONVM*, quae nonnunquam fallit, quia recentiora sunt admitta, *LEIBNITII* Tomo III, p. 669. Adhuc, vxor *Friderici de Rotenberg, super Neccare. HENNINGESIUS* et *HVBNERVS* sectator ei adtribuunt maritos duos, Sighardum Burggrauium Ratisbonensem et Marchionem Landsbergensem Conradum. Tacent Monachus Weingartenensis, Vitus Arenpeck aliique genuinae antiquitatis scriptores.
- (8) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 9. p. 785. *Vir moderatissimus, qui magis liberalitate et facilitate, quam crudelitate omnia sibi resistentia subiecit. Domum suam ordinatissime disposuit. Vnde et nobilissimi quique, et vtriusque prouinciae, filios suos eius magisterio educandos certatim commendauerunt. In Italia tamen cum his, qui patrimonium suum iniuste usurpauerant et suos pessimis circumuentionibus molestauerant, saepissime durissimos conflictus habuit. SVNDHEMIVS* p. 803. eadem sero repetit *CONRADVS VRSBERGENSIS* p. 210. *Mortuo patre accepit Ducatum Bawariorum, et tam curiae suae largitate et honestate quam finitimarum gentium, maximeque Italiae, bellis et honestatibus, multa magnifice peregit.* Repetit haec *VITVS ARENPEC* p. 662.
- (9) De Mathilde ex professo egerunt *IOACHIMVS FRIDERICVS FELLERS* Monumentorum variorum P. II. *BRACCLANO* aliique. Pater erat Bonifacius Marchio Ferrariensis, Thusciae, Veronae, Luccae, Placentiae et Parmae ex beneficio Regis Italiae. Mortuus est a. 1052. *ALBERICVS* ad e. a. p. 88. Vxor Beatrix, filia Friderici Ducis Lotharingiae et Mathildis, marito erat superstes et nubebat a. 1053. vel certe 1054. Godefredo Barbato. *BRACCLANO* §. 3. p. 5. Ex Bonifacio et Beatrice Mathildis, ditissima illa princeps, procreata fuit, mortua demum anno 1115. Nupsit primum Godefredo gibbo, Duci Lotharingiae inferioris, qui a. 1076. Antwerpiae intestinis fraudibus adpetitus occubuit. Recentiores ei pro secundo tribuunt marito Azonem Welfoni IV. parentem. Sed *MVRATORIUS* aliique hoc coniugium referunt rectius ad fabulas. Welfoni V. certe nupsit a. 1088. eumque in gratiam Pontificis, hereditatem ipsius opimam cernentis, deseruit. *PETRVS DIACONVS* L. III. *Chronici Casinensis* c. 49. p. 390. *Anno dominicae incarnationis millesimo septuagesimo septimo Matilda, Comitissa Liguriae et Tusciae - Liguriam et Tusciam prouincias Gregorio Papae et sanctae Romanae ecclesiae deuotissime obtulit. CHRONICON HALBERSTADENSE* p. 128. *Potentissima per Italiam femina, domina Magatillis - - Hildebrando obsequiosa nimium ac familiaris coepit, ita etiam, quod patrimonium suum, quod ipsa latissimum habuit, in praediuicium Imperatoris, qui legitimus eius erat heres, ad instantiam Hildebrandi S. Petro donaret. CHARTVLA COMITISSAE MATHILDIS super concessione bonorum suorum Romanae Ecclesiae facta occurrit To. I. Leibnitiano p. 687. sq. Dona-*

mante tum Imperatore, (10) tum posteritate Welfi. (11) Si Welfonis iunioris facta reliqua haud negligenda sunt, addendum est vnum et alterum. Ipse Ducatui, quo ex beneficio Caesaris ornatus erat, optime praesuit. In Italia aulam suam instituit decentissime, ac tanta cum prudentia terras rexit, vt summates permulti Germanorum filios suos magisterio eius commendarent. (12) Durissimos saepe sustinuit conflictus cum posteritate Azonis, ex Gersende progenita. (13) Quum Imperator et Pontifex Romanus a. 1111. colluctarentur de Episcopatibus conferendis, Welfus intercessit aestuanti vtriusque partis irae pacemque conciliauit imperio Germanico utilissimam. (14) Ex anno autem 1122. postea Pontifex Romanus munia episcopalia tradidit petitoribus, maioremque inuexit simoniam, quam ea vnquam

Donationem autem illam esse partim falsam partim iniustam et iniquam, docuerunt egregie FRIDERICVS LVDOVICVS nobilis Dominus de BERGER in *Vindicatione Iuris Imperialis in Magnum Thusciae Ducatum* a. 1723. 4. IVSTVS HENNINGVS ROEHMERVS in *Vindiciis Imperialibus pro Parmae et Placentiae Ducatibus Halae* 1722. 4. IACOBVS PAVLVVS de *GVNDLING in Historischer Nachricht von Parma und Piacenza und deren Dependenz vom Römisch Teutschen Reiche* Francof. 1723. 4. IOANNES IACOBVS MASCOVIVS in *Diff. de Iure Imperii in Magnum Ducatum Etruriae Lips.* 1721. 4. et in *Examine du Memoire sur la liberte de l'Etat de Florence*, quod 1722. Germanice translatum et nonnullis accessionibus locupletatum prodit cum inscriptione: *Geschichtmaessige Vorstellung von den Gerechtigkeiten der Teutschen Keyser und des H. Reichs auf das Gros-Hertzogthum Florentz, nebst der Nachricht von den Florentinischen Historien*, von BRACCIANO. Hisce adnumerandus est SIMON FRIDERICVS HAHNIUS in *Iure Imperii in Florentiam Halae* 1722. 4. et NICOLAVS HIERONYMVS *GVNDLINGIVS de Iure Imperatoris et Imperii in Magnum Etruriae Ducatum Halae* 1722. 4. Speciatim donationis effectae vel iniustae Mathildinae fucum detecturus erat SIMON FRIDERICVS HAHNIUS in *Opere de Finibus Imperii*, quod denuo promisit in Parte III. der *Deutschen Reichs-Historie* C. II. §. 12. p. 103. At vero dignissimum institutum mors auctoris praematuro nuperrime intercepit.

(10) De Friderico Barbarossa *LIGVRINVM GVNTHERI* L. IX. p. 419.

*Praeterea reditus, cunctis de finibus illis, Quos famosa prius possederat illa Mathildis Pluribus inuasor Rex in sua iura retraxit.*

Conf. RADEVICVS de gestis Friderici I. Imp. L. II. c. 10. p. 512. Miror, Ottonem IV. Imperatorem terram Comitissae Mathildis recessuisse inter ea, quae sunt Pontificis Romani, in Diplomate a. 1211. Innocentio III. dato, apud HEINECCIUM in *Antiqq. Goslar.* L. II. p. 210. Sed suberat metus, vt HEINECCIUS p. 211. ostendit.

(11) BERTHOLDVS CONSTANTIENSIS ad a. 1095. p. 373. de Welfone IV. patre: *Ipsum etiam Henricum (IV.) sibi in adiutorium adsciuit contra Dominam Mathildam, vt ipsam, bona sua filio (WELFONI V.) eius dare, compelleret.* De Welfone VI. RADEVICVS L. II. c. 10. memoriae tradidit, quod distraherit et disperferit reditus Imperiales, qui dicebantur domus Mathildis, eosque tandem in ordinem redactos susceperit tradente Caesare Friderico. Lotharius idem patrimonium Mathildis dedit in beneficium Henrico Superbo, genero suo. *BARONIVS* To. XII. *Annal. Ecclesiast.* ad a. 1133. num. 2. 3.

(12) CHRONICON WEINGARTENSE c. 9. p. 785. *Vir moderatissimus, qui magis liberalitate et facilitate quam crudelitate omnia suis resistentia subiecit. Domum suam ordinatissime disposuit, unde et nobilissimi quique, et vtriusque prouinciae, filios suos eius magisterio educandos certatim commendauerunt.* VITVS ARENPECK p. 662. *Guelfo filius eius, defuncto patre, Ducatum Bauariorum accepit, et tam curiae suae largitate ac honestate, quam finitimarum gentium maximeque Italiae bellis et honestatibus multa magnifice pergit.*

(13) CHRONICON WEINGARTENSE l. c. *In Italia tamen cum his, qui patrimonium suum iniuste usurpauerant et suos pessimi circumventionibus molestauerant, saepissime durissimos conflictus habuit.*

(14) CHRONICON idem pergit: *Romae cum Imperatore Henrico quinto fuit, quum Papam Paschalem captiuauit, immunit tamen scelere ab hoc. Nam quum omnimodis ab eo declinare non posset, mediatorum se ad compositionem faciendam interposuit. Sicque factum est, vt Imperator tandem eius consilio ad condignam satisfactionem humiliaretur, et Papa cum pro bono pacis clementer ac paterne susciperet et conseruaret.* Conf. VITVS ARENPECK l. c. LADISLAVS SVNDHEMIVS p. 803. *Captiuitas haec cadit in annum 1111. Fallitur ARENPECK, qui annum 1116. definit.* OTTO FRISINGENSIS *Chronici* L. VII. c. 14. p. 146. To. I. *Vitii Francofurti ad Moenum* a. 1670. fol. *Multis tam in ulteriore quam in ceteriore Italia, quae modo Longobardia et Tuscia vocatur, fortiter gestis, ad Urbem (Henricus V.) progreditur. Ibi a Paschali Papa, cum clero et populo Romano in urbe Leonina ante fores beati Petri, cum crucibus et thuribulis aliisque Ecclesiasticis seu forensibus ornamentis stante, et aduentum eius praesolante, cum maximo tripudio suscipitur. Ipse autem praesatum Pontificem consilio quorundam sceleratorum, cum magna tamen reuerentia, captiuauit.* ANNALES HILDESHEIMENSES ad a. 1111. p. 738. DONNILO in *Vita Mathildis* L. II. c. 17. p. 681. PETRVS DIACONVS L. IV. *Chronici Casinensis* c. 49. p. 467. SVGERIVS, San-Dionysianus Abbas in *Vita Ludouici Groffi* p. 104. ANONYMVS AVCTOR *HISTORIAE PONTIFICVM et COMITVM ENGOLISMENSIVM* c. XXXV. in *Vita Gerardi*

(6) Vocant eum et Zeg...  
ADAE, filiae Gebhardi, C...  
Caesaris. Eidem scriptores me...  
que Judithae filia et Contra...  
Alii maritum eius vocant Frido...  
WELFO V. nos nunc admonet, v...  
fuit is, Monacho Weingarten...  
et multitudine laude celebratiss...  
a. 1089. seu 1090. in Helve...  
rum gestarum, in luce Eo...  
tum. Welfo autem, tam parem...  
Mathildis enim, vidua Godofre...  
ffis regionibusque et numis adflu...  
Welforum in Caesares conatibus...  
et cautum ita et statutum, vt re...  
essent ad haeredom futurum, vel...  
Eo autem Mathildis erat animo...  
m expeteret, indubie a Pontifice...  
ui, licet auctor fuerit coelibatus...  
cum Mathilde cohaerit fa...  
isse Welfoni, quod Mathildis...  
lii, Welfonis IV pater equi...  
urget, et itinere in Longo...  
rorum, quae ad conciliandam...  
lebantur. Tanta autem em...  
vt furdas narraretur fabi...  
recuperare admissus est, et l...  
tifice Romano, (9) et re...

Welfonis) telde come drey Son...  
rhet Welfy: de drilde Zeghart...  
illuocis huic ignoant.

am Borgereus Carl in Meydeh...  
WELFONVM, quae nonnunquam il...  
3. Adelhart, raxo Friderici de Bann...  
adhibuit maritus dnoo, Sigwardus de...  
Conradum, Taceat Monachus Weing...

mus, qui magis liberalitate et faci...  
non ordinatissime disposuit, unde et...  
libris educandis certatim commenda...  
susceperant et suos pessimi circu...  
v. SVNDHEMIVS p. 803. eadem li...  
git Ducatum Bauariorum, et tam...  
vineque Italiae, bellis et honestatib...  
662.

WELLES Monumentorum variorum...  
tenis, Thuroie, Veronae, Luca...  
a. 1052. ALBERICVS ad c. 1. p. 1...  
marito erat superites et nobilit...  
p. 5. Ex Bonifacio et Beatrice...  
anno 1115. Nupserat primum Gode...  
siae interitus fraudibus adpessu...  
Welfonis IV. parentem. Sed AN...  
Welfoni V. certe ompta. 1088. m...  
is, deseruit. PETRVS DIACONVS...  
tionis millefimo septuagesimo sept...  
provinciae Gregorio Papa et iace...  
TADENSE p. 123. Primitiua p...  
monium ac familiaris coepit, v...  
varidicium Imperatoris, qui longum...  
RTVLA COMITISSAE MATHILDIS...  
curit To. I. Leibnicio p. 66...

quam fuit, qua Imperatores sese polluisse Romani criminabantur. (15) Welfus ad postremum communi mortalitatis fato circumuentus est, occupatus morbo a. 1119, seu 1120 in villa *Kaufringen* ad *Lechraimum* et illatus tumulis maiorum *Altorfensibus* aut *Weingartensibus*. (16) Cum excessu Welfi excessit et exspiravit ipsa auctoritatis Imperatoriae excellentia. Is enim

- (f) *CHRONICON* idem c. 12. p. 787. *Gwelfo sub annis adolescentiae suae, mediante fratre suo Henrico Duce filiam Godefridi, ditissimi Palatini de Calwe Outam nomine accepit uxorem. Vnde et omnia, quae illius erant, tam beneficia quam patrimonia obtinuit. Albertus igitur Comes, fratruelis eiusdem Palatini, videns omnem suam spem, quam in morte patris posuerat, frustrari, de iniusta eum diuisione calumnians hereditatis, ac medietatem omnium ad se hereditario iure spectare proclamans, castrum Calwe dolo subripuit, et milites in eo locauit. Deinde in breui post milites Gwelfonis in villa Gindelingen quadam nocte ex improviso superveniens, aliis ex eis captis, aliis in fugam conuersis, omnibus paene tam in armis, quam in equitaturis penitus destitutis villam succendit, ac praedam ad castrum suum Wartinberg adduxit. Dux ergo collecto milite sine mora idem castrum obsedit, et machinas nihilominus adduci et praeparari praecipit. Albertus vero Fridericum et Conradum Duces auxilii gratia adiit, eisque de allodio suo villam cum ministerialibus ac aliis appenditiis eius, ut Gwelfonem de obsidione propellerent, contradidit. Illi autem ad redimendum castrum collecta manu militum properarent, Gwelf impetum eorum praeveniens, castrum armata manu, machinis quoque adhibitis circumquaque impugnat, ac sic laboriose captum, praeda sua recepta, et militibus, ibidem repertis, captivis abductis, igne castrum succendit. *LADISLAVS SVNDHEMIVS* p. 804. *VITVS ARENPECK* p. 663. *AVENTINVS* L. VI. Annal. c. 3. §. 15. 16. 17. p. 592.*
- (g) *CONRADVS VRSBERGENSIS* p. 211. *Castrum quoque Falchensteyn a Duce Henrico in Bavariam regresso capitur. Non multo post Fridericus Dux, memor pristinae iniuriae, Altorf et Ravensburg armata manu inuasit, ubi quosdam captivauit, et villas circumquaque et Memingiu incendio vastavit. Sequenti vero aestate, (1129.) Henricus (superbus) Dux cum exercitu copioso fines Friderici Ducis ingressus, a villa Tuogendorf, quae est in ripa Danubii, incipiens et ultra Stouphen perveniens, omnia circumquaque in transitu et in reditu incendio et praeda devastat. Posthaec rediens in Bavariam bella plurima peregit, videlicet contra Episcopum Ratisponensem, Henricum nomine, unum de Nobilissimis Bavariae, patrum Ottonis, Comitis de Wolfrathehusen; et contra supradictum Fridericum, Advocatum Ratisponensem; et dictum Ottonem de Wolfrathehusen. Hi quoque in auxilium suum habuerunt Luipoldum, Marchionem Orientalem; Qui omnes, congregato copioso exercitu, castra iuxta Isaram fluvium posuerunt, ut attentarent Ducem de sinibus illis expellere: Ceterum Dux acies suas ordinavit e contra quumque pugnam inire debuissent, Otto Palatinus de Witislabach considerans periculum utriusque partis, mediatorem se interposuit, et sine minus sine promissionibus saepe dictum Fridericum Advocatum, consobrinum suum, et Ottonem Comitem, generum suum, ad hoc induxit, ut in potestatem Ducis se traderent, et castrum Wolfrathehusen, quod milites Ducis dudum obsederant. *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 12. p. 788. *LADISLAVS SVNDHEMIVS* p. 804. *VITVS ARENPECK* l. c.*
- (h) Diploma ipsum exhibetur a *BRYSCHIO* de Monasteriis Germaniae p. 577. et summe Reverendo *LVCA* in Fürsten-Saal p. 364.
- (i) *MONACHVS WEINGARTENSIS* c. XIII. p. 789. *Leopaldus Ducatum Noricum ex hinc se potenter habere confidens, dum in obsidione castri Valesa duorum fratrum, qui in parte Ducis Henrici steterant, incaute moraretur, Gwelfo, Ducis eiusdem frater, collecto milite superveniens, fortissime dimicando*

ooo

cando

SPICIUS MONASTERII GENEALOGIA  
 de huiusmodi fratres fuerunt. Hermannus  
 clemis. Genuit autem Theodericus Gerhar-  
 mo Tadio et Stephanus, Comes Comes de  
 maton Casarati Dux. Ita de Habsperg  
 Leutoburg. Wernerus genit Ottonem et  
 de Hincburg. Richenza de Leutoburg  
 nobilissimae generis Habsperg, Vindricum. In-  
 dolen filius Richenzae de Leutoburg  
 genuit Ferrerum et Rudolphum de Habs-  
 tempore, Richenzam de Ferris. Ita  
 de Welfo genuit Rudolphum et Comitem  
 Gouffen, quae est inter Wormatiam et  
 am, Gertrudem, uxores Hermannus et  
 n. filiam Virici Comitis de Chouing p.  
 Ludoldi de Regenbergen genuit Göttr  
 ur!

solophus  
 e Habsperg  
 Richenza de  
 Ferris  
 10.

deriendam ex mascula Comitum  
 Origine et Genealogia gloriosissimorum  
 S. MABILLONIS in descriptione  
 7. 8. NICOLAVS CLAVDIVS FABR  
 a Pictorici L. III. p. 174. sq. Notandum  
 ratio ad vindicias Hispanicas  
 do. II. plenioris assertio Genealogi-  
 MVS FRIDERICVS FELLERS in  
 tes c. VIII. p. 202. sq. qui rantes in  
 itis Bregantini et Alberti Comitis Habs-  
 ligen Einleitung zur Saas-Reichs-  
 L. tab. 151. qui addit Berhan.  
 Picturato p. 334. liberos Henrici  
 ro Doringo (lege Zaunger) duxerunt





per Mysiam et Macedoniam iter faciens, in Thraciam Constantinopolim contendit, ut Emanuelis secundi Graecorum Imperatoris adiumento per fretum Euxinum commode traiceret. Ibi ab Emanuele infido male persuasus, traiecto in Asiam exercitu, Iconium obsedit, qua, ut ille promiserat, commeatus omnes a Constantinopoli se habiturum esse sperabat, quippe qui aliunde haberi non poterant. Quum minutissimam urbem (ILLAM) obsedisset, sceleratissimus Graecorum Imperator, ut Romani Principis prae livore perderet exercitum, farinae semper gypsum immiscuit. Quare milites adulterata re frumentaria, passim morbo correpti, magna ex parte interiere. Itaque Conradus re infecta paullo post in Germaniam redire coactus est. Atque id tantum emolumentum sua expeditio praebuit, quod Balduinus Hierosolymitanorum Rex quartus tantum animi ex Imperatoris adventu concepit, ut Ascoloniam diu obsessam ceperit: quoniam paullo prius Gazam, vetustissimam urbem, sed ab incolis destitutam, instaurasset, fratribusque Templariis (ut aiunt) inhabitandam concessisset. Quin et eodem fere tempore Turcarum satrapas aggredi ausus est, qui Hierichontinos admodum opprimebant: quos quum praelio superasset, quinque millia Turcarum caesa referuntur; Insuper Noradinum Damascenorum Praefectum et adsiduo Hierosolymitanum agrum infestantem, insigni clade fugavit, ad Damasci usque moenia persequutus. De Conrado haecenus. Welfo lares suos reuisit die festo, quem purificationis Mariae vocant, et continuo exercitum collegit, quo fines Conradi III. regni inuadit. Quod bellum uti aduerso partim, partim ancipiti Marte, gestum est, sic Friderici, qui erat fratruelis regis ac eiusdem Welfonis sororius, interuentu sopitum et extinctum est. (†) In posterum, Conradus, Welfonem beneficiis sibi arctissime deuincturus, eundem a 1151. nonnullis ex aerario regni redditibus ac villa Mardingem donauit, paulloque post exspirauit. (r) Fridericus Barbarossa, fratruelis Conradi, et Welfonis ex sorore Iuditta nepos fasces regni Germanici capessens, nihil eorum praetermisit, quo gentem Welficam praepotentem sibi obstringeret. Ipse enim Welfonem ornauit collato Spoletano Ducatu, Marchia Thusciae, principatu Sardiniae, ac domo Comitissae Mathildis. Quas terras senior Welfo iuniori Welfoni filio suo tradidit ac demandauit. Incidunt haec in annum 1158. (s) Quarto ante anno Fridericus primus marchionatum Austriae

- (†) CHRONICON WEINGARTENSE l. c. *Ac sic gwerra, diu anxie inter ipsum et Regem agitata, finita est. Nam Fridericus, fratruelis Regis, sororius eiusdem Gwelfonis, medium se, ad compositionem faciendam interposuit, captiuosque Duci reddi ac Regem de cetero securum penes illum esse, prouida deliberatione confirmauit. Eadem ARENPECK, cuius locum dedimus, et CONRADVS VRSBERGENSIS, fideles compilatores ex Chronico Weingartenfi.*
- (r) CHRONICON WEINGARTENSE l. c. *Rex, accepto consilio, Gwelfoni aliquos redditus de fisco regni, cum villa Mardingem, concessit, ac sic firmata pace, ipse, in breui post vita decedens, Friderico, fratrueli suo, sedem regni reliquit.*
- (s) CHRONICON WEINGARTENSE c. 13. *Fridericus auunculo suo Gwelfons Marchiam Thusciae, Ducatum Spoleti, Principatum Sardiniae, domum (patrimonium et terram) Mathildis in beneficio tradidit - Igitur dignitatibus praenominatis susceptis Italiam intrat, ac ciuitates castella seu villas per totam domum Mathildis pertransiens negotia terrae ciuiler pertractat. Ibi legati de omnibus ciuitatibus Thusciae, nec non et ex omnibus ciuitatibus Spoleti uenientes, ac munera condigna offerentes subsectionem voluntariam promittunt. Cum quibus nuncios suos ad omnes ciuitates dirigens ac se in breui illo uenturum promittens, suis rite dispositis reuertitur. VITVS ARENPECK l. c. p. 671. Fridericus Imperator Welfoni, auunculo suo, ut eius fauorem plene obtineret, contulit in beneficium Marchiam Thusciae, Ducatum Spoleti et totam Mathildis Comitissae terram; quibus terris potestate plena potitus, suos ibi collocant, filio suo iuniori commisit. Anno Christi 1160. ipse per uallem Tridentinam ad propria rediit. GYNTERYS in Ligurino L. IX. p. 419.*

*Inde per Etruscas legatos destinat urbes  
Campanasque domos, et quas in litore curuo  
Aequorei lauat unda salis, qui debita fisco  
Iura uetusta petant, per quos statuatur in omni  
Urbe magistratus, et ciuica quaeque potestas,  
Praeterea redditus cunctis de fimbis illis,  
Quos famosa prius possederat illa Mathildis  
Pluribus inuasos, Rex in sua iura retraxit.  
Inde reollectos et tanquam corpus in unum*

Par-

Austriam euexit ad dignitatem Ducatus, quod ipsum diplomate est roboratum, in quo inter testes occurrit Welfo senior. (t) In primis anno 1159, Caesari suam adprobauit virtutem, quum exercitui Imperatorio Mediolanum obsidenti triumphum, aduersariis, contra necessitatem deditiois et in posterum subiectius agendi, adtulit. (u) Anno sequenti Imperator lacertos porro mouit ad Italos perdomandos exercitumque, Cremonae suasu, infesto Cremae oppido, admouit. Suppetias Caesari Welfo tulit promptissimas, eo quidem euentu, ut vrbs caperetur, capta diriperetur, et direpta funditus dirueretur. Miseris ciuibus, quum victoris arbitrio sese permitterent, concessum est, ut castro et regione adposita egrederentur cum vxoribus liberisque ac tanto facultatum suarum adparatu, quantum quisque vna vice humeris sustinere et exportasse potuisset. Fuerunt, qui aegrotos maritos liberosque et feminas potius extulerunt quam vitae subsidia. (x) Recen-

tior

*Partibus ex multis quadam grauitate reductos,  
Nescio quid prisca se iuris habere volenti  
Ac velut heredi, cumulato munere princeps  
Concessit CATVLO, qui Regis auunculus, illo  
Tempore Dux validus felicia castra nepotis  
Milite non pauco, mentisque vigore iuuabat.  
Hunc ex Romano Catulorum sanguine clarum  
Et genus et nomen, nisi fallit fama, trahentem,  
Teutonicus verso Welfonem nomine sermo  
Dixerat, ambiguae deceptus imagine vocis.*

Fama illa de Gwelfonum origine ex Catulis, gente olim Romana, abit tandem in translationem vocis *Welf, Welp*, quae *catulum* notabat penes Alemannos, *RADEVICVS* Gunterum praefit L. II. c. 10. de gestis Friderici I. Imp. To. I. Vitis, p. 512. *His gestis Fridericus pro recreando milite in opimis et nondum bello tactis Italiae hiemare statuit, proximumque natalem Domini apud Albam ciuitatem celebrans, nuntios pro colligendo fodro per totam Tusciam et maritima atque Campaniam direxit. De Principibus quoque ad ordinandos in Ciuitatibus Consules seu potestates, alium alio dimittit: adiunctis eis Cartulariis, qui de regalibus, quae fisco acceperant, certam summam et plenam notitiam reportarent. Reditus quoque Imperiales, quae dicuntur domus Mathildis, a Duce Gwelfone seu ab aliis distractos et dispersos congregauit: quos postmodum eidem nobilissimo Principi adunatos et melioratos, liberali restitutione noscitur reddidisse. Quorum praediorum magnitudinem eiusque terrae copiosam opulentiam, qui ripas Eridani peruagati sunt, non ignorant. Quacritur, quo anno facta sit illa traditio domus Mathildis in manus Welfonis? SIGONIUS L. XI. de regno Italiae, *MVRATORIUS* in epistola ad Leibnitium, praefixa To. III. script. Brunsvic. p. 3. *PFEFFINGERVS* ad Viriatum To. II. ad L. I. Tit. XVI. (46) p. 445. a. definiunt annum 1152. At ex Radeuico aliisque patet, Imperatorem prius mouisse in Italiam eamque inferiorem, quam redderet Gwelfoni patrimonium Mathildis. Expeditio illa in Italiam prima a. 1152. in conuentu Wirzburgi determinata; at anno demum 1154. data est effectui. Anno 1155. posthaec Spolentani sunt in ordinem redacti et Campani. Secunda expeditio a Friderico primo in Italiam suscepta a. 1158. eoque exeunte hiematum est in Italia, uti fusc docet *SIMON FRIDERICVS HAHN* in der *Reichs-Historie* P. III. c. 6. §. 4. 5. Merito igitur errorem illum chronologicum euitandum duxi, haud secus ac mouerat *IOACHIMVS FRIDERICVS FELLERS* in der *Genealogischen Historie des Braunschweig-Lüneburgischen Hauses* c. X. §. 4. p. 323.*

- (t) Diploma Friderici I. Imperatoris exhibet integrum ex Codice MS. priuilegiorum Austriacorum a Domino Reichardo de Stueyn, dynasta in Schwartzenu a. 1599. collectorum, secum ab Illustri Eybenio communicatum, *PFEFFINGERVS* in Vitriario illustrato To. II. ad Lib. I. Tit. XVI. §. 9. p. 17. sqq. ubi p. 18. testis inter alios subsignatus est Dominus *Welfo Dux*. Idem Diploma exhibet *VITVS ARENPECK* in *Chronico Austriaco* p. 1195. To. I. scriptorum rerum Austriacarum R. D. P. Hieronymi Pezii, editorum Lips. 1721. fol. *CHRONICON MONASTERII MELLICENSIS* p. 233. ad a. 1156. *Henricus Dux Austriae praeficitur*. IV. Id. Sept.
- (u) *RADEVICVS* de gestis Friderici I. Imp. L. II. c. 38. p. 529. ad a. 1159. *Non multo post auunculus Imperatoris Gwelfo princeps Sardiniae, dux Spoleti, Marchio Thusciae, et ipse nouum adducens exercitum, cum multo adparatu venit; suoque aduentu nostris spem triumphi, aduersariis fiduciam paciscendi, donauit. Ita duo viri sanguine coniunctissimi, utpote unus eorum alterius fratris filius (Henricus Leo,) diuersis inter se virtutibus certabant. Gwelfo dando, subleuando, ignoscendo; Dux Henricus serueritate et malorum pernicie gloriam adeptus est. Illius facilitas; huius constantia laudabatur. Gwelfo negotiis amicorum intentus, sua negligere, nihil denegare, quod dono dignum esset, magnas potentias affectabat, exercitum, nouum bellum exoptabat, ubi virtus enitescere posset. At Dux Henricus studium modestiae decoris praetendens, non diuitiis cum diuite, neque factione cum factioso, sed pro pacis negotiis absens simul praesensque pugnabat.*
- (x) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 13. p. 790. sq. *Post cum Imperatore collecta multitudine terram ingreditur ac in obsidione Cremensi usque ad destructionem eiusdem castri immoratur. Deinde totam*



tior aetas ex eo exitionis dediticiae pacto confinxit fabulam, quae dictat, a. 1140. in obsidione Winsbergensi eadem euenisse, et id inter prima memorabile, quod vxor princeps Ducem maritum tanquam onus necessarium e porta exportauerit. Quanta fuerit per Italiam auctoritas Welfonis, illud Conradi Vrspergensis (†) potius quam meis verbis in apricum conlocabo. Is enim Cremae 1160. expugnatae haec illico subiicit: *Expugnato Crema, Welfus totam militiam suam in Tusciam mouens, maximum conuentum apud S. Genesum habuit: ubi Baronibus terrae septem Comitatus cum tot vexillis concessit. Ceteris quoque de Ciuitatibus seu Castellis, ad se confluentibus, unicuique, quod suum erat, tribuit; sed et ipse sua, quae singulae ciuitates ad se iniuste contraxerant, recepit. Denique Conuentu soluto, a Pisanis et Lucensibus et aliis ciuitatibus, ad quasunque declinauerat, honestissime suscipitur. Sicque terra illa, et Spoletana, plena potestate potitus, et suos ibidem conlocans, filio suo Welfoni Iuniori, commisit eandem, strenuissimos de suis militibus et optimos apud Ipsum relinquens, ipse per vallem Iridentinam rediit ad propria. Hac Imperatoris benignitate motus Welfo pro beneficiis totque traditis in clientelam fiduciarium ciuitatibus gratiam auxilium amplissimam, Nam denuo a. 1162. eidem Caesari Friderico fuit auxilio et vsui singulari in iterata Mediolani obsidione. Vrbs enim, rebellibus Papae vocibus continuo excita, poenas tandem temeritatis suae dedit seuerissimas, siquidem fuit et expugnata et praedatoribus tradita et solo aequata, (y) Hac seditione compressa nouus in Germania dissensio-*

nis

militiam suam in Tusciam mouens maximum conuentum apud S. Genesum habuit. Ibi Baronibus terrae illius septem comitatus cum tot vexillis (in signum infeudationis) dedit, ceteris quoque de ciuitatibus seu castellis ad se confluentibus, unicuique, quod suum erat, tribuit, simul et ipse sua, quae singulae ciuitates ad se iniuste contraxerant, recepit. Denique conuentu dissoluto Pisam in S. Sabbata cum maximo totius ciuitatis apparatu ingreditur, ac ibidem pascha iocundissime celebrans, egressus inde a Lucensibus non minori tripudio suscipitur. Sicque ab omnibus ciuitatibus, ad quas declinauerat, honorifice susceptus atque habitus, negotia terrae potenter pertractans suosque ubique in castelli seu willis ad fiscum pertinentibus, relinquens, usque Ducatum Spoleti procinctum mouet. Ibi similiter omnibus bene dispositis filio suo Guelfoni terram illam ac totam Italiam ad se spectantem commisit ac de suis strenuissimos quosque secum relinquens per vallem Tridentinam reseruitur. Addit SIGONIVS in libro de Regno Italiae ad a. 1165. liberalitatem Welfonis in vrbem Lucensem: *Welfo Dux Spoletanus, Marchio Tusciae, Princeps Sardiniae et Dominus, sic enim se adpellabat, Domus Comitissae Mathildis, concessit Lucensibus omnem iurisdictionem, quam habebant intra sex millia passuum ab Vrbe Lucae, quae pertineret ad ius Marchiae et Domum Comitissae Mathildis, pro mille solidis Lucensibus soluendis quotannis usque ad annos nonaginta. MVRATORIUS p. 3. l. c. ostendit, multos a Welfone per Italiam creatos fuisse Notarios pro expediendis Diplomatum: Hinc Notarii ab ipso Welfone Duce per Italiam creati et constituti praesertim per Mathildis terras. In Archivo Estensi non paucae adseruantur membranae, quas scripserunt ab a. 1160. usque ad annum 1190. Vbaldus Notarius Guelfi Ducis (qui Domini Ducis Notarius atque etiam Guelfonis Ducis ac Frederici Imperatoris notarius alibi dicitur) et Albertus Notarius sacri palatii, Guelfi Ducis, Frederici Imperatoris, et Gerardus Notarius domini Guelfonis Ducis et Frederici Imperatoris. Exemplum quoque chartulae ad Mathildam spectantis occurrit, a Stephano notario factum per consilium Guidonis iudicis et Advocati Ducis Guelfi. Demum in Archivo Mutinensi ciuitatis habentur sacramenta fidelitatis et subiectionis, salua fidelitate Ducis Guelfonis, aut nisi venerit Dux Guelfus. De obsidione Cremensi plura sunt dicenda. RADEVICVS L. II. c. 40. p. 530. Collecta valida manu Augustus - partem vnam cum Cremonensibus contra Cremam dirigit, ipse cum reliquis iterum ad depopulandos Ligures agrum Mediolanensium ingreditur et cum militia Alemannorum terram totam peruagatur hostilem. - At Cremonenses cum auxiliariis et magnis copiis ad oppugnandam Cremam venientes, acriter ciuitatem obsidione vallant, summis viribus impugnant. Coepit haec obsidio a. 1159. mense Augusto. Cremensium partes tuebantur Brixienfes Placentini et Mediolanenses. RADEVICVS l. c. c. 35. p. 528. c. 40. p. 530. GVNTHERVS Ligurini L. X. v. 282. p. 195. Poposcit Caesar anno sequenti inuente, vt Cremenses pacta deditioe muros suos diruerunt, quod ipsum facere dedignati sunt. MORENA in historia rerum Laudensium p. 819. Chores agebant mulieres in foro virique fortiter repugnabant Cremae, CHRONICON LAVRI-HAMENSE in Vita Henrici Abbatis n. XL. p. 93. CONRADVS VRSBERGENSIS p. 288. 289. RADEVICVS L. II. c. 57. p. 542. Tandem ad 27. Ianuarii facta est deditio, ea lege, vt muri destruerentur, et relicta omni supellectili exirent dedititii, efferentes duntaxat tantum, quantum humeris portare poterant. RADEVICVS L. II. c. 62. p. 544. GVNTHERVS Ligurini L. X. v. 467. sqq. p. 201. IO-ANNES de CECCANO in chronico fossae nouae ad a. 1160. p. 466. ROBERTVS a MONTE p. 636. CHRONICON SALISBURGENSE To. I. Pezii p. 344. ad a. 1160. Cremam Imperator destruit. De auxilio a Welfone VI. Caesari in hac obsidione praestitit videndi sunt CONRADVS VRSBERGENSIS p. 221. VITVS ARENPECK p. 672. et AVENTINVS Annal. Boic. L. VI. c. 5. §. 17. p. 609.*

(†) Ad a. 1160. l. c.

(y) OTTO de S. BLASIO c. 16. p. 203. sq. To. I. Vrsilii: Anno - 1162, Imperatrix comitante eam

Con-

nis globus est conflatus. Hugo, Comes Palatinus de *Tubingen*, seu, vt veteres scripsere, *Tomgen* in eo ipso comitatu, quem a Duce Welfone in beneficium clientelare seu feudale obtinuerat, milites nonnullos immoderatus sese gerentes, qui erant de familia Welfonis militari, duxit captiuos et in patibulum egit. Vltro citroque hinc ortae sunt obiurgationes, expostulationes et tandem armatae dissensiones. Welfo senex reuocabat filium cognominem de Italia eique tradebat exercitum tam numerosum quam mirabili cupiditate pugnandi flagrantem. Ipse interea concedebat in Italiam, negotia publica ibi per sese tractaturus. Lis anno 1163. exorsa in Welfonis noxam fuit conuersa. Anno enim proximo Welfo iunior accessit cum expedita manu ad obsidendum castrum *Toingen* et arte et natura permunitum, atque ob petulantiam militum nonnullorum, incaute oppugnationem ex improviso molientium, fusus ita et fugatus est, vt aegre beneficio fugae sibi consulere. (z) Nongenti de exercitu Welfonis perhibentur fuisse capti, multi vulnerati, pauci occisi. Welfo parens inspera-

to

*Conrado Augustensi Episcopo, nec non et Welfo Dux multique nostrarum partium nobiles cum militia transalpinantes, Imperatori coniunguntur coactoque in unum corpus exercitu, et, ad centum milia pugnatorum computato, Mediolanum denuo obsidione cingitur ac diuersis magnis tota industria impugnatur. Tandem diuersis attriti cladibus, miseri ciues dextras petunt, ac multis modis iram Caesaris sedare tentantes, nullo modo nisi hac sola conditione proficiunt, scilicet vt traditis armis urbem relinquentes egrediantur, vita tantum rebusque necessariis, licet exiguis, sibi indultis. Igitur Caesare - Mediolanum ingresso, nunc diruto, turribus deiectis, totam ciuitatem a fundamentis ac omnibus modis inhabitabilem reddens, igne postremo reliquias omnino consumpsit. Fridericus Caesar Barbarossa ipse hoc excidium describit apud GEWOLDVM To. III. Additionum Metrop. Hundii p. 242. IOANNES IPERIVS in Chronico S. Bertini c. 43. part. VII. p. 650. To. III. thesauri anecdotorum noui. BVRCHARDVS NOTARIVS p. 238. CONRADVS VRSPERGENSIS p. 291. ACERBVS MORENA in Historia rerum Laudensium p. 838. MARTINVS POLONVS in Chronologia Romanorum Imperatorum in Vita Friderici I. p. 374. AVCTARIVM AFFLIGEMENSE ad a. 1162. p. 217. PTOLOMAEVS LICENSIS in Annalibus ad a. 1162. p. 217. Inter haec Welfo VII. Welfonis VI. filius commoratus est Lodi apud Caesarem Fridericum I. annis 1161. et 1163. OTTO MORENA in Historia rerum Laudensium p. 90. 103. Imperator seuerissime vbique tributa exigebat per Italiam, vix terris Guelphoni concessis parcens. Vnde communes excitauit in sese querelas et implacabile Alexandri III. Papae odium incurrit. MORENA p. 105. BARONIUS in Annal. Ecclesiast. ad a. 1164. num. 65.*

(z) *CHRONICON WEINGARTENSE c. 14. p. 791. Interea Hugo Palatinus Comes de Touingen in Comitatu, quem a patre istius (Guelphoni VII.) possederat, quosdam de ministerialibus eius iniusto, vt aiunt, iudicio damnatos patibulo suspendit, ac castrum eorundem Moringen destruxit. Pro quo Dux Guelpho querimonia eum impetens, et pro satisfactione humile ab eo responsum accipiens, vt erat mansuetissimus, ab impetitione, licet querimonia non deponeret, cessauit. Deinde procedente tempore pater filium de Italia reuocauit, ipseque illo iturus et negotia terrae per se tractaturus, filio omne patrimonium et possessiones, quas ex parte matris habiturus erat, ex integro tradidit. Sicque factum est (a. 1164.) vt recedente patre Guelpho praefatam querimonia renouaret et Palatinum illum pro satisfactione saepius ac saepius impeteret. Ille autem non tam in suis suorumque viribus, quam in Friderici Ducis filii Conradi regis confidens, qui et eum ad hoc impellebat, quasi bonae famae Guelphoni inuidens, et honestis actibus eius detrahens, responsonem contumacem et minacem pro satisfactione obtulit: per quam et animum iuuenis ad rebelandum incitauit, et toti Alemanniae execrabile infortunium et insausam depopulationem machinabatur. Guelpho enim sibi illatam iniuriam amicis, cognatis et fidelibus suis exponens, omnium animos in adiutorium sibi cum optima voluntate adiecit. Conueniunt ergo collecto milite Episcopi tres Augustensis, Spirensis et Wormatiensis, Bertholdus Dux de Zaringen, Bertholdus Marchio de Voheburgh, Herimannus Marchio de Baden, Rudolphus Comes de Pfullendorf, Albertus Comes de Habespurch, duo fratres de Calwe, duo de Berge, Gotesfridus cum Rudolpho fratre de Romeperch, Hartmannus de Kilichberg, (Kirchberg Sundheimius et Auentinus) Henricus de Veringen (vexilliter Welfonis) Comes; Conradus aduocatus Constantiensis, cum ceteris terrae nostrae maioribus, quinque millibus et ducentis armatorum et eo amplius; et nostra non longe a Touingen. Circa vesperam Sabbati VIII. Idus Septembris ponentes dominicum diem in quiete et otio deducere statuerunt. In aduersa autem parte Fridericus Dux cum omnibus, quos amore vel terrore excitare poterat, ZOLRENSIS omnes cum magno apparatu, ac alii quam plures erant, et militem suum coadunatum secum in castrum locauerant, totaque illa nocte alii orationi incumbebant, alii de satisfactione et compositione anxie tractabant. - Quidam de nostris minus prouidi ac parum praemeditantes euentum rei, caeteris ignorantibus, ac diem ocio deducere volentibus, castris circa horam sextam prorumpunt et cum quibusdam de hostibus, qui simili temeritate a suis prodierant, prope castrum sub oculis inimicorum congreduunt. Fit igitur clamor in castris, nostri profiliunt, arma arripiunt, quinque alios, in quo poterant, praeuenire satagunt. Sicque fit, vt aliis praecurrentibus, aliis subsequenteribus, plurimi confusim et sine acie ad locum congressionis suis auxilium perueniunt. Interim et hostes de castello non minus properantes locum sibi tutiorem eligunt, et nostris aditum difficillimum super ripam fluminis in modum vallis praesignant. Mox et multitudo nostrorum acie coadunata, Henrico de Veringen signum ferente, aduolat, sed prae difficultate aditus perpauca ad locum congressionis transierunt. Fortissime ta-*

men

Genesum habuit. Ibi Baronibus...  
 1162. Imperatrix comitatus...

to huiuscemodi euentu exterritus a. 1165. aduolauit ex Italia et cum Imperatore egit, vt captiui remitterentur et Hugo damnum refarciret. Caesare igitur auctoritatem suam interponente, captiui fuerunt redditi; Hugo autem, Comes Palatinus Tubingensis, ad Vlmam Welfoni seniori factus est supplex et porro in Rhetiam castrumque eius *Nuinburch* deportatus. (aa) Anno 1167. idem Welfo iterum iter Hierosolymam circa Epiphaniae diem solemnem suscepit, et, sese, filio terrisque suis Caesari in Italia de meliori commendatis, perrexit, atque sancta festaque Paschali die sacris ad sepulcrum, quod *Iesu* esse vulgus existimat, interfuit. Inter haec Imperator in Italiam deuocat Welfonem iuniorem, opera eius vsurus in plectendis hostibus a Roma obsidenda. Quae quidem expeditio haud admodum faustum nacta est exitum, et Welfoni seniori per Italiam lares suos repetenti vehementer displicuit. (bb) Eodem anno cessit Welfus, ille rapinarum et vastationum contemtor ac osor, Imperatori Ducatu Spoleti,

Mar-

men ab his, qui congressi sunt, per spatium duarum horarum pugnatum est, licet nullus vtriusque partis, excepto uno, corruisset: adeo enim armis omnes muniti erant, vt multo facilius capi quam occidi potuissent. Itaque illis, vt dictum est, confictum habentibus, caeteri fugam arripiunt, hostibusque immeritam victoriam dantes, sibi ac posteris perpetuum opprobrium accumulanti. Hostes igitur, cognita fuga, primo illos, qui congressi erant, paucis emerfis, captiuantes ad castrum remittunt, deinde alios insequentes, velut oves de pascuis ad caulas propellentes, vt totam summam comprehendam, DCCCC, captiuos cum maxima praeda abducunt. Reliqui praesidio situarum ac montium seu vicinorum castellum effugiunt. Gwelfo ad castrum *Achalmen* (Vrspergius vocat *Achalin*) tribus tantum comitatus peruenit. Discordia coepit anno 1163. praelium autem a. 1164. contigit, vt constat ex *CONRADO VRSPERGENSI* p. 224. qui *Chronicon Weingartense* fideliter sequitur. Ex utroque suo hausit *VITVS ARENPECK* p. 672. To. III. *Leibn.* itidemque *AVENTINVS* L. VI. c. 5. §. 25. p. 610. sq. et versio. *German.* p. 369. *OTTO* de S. *BLASIO* c. XVIII. ad a. 1164. p. 204. sq. Eodem anno Hugo Palatinus de Tuingin tres latrones, quorum duo sui homines erant, tertius Ducis Welfonis, apud *Moringen* capiens, suos abire permisit, suspensio illo, qui Welfonis erat. Pro quo Welf junior pernotus, maximam indignitate in Palatinum exarsit, et igne ferroque acceptam iniuriam vlciscitur. Palatinus itaque a Duce arctatus, ad *Fridericum* Ducem de *Rotinburch*, filium *Cunradi* Regis se contulit, auxiliumque eius contra Welfonem nanciscitur. Igitur Welf Bertoldo Duce de *Zeringin* in adiutorium adscit, ac ab utroque summo studio exercitu congregato, contra Palatinum et Ducem *Fridericum* procinctum mouent, ipsosque apud *Tuingin* inuadunt, a quibus non segniter excipiuntur cum expeditis militibus: confertaque pugna Duces a Palatino fugantur, captis de eorum exercitu nonnegentis militibus. Quo infortunio filii Welf senior inflammatus, militem instaurat, venienteque Bertoldo Duce cum militia sibi in adiutorium, cunctis rebus Palatini igne ferroque profugatis, castrum *Chebnuntz* obsedit, ac post aliquot dies expugnatum funditus destruxit. Exinde ad castrum *Hildratsbusin* diuertenti, simili modo expugnatum destruxit, ac inde per *Gilstin* transiens, turres Ecclesiae pro castello munitas a fundamentis euerit. Deinde castrum *WILARE* obsidione circumdedit, ubi aliquantisper moratus, castrum forti aggressione captum destruxit omnibusque Palatini prorsus igne consumptis, dimisso Duce Bertoldo, cum victoria in *Sueniam* rediit. Interim Dux *Fridericus* de *Rotinburch*, educto Bohemico exercitu, Welfonem insequitur, ac apud *Gaizibron* morantem, primae noctis vigilia de repente facto incurfu, Welfonem expergefactum cum suis in castrum *Ravensburch* fugauit. Sed non impune cessit eis haec temeritas. Nam quidam de nobilissimis Bohemicis Baronibus *Henricus* de *Landsberch* in ipso impetu occiditur, inbique cum maximo planctu a suis sepelitur: succensisque quibusdam Welfonis territoriis, ad propria reuertuntur.

(aa) *CONRADVS VRSPERGENSIS* ad a. 1165. p. 224. Welfo Senior, audito tali infortunio filii sui, de Italia rediit, et cum Imperatore hoc egit, vt captiui remitterentur. Facta est pax, quae tamen vno tantum anno durauit. *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 14. p. 792. eadem fere habet, *OTTO* de S. *BLASIO* c. 19. p. 205. Anno - MCLXV. auditis per Principes in cisalpinis partibus regni deaestationibus, *Fridericus* Imperator ex Italia regreditur, eiusque iussu dimissis a Palatino captiuis militibus Welfonis, generalis curia in quadagesima apud *Vlmam* Principibus indicitur. Quo Welfo cum fratre suo *Henrico* Duce *Saxoniae* et *Bauariae* et *Bertoldo* Duce de *Zeringin* ac multis aliis terrae maioribus, perueniens, ab Imperatore honorifice cum filio suscipitur: ac Palatinus, vt sine omni conditione in manus ipsorum se tradat, pro iniuria ipsis illata, aut regno cedat, ab Imperatore subetur. Qui tribus vicibus coram Duce Welfo corruens, ipso suscipere dedignantem, tandem receptus capitur, captusque in exilium *Rhetiam* *Curensem* ad castrum *Nuinburch* transportatur. Sicque Welfone placato, Imperator inde digreditur. Comitatus ipsa incidunt, vt patet ex *CHRONICO WEINGARTENSE* p. 792. et *VITO ARENPECK* p. 673. licet in posteriori scriptore secundum editionem *Leibnitianam* irrepleat mendum typographicum, vt M. C. LXXI. legatur pro MCLXVI. vt quiuis facile ex annorum serie enumerata colligere potest.

(bb) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 14. p. 792. In subsequenti vero hieme circa Epiphaniam Gwelfo senior Hierosolymitanum iter aggreditur et in Italia Imperatorem reperiens ac filium suum cum omnibus ad se spectantibus gratiae eius commendans, Pascha sanctum apud sepulcrum domini celebravit. Interea Imperator Gwelfum iuniorem multis illectum promissionibus ad se in Italiam reuocat, qui collecto milite sub paschali tempore pirenium per iugum, septem montes dictum, quibus *Rhenus* et *O-*

nns

Marchia Thusciae, principatu Sardiniae aliisque beneficiis minoribus. (cc) Ne quid vero desiderari posset in sanctitate Welfonis noua, et peregrinationibus periculosis potius quam salubribus aduulsa, animum is ad benefaciendum monachis Weingartensibus aduulit, (dd) non satis perpendens, canem mordentis et insidiosae indolis haud esse saginandum. Anno 1183, eiusdem benignitatis piae specimen edidit, dum foundationem Praepositurae Steingadensis confirmauit, (ee) denuo a Romanorum rege Henrico VI. confirmatam. (ff) Ad extremum caecitate aduulctus est, vitamque paullo post cum morte commutauit Memmingae a. 1191. anno aetatis septuagesimo sexto. Corpus ipsius inde cerimoniis solemnioribus adhibitis in templum coenobii Steingadensis translatum est (gg) laterique nati Welfonis VII. adplicitum, qui anno 1157. peste correptus in expeditione Frederici Barbarossae Romana (hh) obierat. Proxima Welfonem seniore

pro-

nus fluuio orientur, transcensens Papiam usque peruenit. Vbi legatos Imperatoris inueniens et stipendium ab eis promissum recipiens, in Tusciam negotia terrae ubique tractans, transiit; et sic ad Imperatorem circa medium Iulium non longe a Roma peruenit. Eodem quoque tempore pater eius Hierosolymis uentens, reuersus Romae ei occurrit, ac uisis Imperatoris detestabilibus piaculis, ipsum et omnem exercitum detestans, ad propria per uallem Tridentinam reuertitur. Imperator enim tanta eo tempore in destructione Ecclesiarum, in strage populorum, siue aliis abominationsibus Romae exercuit, ut uindictam Deo iusto iudicio sequi oporteret. Maxima enim pars exercitus interit. Episcopi, Coloniensis ille, qui totius mali huiusce nec non et scismatis diutius inceptor fuit, Spirensis, Ratisponensis, Pragensis, Werdonensis (i. e. Virdunensis) Leodiensis, ac ceteri Principes, Fridericus scilicet Dux filius Conradi Regis, Gwelfo Dux filius Guelfonis Ducis, Berengarius Comes de Sulzbach, Henricus Comes de Tuingen cum pluribus regni huius maioribus occubuerunt. Quorum omnia pacae ossa, carnesque per excoriationem consumptis, ad propria reducta sunt. Translata sunt autem et ossa Gwelfonis nostri et in monasterio Steingaden a patre suo fundato reposita sunt. Conf. CONRADVS VRSBERGENSIS ad a. 1167. p. 224. OTTO de S. BLASIO c. 20. p. 205. 206. OTTO FRISINGENSIS L. VII. cap. vlt. p. 166. VITVS ARENPECK p. 673.

(cc) OTTO de S. BLASIO c. 21. p. 207. Welf uero Dux, orbatus herede in amisso filio, tactusque dolore cordis intrinsecus, Henricum Ducem Saxoniae et Banariae fratrualem suum in heredem adsciuit, ab eoque pro hoc quantitate pecuniae exigens, dum consequi putat, frustratur promissis: Dux enim Henricus, quorundam prauorum consilio, Welfonem iam grandaeuum cito moriturum praesagens, argentum pro constituto dare distulit. Welf iratus, Imperatori Friderico sororis suo, recepta ab eo prius pro libito suo pecunia, primo beneficiis, scilicet Ducatu Spoleti, Marchia Tusciae, principatu Sardiniae ipsi resignatis, omnia praedia sua ipsi contradidit, eaque usque ad terminum uisae, pluribus aliis aditis recepit. ADDITAMENTVM STEINGADENSE l. c. To. III. Leibn.

(dd) ADDITAMENTVM STEINGADENSE l. c. Exceperat tamen idem Gwelfus quaedam praedia, quae iam dudum pro remediae suae daturum se Deo uouerat, scilicet Vidanishauen cum suis appenditiis, quod S. Petro in Augusta donauit, Berge et Wilare cum suis appenditiis, quae S. Martino in Weingarten delegauit, Wildergeltingen et Curiam in honorem Sardi (lege ex Mto Weingartensi: curiam in Horem, id est, Stadel et bona Schars) singula cum suo iure, quae S. Iohannis Baptistae in Steingaden pro dote obtulit.

(ee) GEWOLDVS in Notis ad Tomum III. Metropolis HVNDII p. 355. 356. diploma ipsum publicae luci exposuit. De liberalitate eius in coenobium Weingartense luculenter testatur CHRONICON WEING. ad a. 1191.

(ff) Videatur idem GEWOLDVS l. c. p. 358. 359.

(gg) CHRONICON WEINGARTENSE ad a. 1191. p. 798. Anno 1191. 18. Kal. Ianuarii Gwelfo, nobilis Altorfensis, Principum nostrorum Illustrissimus, Henrici Ducis uidelicet et Woulsbildis filius, carne solutus, migravit a saeculo, cum quo nobilitas Altorfensium non mediocriter completa desit. OTTO de S. BLASIO c. 41. p. 220. errat in anno determinando, dum ad a. 1195. notat: Welf Dux obiit. Fallitur etiam VITVS ARENPECK, dum p. 669. putat, Welfum iam a. 1177. obiisse. AVENTINVS L. VI. c. 6. §. 5. p. 614. et HVNDIUS To. III. Metropolis p. 351. rectius sunt secuti auctoritatem Chronici Weingartensis, cum PFEFFINGERO et FELLERO. ADDITAMENTVM STEINGADENSE p. 659. Tandem pater misericordiarum, qui flagellat omnem filium, quem recipit, et hunc, dum iam metas senectutis transisset, tentatione caecitatis corripuit. - Vxori quoque suae Otac nobilissimae et castissimae feminae, a transalpinis partibus ad se uocatae, reconciliatus est, et sic demum Mamingen, ubi frequentius morabatur, infirmitate graui correptus, anno aetatis suae 76. plenaria poenitentia diem clausit extremum. Inde sublatus a ministerialibus suis, quos ipse uiuens ad hoc data fide constrinxerat, uersus Steingaden deportatur. Sed in ipso transitu talem honorem, ut putamus, honorabili principi diuinitate deferente, Henricus Imperator ex Italia regressus, occurrit in Bourron, et illuc exanimi corpore delato, exsequias eius satis honesto celebravit obsequio. Imperatore uero iter suum aggrediente, corpus uenerabile cum multo comitatu Abbatum, Praepositorum, Clericorum, hominum nobilium et militum, tam suorum quam comprouincialium ad praescriptum locum deducitur, ubi ab Augustano Episcopo Vdalschalco honore condigno iuxta filium sepultus quiescit. Deo gratias!

(hh) OTTO de S. BLASIO c. 20. p. 205. Caesar hac, utinam non consecuta, uictoria potitus, coronata

P p p

Impe-

aduluit ex Italia et cum  
Hugo damnum resarciret. Ca  
te, captiui fuerunt redditi; H  
ad Vimam Welfoni seniori  
tumque eius Namborch deporta  
m iter Hierosolymam circa Epi  
let, filio terris suis Caesari in  
atque sanctaethaque Paschali de  
exilium, interitum. Inter haec Im  
minere, opera eius vsurus in ple  
uae quidem expeditio haud admo  
lioni seniori per Italiam lares suos  
Eodem anno cessit Welfus, ille  
oliz, Imperatori Ducatu Spoleti,  
Ma-

pagatum est, licet ualio uenique  
erant, et multo facilio captiuam uic  
ceteri fugam arripuerunt, huiusque  
uion aruam. Sicut igitur, cognita  
ter ad castrum reuertant, deinde alio  
tam suorum comprehendant, DCCCC  
non ac monitione su uiciorum casti  
Achalin) triduo tantam comitatus po  
coningit, uti constat ex CONRAD  
quirit. Ex utroque suo haufit VIT  
VI. c. 5. §. 25. p. 610. sq. et uerit  
104. sq. Eodem anno Hugo Palatin  
Ducis Welfonis, apud Moringen  
uo Welf iunior promotus, maxima  
riam uolucit. Palatinus itaq  
gradis Regis se contulit, auxilium  
de Zerigen in adiutorium adsci  
et Ducem Fridericum praenotum  
reponatur cum expeditis militibus  
eruita nouentis militibus. Quo  
neque Bertoldo Duce cum militib  
castrum Choeuonta obfedit, ac post  
la aduersum diuertent, simul modo cap  
pro castris mouit; a fundamentis  
equantibus moratus, castrum iuxta  
aptis, dimisso Duce Bertoldo, cum  
edictis Bohemis exercit. Welfonem  
de repente facto incuria, Welfonem  
in impetu cessit eis haec temeritas. Na  
beret in ipso impetu occidit, in  
Welfoni territorii, ad propria reu

tor, audito tali infirmitate filii sui  
ecur. Facta est pax, quae tamen  
p. 792. eadem scire habet. OTTO  
ter in ciuitatis partibus regni du  
nigro dimisso a Palatino captiuo nu  
francipibus rediit. Quo Welfo  
duce de Zerigen ad multas aliter  
tenet: ac Palatinus, ut sine omni  
regni cedat, ab Imperatore uice  
designante, tandem recepto cap  
to transportatur. Saepae Welfonem  
et ex CHRONICO WEINGARTEN  
re secundum editionem Leibnizianam  
MCLXVI. uti quis facile est

tis uero hieme circa Epiphaniam  
atorem reperit: ac suum suum  
stem apud sequitum dimisit  
fluuio ad se in Italiam riuca, q  
uocante dictum, quini: libens a lo

propinquitate contigit Henricus Leo, ex fratre quippe genitus, ad quem merito hereditas fuisset deuoluenda. Verum enim vero Fridericus Barbarossa eiusque posterum mirifice inuigilabant opibus acquirendis, tum ad regnum Germaniae arctiori obedientia sibi obstringendum, tum ad vires Pontificis Romani labefactandas, cuius fauiciae et infidiis tandem misere succubuerunt. Quomodo patrimonia Welfonum pleraque Imperatores Sueuici fecerint sua et Henricum Leonem haud sine iniuria exuerint hereditate debita, OTTO de S. BLASIO optime enarrat. En eius verba: (ii) *Welf Dux orbatus herede in amisso filio tactusque dolore cordis intrinsecus, Henricum Ducem Saxoniae et Bauariae fratruem suum in heredem adsciuit, ab eoque pro hoc quantitate pecuniae exigens, dum consequi putat, frustratur promissis: Dux enim Henricus, quorundam prauorum consilio, Welfonem iam grandaeuum cito moriturum praesens, argentum pro constituto dare distulit. Welf iratus, Imperatori Friderico Sororio suo (filio sororis suae) recepta ab eo prius pro libito suo pecunia, primo beneficiis, scilicet Ducatu Spoleti, Marchia Tusciae, principatu Sardiniae ipsi resignatis, omnia praedia sua ipsi contradidit, eaque usque ad terminum vitae, pluribus aliis additis, recepit. Quis autem dixerit, Welfonem, intercedente Henrico Leone, legitime potuisse uenundare patrimonia sua? Quis contendet, cognatae filium fuisse praeponendum heredibus masculis? Repugnant certe leges et consuetudines imperii Germanici, Welfonis senioris uxorem scriptores vocant *Outam*, filiam Gothefridi Comitis Palatini Sueviae, vulgo *de Calbe* cognominati. (kk) Ex ea fustulit *Welfum VII*, cuius vitam et gesta inseruimus vitae patris, et *Adelheidin* uxorem Friderici Comitis de Rotenburg ad Tubero, si *SVNDHEMIO* credimus. (ll) *Outa* alienos tandem circumspexit amatores eamque ob causam minus a marito dilecta est. Charta coenobii Steingadensis hoc ipsum indicat, (mm) quae ita habet: *Guelfo senior post obitum filii sui nullatenus heredem suscepturum se de coniuge ratus, quum et illa minus diligeretur et alienorum magis amplexibus delictaretur, studuit per omnia solemniter uiuere, venationibus insistere, conuiuuiis et voluptatibus deseruire, in festiuitatibus et variis donationibus largus apparere. Itaque ne talibus rebus minor sumtus contingeret, principatum Sardiniae, Ducatum Spoleti, Marchiam Tusciae et egregiam curtem Elifinam, quae domus dicitur dominae Mathildis, cum suis appendiciis, Imperatori Friderico sororio suo tradidit, auri et argenti quantitate, quam postulabat, accepta. Cuius pecuniae non modicam partem diuersis**

*Imperatrice, ab Vrbe (Roma, 1166.) recedit, statimque pestilentia tactum exercitum paene omnino extinxit. - Reginoldus Archiepiscopus Colonienfis, et Eberhardus Ratisponenfis, et Godefridus Spirensis Episcopi obierunt. Praeterea in partibus Tusciae, Dux Fridericus de Rotinburch, filius Cunradi Regis, Berengerus Princeps de Sulzbach, et antea APVD SIENEM WELF IVNIOR, Welfonis Ducis filius - hac pestilentia tacti, occubuerunt. Ossa itaque Welfonis in Alemanniam translata, a patre Welfone cunctisque ipsius terrae maioribus apud Staingadin cum maximo planctu reconduntur. CHRONICON WEINGARTENSE ad a. 1167. p. 793.*

(ii) c. 21. p. 207. *ADDITAMENTVM CHRONICI WEINGARTENSIS STEINGADENSE To. III. Leibn. p. 658. Omne demum patrimonium suum Henrico fratrueli suo, Duci Saxoniae et Bauariae, conuersione facta tradere spondit, sed orto inter eos dissensionis scandalo, ipsam transactionem ad Imperatorem et eius filios conuertit. Imperator ergo Fridericus vir in omnibus sagax et prouidus, in auro et argento toto nisu satisfaciens auunculo, traditam sibi hereditatem lege gentium possedit, et quaedam in signum possessionis sibi retinuit, reliquis vero ipsum Guelfum inbeneficiauit, quaedam et de suis superaddidit.*

(kk) *CHRONICON WEINGARTENSE c. 12. p. 787. Guelfo, sub annis adolescentiae suae mediante fratre suo, Henrico Duce, filiam Gothefridi, ditissimi Palatini de Caluwe (Calwe.) OVTAM nomine, accepit uxorem. Vnde et omnia, quae illius erant, tam beneficia, quam patrimonia obtinuit. Conf. LADISLAUS SVNDHEMIVS in Historia de Guelfis p. 804. ARBOR GENEALOGICA To. I. Leibn. p. 800. AVENTINVS Annal. Boic. L. VI. c. 3. §. 15. p. 592.*

(ll) *SVNDHEMIVS l. c. p. 804. Welfo iunior et septimus eius nominis filius Welfonis senioris sexti eius nominis et Dominae Outae Palatinae de Caluwe a. 1177. adhuc adolescens forma conspicuus atque Martialis, quum Fridericus primus Caesar Romam obsideret, obiit in eadem obsidione, et ossa eius ad monasterium Steingaden Praemonstratensis ordinis, Patris sui foundationem, delata fuerunt. - p. 805. Adalhaedis filia Welfonis sexti senioris et pii et soror Welfonis iunioris, septimi eius nominis, uxor Friderici Comitis de Roteburg super Tubero in Franconia, mulier prudentialis et optima domestica, quae in Patris sui absentia patriam sapientissime gubernauit.*

(mm) *Apud Leibnium To. III. scriptorum Brunswic. p. 658. Contradicit tamen sibi eadem charta, nam p. 659. Outa dicitur castissima femina.*

uersis monasteriis pro remedio animae suae distribuit, maxime tamen Steingadiensi Ecclesiae, quam fundauerat, obtulit: cuius et artifices tam murorum quam aliarum aedium, quoad usque vixit, singulis annis per se remunerare voluit. Obiter adnoto originem fabulae de duodecim catulis, qui Sueuice dicebantur welpen, vna de coniuge progenitis. Ex numero duodecim principum, qui patrimonium Welfica possederunt, et communi stirpe fuere editi, enata est illa commentatio aenigmatica. Principes illi duodecim sunt 1. Welfo I. 2. Eticho. 3. Henricus. 4. Rudolfus. 5. Welfo II. 6. Welfo III. 7. Welfo IV. 8. Welfo V. 9. Henricus niger seu catulus. 10. Henricus Magnanimus. 11. Welfo VI. 12. Welfo VII. Henricus deinceps Leo, exutus Welfica hereditate, cum posteritate sua Welforum cognomentum non amplius adhibuit. Vellicat nunc aurem HENRICVS MAGNANIMVS natu maior Henrici Nigri filius, in quo recensendo et veritatem et diligentiam coniungemus. Vocatur a scriptoribus aetate haud multum inaequalibus nunc homo praepotens et animosus, (nn) nunc superbus, (oo) nunc catulus, (pp) nunc leo, (qq) Annus natalitius ignoratur. Successit patri anno circiter 1127, (rr) quo ipso uxorem duxit Lotharii Gertrudim (ss) filiam et heredem: No-

38.  
HENRICVS  
MAGNANI-  
MVS seu SV-  
PERBVS.

(nn) Apud OTTONEM FRISINGENSEM Chron. L. VII. c. 23. p. 152. To. I. Vrslifi.  
(oo) GVNTERVS in Ligutino L. I. p. 295.

- - - Noricorum ductor atrocem,  
Pulsus ob inuidiam dudum MORESQUE SVPERBOS,  
Saxoniae tantum nudo sibi iure relicto  
Senserat vltices Chunradi Principis iras.

Quare autem Superbus ab inimicis dictus? Ob summam potentiam et auctoritatem in Imperio Germanico, quam infidi et inuidi ac minutuli Principes limis adspiciebant oculis. Tali Imperatore fuisset opus ad resistendum Papae et hostibus Germaniae. OTTO FRISINGENSIS Chron. L. VII. c. 22. p. 151. ad a. 1138. Quidam ex Principibus timentes, ne forte in generali curia HENRICVS DVX NORICORVM, qui tunc praecipui et nominis et dignitatis in regno fuit, per potentiam praenaleret - IDEM de Gestis Frederici L. I. c. 22. p. 418. Accessit etiam ad huius negotii (electionis Conradi III.) promotionem, quod Henricus Noricorum Dux PRO NOTA SVPERBIAE paene omnium, qui in expeditione Italica cum Lothario fuerant, odium contraxerat. VITVS ARENPECK de Guelfis p. 663. To. III. Leibn. Hainricus, qui cognomento vocabatur SVPERBVS. OTTO FRISINGENSIS Chron. L. VII. c. 24. p. 153. Quum Dux Henricus auctoritate foci sui Imperatoris propriisque viribus in tantum excreuisset, ut omnes despiciens nulli pro regno supplicare dignaretur, dominus, qui humilia respicit, et alta a longe cognoscit, - illum Conradum humiliatum et paene desperatum ad fastigium regni prorexit. Exemplum insultatis sacrae Clericorum in scribendis rebus gestis! Quis enim nescit fraudes et artes sabbolas, quibus Conradus ad dignitatem regiam peruenit? GOTTFRIDVS VITERBIENSIS Chron. Part. XVII. p. 511. In gratiam omnes recepti a Cunrado, excepto solo Duce Bauarorum. Vitam eius Henrici exacte scripsit ANDREAS BRVNNERS in Annal. Boic. Part. III. Lib. II. c. 3. p. 72. 199.

(PP) CHRONICON VETVS DVCEM BRVNSVICENSIVM p. 16. To. II. Leibn. Henricus niger ex Wilphilde genuit Hinricum Catuluum, generum Regis Luderii. Henricus Catulus de Gertrude filia regis vnica genuit Hinricum Leonem. CHRONICON PEGAVIENSE ad a. 1139. p. 259. ed. Mader. Anno Domini 1139. obiit Hinricus Dux Bauarorum et Saxonum, qui Catulus dicitur, reliquitque Hinricum scilicet Leonem.

(qq) HELMOLDVS Chron. Slavic. L. I. c. 56. p. 585. Posthaec Henricus Leo corperat armari aduersus Conradum regem - et post non multos dies mortuus est. Obtinuitque filius eius Henricus Leo Ducatum Saxoniae, puer adhuc infantulus.

(rr) CHRONICON WEINGARTENSE c. XI. p. 786. Igitur Heinricus defuncto patre ducatum eius adeptus, generalem conuentum Ratisbonae omnibus indixit; quo collecto milite adueniens, quidquid insolentiae in ciuitate suae extra circumquaque ad aures eius perlatus est, prouida dispensatione diiudicauit. Discrimina bellorum inter principes seu maiores terrae diu exagitata compescuit, pacem firmissimam omnibus annunciauit, et iuramento confirmari praecipit, et sic demum accepta a Burgenibus pecunia terrorem cunctis incutiens ciuitatem egreditur et munitiones ac villas praedonum et proscriptorum per totam prouinciam deuastat. VITVS ARENPECK de Guelfis p. 662. ANDREAS BRVNNERS Iesuita loco laudato, aliique quamplurimi.

facto autem ipso et doctrinis verbum Dei et virtutem omnem christianam \* tollunt. Sed e diuerticulo in viam. Henricus anno 1136, expeditioni interfuit, quam, Papa sollicitante, Lotharius, Rogerio Siciliae regi bellum illaturus, suscepit. Laudibus Henrico ducitur, quod mille et quingentos milites in Italiam duxerit; Gardam ac Haristallum castra in citeriori Italia cepit, quae etiam in feudum suscepit: exercitum duxerit per Tusciam, quam itidem ab Imperatore in beneficio obtinuit: Romam ingressus, Innocentium Papam ad Imperatorem suo praesidio stipatum deduxerit: suburbia ciuitatis Albae, introitum aditumque ipsi negantis, expugnauerit ac destruxerit: Beneuentum occupauerit, occupatumque Papae restituerit. Palmarium vero facinus et prorsus egregium edidit Henricus, quum Imperatori non longe a Barra, summoque Pontifici Caesarem comitanti, obuiam venit, ac ibi castellum Rogerii quoddam mira arte expugnauit, praesidiariosque et in eis praecipue Saracenos in patibula adfixit. (r) Inter haec Slau in Saxoniam irruerunt, et, absente vtroque Duce, rebus suis consulturi, ab Adelberto Marchione repressi et in terris suis hostilem in modum adflicti poenas

*mitanum iter accendit, - venerabili Bernharo, Clarenallensi Abbati onere praedicationis vice sui imposita.* WILLERMVS TRENSIS L. XVI. Hist. rerum in partibus transmarinis gestarum c. XVIII. p. 901. OTTO FRISINGENSIS L. I. de gestis Friderici I. c. XL. p. 429. Miracula innumera sibi Bernhardus tribuit, maiora ipsi tribuerunt posteris. Stupore ea sunt digna, sed fidem vix inueniunt apud lectorem mente illustrata competentem. Videantur illa apud GAFFRIDVM et PHILIPPVM CLARAEVALLENSES L. IV. *Vitae Bernhardi* c. V. p. 1141. sq. et L. VI. *Vitae seu miraculorum Bernhardi* c. IV. V. p. 1172. sq. Volum. II. Oper. Bernhardi T. VI. Ipse Bernhardus Conrado III. Imperatori Franconofurti crucem tradidit, expeditionis sacrae signum. MARINVS SANVTVS in libro secretorum fidelium crucis L. III. parte VI. c. XIX. p. 166. *Conradus Imperator - et paene cuncti principes eius a beato Bernharo crucem assumunt apud Franquenefort.* OTTO FRISINGENSIS L. I. de gestis Friderici I. c. XXXIX. p. 429.

\* Ad theoriam Mythicorum notentur illa IOANNIS LOCKII L. IV. de intellectu humano c. 19. §. 13. p. 919. ed. Lips. 1709. 8. *Lumen in mente, verum velim et non fallax, nihil esse potest quam propositiōis cuiusvis liquida veritas; quae si per se clara non sit, nullum lumen habet, quam quod is, quibus nititur, argumentis inest. De alio lumine in mente qui loquuntur, is caligant animi, et tamquam tenebrarum Principis imperio subesse adfectantes, haud inuisi semet erroribus ludificari patiuntur. Si vix etenim atque OBSTINATIO SENTENTIAE lux sit, quam sequi debemus, rogo, undenam nos Satauae praestigias a sancti Spiritus adlatu discernemus? Potis est se in Angelum lucis transformare; et qui ductum eius sequuntur, haud minus persuasum habent, se numen intus sentire, quam alii quibus diuino spiritu reuera adlati.* Ad praxin Mythicorum spectant illa PHAEDRI L. III. fab. X. v. 52. 499.

*Nil spernat aëris, nec tamen credat statim,  
Quandoquidem et illi peccant, quos minime putes,  
Et, qui non peccant, impugnantur fraudibus.  
Hoc admonere simplices etiam potest.  
Opinione alterius ne quid ponderent.  
AMBITIO namque DISSIDENS mortalium  
Aut gratiae subscribit, aut odio suo.  
Erit ille notus, quem per te cognoueris.*

(r) CONRADVS VRSPERGENSIS p. 212. *Imperator mouit (a. 1136.) expeditionem in Italiam, iam secunda vice, in qua expeditione, praefatus Henricus, Dux, mille quingentos milites duxit in Italiam, et cum Imperatore, in citeriore Italia, Gardam et Haristallum castra cepit, quae etiam in beneficio suscepit - - porro, Henricus per Tusciam exercitum duxit, quam et ab Imperatore in beneficio obtinuit: Romanque veniens summo Pontifici Innocentio usque ad Imperatorem conductum praebuit, Suburbia Albae ciuitatis, sibi resistere nitentis, expugnauit ac destruxit. Beneuentum cepit ac Papae restituit. Imperatori, non longe a Barra, cum summo Pontifice obuiam venit, ibique castrum quoddam, ubi praesidia Rogerii fuerant, artificiose valde expugnauit, militesque in ea repertos, et praecipue Saracenos patibulo suspendit.* OTTO FRISINGENSIS Chron. L. VII. c. 19. p. 150. *Lotharius debinc contra Rogerium aciem dirigens, Campaniam et Apuliam peragravit. Porro Henricus Noricorum Dux, gener Regis, per Tusciam exercitum ducens, summo Pontifici usque ad Imperatorem conductum praebuit. - Denique Imperator non solum ciuitates, utpote Capuam, Troiam, Salernum, Barletum, Barram cepit, verum etiam munitissima castra et arces inaccessibiles expugnauit. At Henricus Dux cum militia Barioariorum Beneuentum cepit ac Papae restituit. Nam apud Albam suburbia ciuitatis sibi resistere nitentis, ante expugnauerat ac destruxerat.* PETRVS DIACONVS L. IV. Chronici Casinenfis. c. 105. p. 532. 533. *FALCO BENEVENTANVS* in Chronico ad a. 1137. p. 303. *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 12. p. 788. 789. *ALBERICVS* ad a. 1136. p. 278. *SIGONIVS* L. XI. regn. Italici ad a. 1136. 1137. p. 437. *AVENTINVS* L. VI. §. 28. 29. *BARONIVS* T. XII. Annal. ad a. 1137. §. 1. p. 252. §. 8. p. 254.

poenas temeritatis dederunt. (s) Anno 1137. Lotharius in optimo aetatis flore a communi mortalitatis fato occupatus est, quum ex Italia in Germaniam reuertit, (t) relictis imperii insignibus genero Henrico, in cuius con-

(s) *ANNALES HILDESHEMENSES* ad a. 1136. 1137. p. 741. *Irruptio Sclavorum in partes Saxoniae. Contra quos Adelbertus Marchio, exercitum mouens, terram eorum non semel hostiliter inuasit et depopulatus est. - Marchio Adelbertus (a. 1137.) collecta valida manu hiemali tempore terram Sclavorum praedabundus perambulat. Omitit haec in der Historie des Fürstenthums Anhalt P. V. c. V. §. 4. 5. p. 27. 28. HOFFMANNVS, diligentissimus alias historicus.*

(t) *ANNALES EIDEM* ad a. 1137. p. 741. *Imperator rebus in Italia compositis in ipso reditu II. Non. Decembris obiit. OTTO FRISINGENSIS Chron. L. VII. c. 20. p. 150 Lotharius ex Italia rediens, apud Tridentum morbo correptus, in ipsis montibus in vilissima casa, Imperator potentissimus, miseram humanae conditionis relinquens memoriam, XIII. regni sui, Imperii vero VII. anno, plenus dierum obiit. Veronae coepit laborare febri. IOANNES CINNAMVS L. III. de rebus gestis Ioannis et Manuelis Comnenorum p. 97. Lotharius febribus (corripitur) vehementibus. GODEFRIDVS VITERBIENSIS Part. XVII. Chronici p. 510. Lotharius reuersus, Veronae morbo correptus, vitam finiuit. Tridenti iterum eum adflixit morbus recurrens. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1137. p. 294. Imperator apud Tridentinum veniens festum S. Martini celebrauit gaudens et ibidem infirmari coepit. Eadem repetit AVCTOR CHRONICI MAGDEBURGENSIS p. 329. secundum diem ante Nonas Decembris ponunt pro die Lotharii emortuali ANNALES HILDESHEMENSES l. c. CHRONOGRAPHVS SAXO l. c. CHRONICON MONTIS SERENI ad a. 1137. p. 16. ed. Mader. Imperator apud Bredinam villam in faucibus Alpium constitutam II. Non. Decembris obiit. Corpus eius in Saxoniam relatum, Luttere sepultum est. Consentit MONUMENTVM LOTHARII, Regio Luterae positum, apud IOANNEM HENRICVM MEIBOMIVM in notis ad HENRICI ROSLAE Herlingsbergam To. I. script. rer. German. p. 798. Sed apud FRIDERICVM VLRICVM CALIXTVM in Diss. de cultu religioso a. 1688. p. 10. 11. idem exhibetur monumentum, in quo verba sunt obuia: *Obiit autem III. Nonas Decembris. Consentit cum Calixto ZEILERS in Topographia Brunsvicensi p. 134. Monumentum ipsum tum ex Meibomii tum ex Calixti descriptione adfert IOANNES FRIDERICVS PFEFFINGERVS ad To. I. Institutionum Iuris Publici Vitriarii p. 129. At inspectio monumenti ipsius efficit, vt standum sit a partibus Meibomii. Sunt tamen, qui alium diem definiunt. ALBERTVS STADENSIS ponit III. Nonarum Decembris, in Chronico ad a. 1137. p. 268. quo cum facit CHRONICON MAGDEBURGENSE l. c. DODECHINVS determinat diem XXIX. Decembris, ad a. 1137. p. 472. Locus, vbi Lotharius obiit, dicitur Clusa Liguriae apud PETRVM DIACONVM L. IV. Chronici Casinensis c. 136. p. 573. Videtur esse rescribendum apud casam viliozem. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1137. p. 294. Lotharius apud Bredinam villam - a saeculo migravit. CHRONICON MONTIS SERENI l. c. Lotharius apud Bredinam villam - obiit. Eadem repetit CHRONICON MAGDEBURGENSE T. II. Meibom. p. 329. CHRONICON WEINGARTENSE c. XIII. p. 789. De Italia per Tridentinam vallem redientes, Imperator morbo correptus in Sylva, quae est inter Oenum et Licum, sub vilissima casa, XIII. regni sui anno, diem obiit; ac inde per Augustam et Orientalem Franciam in Saxoniam portatus in monasterio Luther honorifice sepelitur. AVENTINVS: *Im Hertzogthum Bayern im Gebürg, zwischen dem In und dem Lech, in der Graffschafft Tyrol vñ Lermes vñ den Verres.* Haec singula accuratius possemus in lucem proferre, si supersessent GESTA LOTHARII CAESARIS, ad quae prouocant CHRONICON BIGAVGIENSE ad a. 1136. p. 259. ed. Mader. et CHRONICON DVCVM BRVNSVICENSIVM p. 13. PETRVS DIACONVS memorat L. IV. Chronici Casinensis c. LXVI. p. 494. in serie scriptorum suorum epistolas duas ad Lotharium Imperatorem, ex iussione Abbatis Gwybaldi, et ad Richizam Imperatricem de obitu Lotharii Imperatoris. Verum haec epistola intercidit. Tabula plumbea, quae anno 1618. in sepulcro Lotharii fuit inuenta, nunc conspicitur in cimeliotheca Wolfenbütteleni Serenissima. De ea copiose egit MEIBOMIVS ad Chronicon Bergense To. III. p. 299. et PFEFFINGERVS etiam ad Vitriarium To. II. p. 566. ed. III. In pectore Lotharii inuentus est globus cruciger imperialis, ex metallo minus pretioso conflatum; in sinistra manu aurata hostiarum sacrarum, quas dicimus vulgo *oblatae* patina fuit reperta, in quam digiti manus dextrae fuerant protensi et collocati. Adferuntur haec in eadem Serenissimorum Ducum cimeliotheca. Fusius haec descripsit PHILIPPVS IULIVS RETHMEIER P. I. der Braunschweigischen Kirchen-Historie c. V. p. 64. De cetero notamus, Lotharium anno 1131. natalem Domini celebrasse Gandersheimi. ANNALES HILDESHEMENSES ad e. a. p. 740. Rex natalem Domini Gandersheim celebrat. Iudicium heic districtum est tunc temporis in Hermannum Comitem Winciburgensem et Landgrauum Thuringiae, qui proscriptus et Blankenburgum in carcerem deportatus est. CHRONICON BIGAVGIENSE ad a. 1130. p. 257. ed. Mader. Hermannus de Wincenburg per regem custodiatur in Blankenburg mancipatur; Winciburg destruitur. Conf. HEINECCIUS Antiqq. Goslar. L. II. p. 129. sqq. ad a. 1130. 1131. Renouauit Lotharius fundationem coenobii Benedictini Regiolothariensis a. 1135. cuius Abbas nunc est, IOANNE FABRICIO defuncto, SEIDELIVS quidam, patre olim pio et erudito clarus, Professor Theologiae et Superintendens generalis adiunctus Helmstadiensis. CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1135. p. 292. Congregatio sanctimonialium canonicarum in Lutere ab Imperatore commutatur in regularem vitam S. Benedicti et Eberhardus de monasterio S. Iohannis (Bergensi ad Magdeburgum) Baptistae illuc cum monachis missus. Primus ibi ordinatur Abbas, et eodem anno a Caesare et Imperatrice positus in fundamento ab ipsis primis lapidibus nouum monasterium incipitur. Diploma Lotharii II. exstat apud IOANNEM FABRICIVM in den Anmerkungen über IO. LETZNERI Beschreibung des Stiffts Königslutter p. 17. sq. CHRONICON VETVS DVCVM BRVNSVICENSIVM p. 16. To. II. Leibnit. Ad Luderum deuoluta est hereditas de Haldeleue, morientibus Bernharo Comite et filio eius Bernharo, qui primo conuentum**

Dei et virtutem omnem christiam  
 Henricus anno 1136 expeditionem  
 in, Rogerio Siciliae regi bellum  
 erit, quod mille et quingentos  
 militum castra in ceteriori Italia co-  
 exercitum duxerit per Tusciam  
 io ostendit: Roman ingressus, lo-  
 pucio stipatum deduxerit: sub-  
 que ipi negantis, expugnauerit ac  
 occupatumque Papae restituerit.  
 regum edit Henricus, quum Im-  
 Pontici Caesarem comitanti, ob-  
 oddam mira arte expugnauit, prae-  
 nis in partibus adixit. (f) Interhaec  
 vtriusque Doce, rebus suis consolui,  
 terris suis hostilem in modum adfici-  
 poena


Abbas vtriusque praedicationis: vixit  
 tribus transmarinis getarum c. XVIII. p.  
 p. 429. Miracula innumera sibi Bernhar-  
 gna, sed solum vix inueniunt apud lo-  
 RIDVM et PHILIPPVM CLARAVM  
 tate seu miraculorum Bernharo call-  
 thus Conrado III. Imperatori Franco-  
 SAANTVS in libro secretorum fidelis  
 et paene cunctis principes eius a  
 NGENSIS L. I. de gestis Friderici

V. de intellectu humano c. 19. p.  
 lar, nihil esse potest quam propositum  
 men habet, quam quod sit, quum  
 ur, ut cogitant animi, et tanquam  
 met erroribus ludificari patiuntur.  
 qui debemus, vogo, vademus tu lo-  
 est se in Angelum lucis transformari  
 monem vtriusque sentire, quam alii qui  
 spectant. V. PHAEDRI L. III. lib. 1.

statim,  
 vtriusque patet,  
 videtur.

calam

1136) expeditionem in Italiam, tan-  
 de quingentos milites duxit in Italia  
 castra cepit, quae etiam in hunc  
 nam et ab Imperatore in beneficium  
 ad Imperatorem conductum praebuit.  
 traxit. Beneuolentiam cepit ac Papae  
 obsequium tenuit, itaque castrum quum  
 vltimusque in ea reperit, et praecipue  
 VII. c. 19. p. 190. Lotharius delatus  
 . Porro Henricus Noricorum Dux, qui  
 ad Imperatorem conductum praebuit  
 am, Salernum, Barletum, Euronem  
 auit. Et Henricus Dux cum milite  
 vltimam suburbia civitatis sibi restituit  
 VS L. IV. Chronici Casinensis c. 136.  
 37. p. 303. CHRONICON WEINGARTENSE  
 SIGONIVS L. XI. regni Italici ad a.  
 XII. Annae, ad a. 1137. §. 4. p. 27. 11









cedensque Wirzburgum, (cc) consentientibus nonnullis principibus, Duce[m] proscrispfit, ac, proximo Iesu natali, Goslariae Ducatum ei abiudicat (dd) et Alberto Vrfo tribuit: (†) adimitque paulo post eidem Bauariam eandemque a. 1139. in fratrem Leopoldum, fratrem vterinum, transfert. (ee) Hinc res ad arma spectauit, et eo ipso commota est vniuersa Saxonia. Albertus, praerepto castro Luneburgi, Bardeuico atque Brema, occidentali Saxonia potitus est, Nordalbingorum quoque fines sibi adiunxit, et Comitem Adolphum prouincia pepulit, qui fidem Imperatrici Richenzae et Henrico datam violare noluit. Substituit eius loco Albertus Henricum de Badwide, ac castrum Segeberg in fidem accepit, mortuo Hermann[o] ceterisque exturbatis, quos Caesar imposuerat. (ff) Castrum contra Berneburg exustum est, et Henricus, fultus subsidiis Conradi Archiepiscopi Magdeburgen-

- (cc) *CHRONICON WEINGARTENSE* c. 13, p. 789. Saxones et Dux Henricus aliique, qui electioni non interfuerant, Regem non legitime, sed per surreptionem electum calumniabantur. Quibus omnibus in proximo Pentecostes generalis Curia Babinberch indicitur. Quo Saxones omnes simul cum viduata Imperatrice Richinza venientes, vltro se Conrado Regi subdidere. Henricus Dux seruans Regalia aberrat, ad quae reddenda in festo Apostolorum Petri et Pauli dies ei Ratisponae, in breui post Augustae describitur: Quo ex conducto, assumptis fidelibus suis et milite non modico venit; ac super Licum ex opposito ciuitatis, Rege ciuitatem tenente, castra posuit. Internuncii autem ac mediatores ad hanc causam praepominati, per triduum huc ac illuc saepius transmeantes nihil profecerunt. Rex enim non aliter compositionem fieri voluit, nisi Dux quaedam de his, quae a Lothario Imperatore susceperat ac possederat, resignaret. Quod cum Dux renuisset, ac se potius dubiae sorti supponi elegisset, colloquium infecto pacis negotio dissolutum est. Rex ergo metuens, aliquid in se machinari, dum peracta coenacubitum se ire simularet, abductis clam equitaturis cum paucis, nulli de Principibus valedicens, exiit, ac militem suum reliquum in magno discrimine relinquens, Heribopolim peruenit. Ibi iudicio quorundam Principum Dux proscrispfitur, Ducatusque ei abiudicatur. Dux ergo in subsequenti die post egressum Regis de Augusta, suis prout poterat probe dispositis, non multis comitatus in Saxoniam properat. *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 279. verba fere totidem repetit.
- (dd) *DODECHINVS* ad a. 1138. p. 472. ed. Struv. p. 674. *OTTO FRISINGENSIS* Chron. L. VII. c. 23, p. 152. Cumque multis modis homo praepotens et animosus, sed nutu Dei humiliatus, misericordiam peteret nec impetraret, tandem iudicio quorundam principum apud Heribopolim proscrispfitur, ac proxima natiuitate Domini in palatio Goslariensi Ducatus ei abiudicatur. *CHRONICON MONTIS SERENI* ad a. 1139. p. 16. ed. Mader. Anno MCXXXIX. Conradus rex natalem Domini Goslariae celebrat, ubi et publicum conuentum habuit, sed nihil ibi de reipublicae utilitate tractatum est. *VITVS ARENPECK* p. 663. To. II. Leibn. Cumque multis modis homo prius animosus et elatus, sed nutu Dei humiliatus, misericordiam peteret nec impetraret: tandem iudicio Principum apud Heribopolim proscrispfitur, ac in proxima natiuitate Domini 1140. in palatio Goslariensi Ducatus ei abiudicatur: et, mirum dictu, princeps ante potentissimus, et cuius auctoritas, vt ipse gloriabatur, a mare vsque ad mare, id est, a Dania vel Danubio vsque in Siciliam extendebatur, in tantam breui humilitatem venit, vt, paene omnibus fidelibus deficientibus Baioaria, clam inde egressus, quatuor tantum comitatus sociis, in Saxoniam veniret. Conf. *IOANNIS MICHAELIS HEINECCI* Antiq. Goslar. L. II. ad a. 1138. p. 142. *SCHLATENIVS* in Annal. Paderborn. L. VIII. ad a. 1138. p. 749. sq. *IOANNES ADLZREITERS* in Annalibus Boicis, et eloquentissimus Iesuita *ANDREAS BRVNNERS*, quem Leibniti in nouissima editione ei addidit, et *AVENTINVS* conferri heic possunt ad vtriusque Leonis historiam.
- (†) *CHRONICON WEINGARTENSE* l. c. Rex Ducatum Saxoniae Alberto Marchioni consobriuo Ducis Henrici tradidit. *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 280. Quo facto Albertus sese vocauit Duce[m] Saxoniae. Exemplum ad a. 1140. occurrit in Diplomate apud *TOLNERVM* in Codice Diplomatico Palatino n. XLIX. p. 43. Conf. *I. C. BECMANNVS* in der Historie des Fürstenthums Anhalt P. V. L. L. c. 5. §. 5. p. 28.
- (ee) *OTTO FRISINGENSIS* Chron. L. VII. c. 25. p. 153. Leopoldus Marchio suscepto a Rege Ducatu Norrico, omnibus paene Baronibus ad eum pertinentibus amore seu terrore vltro ad eum confluentibus, primo metropolim ac sedem ducatus Ratisponam ditioni suae subdidit, post collecto milite copioso, totam Baioariam pertransiens, in ipso eius termino iuxta Licum fluuium, contra Urbem Augustensem negocia terrae per triduum tractans strenui iudicis officium exercuit. *CHRONICON ZWETLENSE VETVSSVM* To. I. Script. Austr. PEZII ad a. 1138. p. 522. Lupoldus Marchio ducatum suscepit Bawariae. *CHRONICON MONASTERII MELLICENSIS* ad a. 1139. p. 230. Liupaldus Marchio Ducatum Baioariae suscepit et Henricum Duce[m] expulit. Welfo autem VI. multa vi et fortitudine in Leopoldum inuectus est ideo, vt in vita ipsius commemorauimus, *CHRONICON VETVS COLONIENSE* Trimestri I. Monumentorum *FELLERI* p. 10. Henricus Dux fratri Welfoni Ducatum Baioariae cum prouincia committens, valida manu Saxoniam tendit et ipsum Adelbertum exulare fecit. Fallitur igitur Otto Frisingensis vel nimium tribuit adfectui fraterno, quam scribit l. c. c. XXIII. p. 152. Henricum quatuor tantum, comitatum sociis in Saxoniam venisse. Nec verum est, quod idem contendit, Henricum clam e Baioaria esse egressum. Res enim hic suas antea probe disposuerat, vt habent *CHRONICON WEINGARTENSE* c. XIII. et *CONRADVS VRSPERGENSIS* p. 279.
- (ff) *HELMOLDVS* Chron. Slauorum L. I. c. 54. p. 583. To. II. Leibn. Bellabant ergo hi duo Principes, duarum sororum filii, infestinis praeliis, et commota est vniuersa Saxonia. Et quidem Adelbertus praeripiens castrum Luneburg cum ciuitatibus Bardewich atque Brema, occidentali Saxonia potitus est.

Sed

gensis aliisque, castellum Bernhardi Comitis, *Plozeke* dictum, obsedit, expugnauit et destruxit. (gg) Albertus euentum felicem animo praecipiens sese iam Ducem Saxoniae vocat. (hh) Occasioni eiusmodi dudum imminabant Slaui. Quare in Holsatiam excurrerunt et saeva inuasionis vestigia vbique impresserunt. Intestinis tamen discordiis adtriti et a Saxonibus fortiter pulsi, fugati, perdomiti et fracti sunt. (ii) Henricus interea, armis arreptis, hostes suos, hospites nouos et Alberti rebus studentes, Saxonia fortiter eiicit et Comitem Holsatiae Adolphum reponit. (kk) Henricus de Badewid in angustias coniectus castrum Sigeberg subiecto igni exurit, arcemque Hamburgi demolitur. (ll) Quo facto Henricus Dux exercitum ducit in Thuringiam, debellaturus Conradum Imperatorem, Saxoniae fines ingressurum. (mm) Videtur Conradus iam penetrasse in confinia Hamburgi, et induciis factis recessisse. (nn) Intercedebant enim pluri-

rimi

*Sed et Nordalbingorum fines partibus eius applicati sunt. Quamobrem Adolphus Comes prouincia pulsus est, eo quod fidem iuratam Imperatrici Rikenze et genero eius temerare noluisse. Cometiam eius, vrbes et seruitia Henricus de Badewide beneficio Alberti affectus est. Sed et castrum Sigeberg in custodiam accepit, mortuo scilicet Hermanno (fortitan seniore, Comite de Wincenburg) et ceteris exturbatis, quos Caesar imposuerat. ALBERTVS STADENSIS eadem repetit ad a. 1138, p. 160. Conf. CHRONICON SLAVICVM Lindenbrogii c. XIX. p. 196. HERMANNVS de LERBECKE in Chronico Schawenburgenfi p. 502. CONRADVS BTHO ad a. 1139. p. 341. Düsse Keyser Cord de belech dat dat Hertoghedom to Sassen dem Marggreue Alberde to Soltweddel, dat dede he dem Hertogben Hinrick to wedderen, de Keyfers Luders dochter hadde, hyr van vorhoff siek eyn swar krich, so dat de lande iamerliken vordarfft worden.*

(gg) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1138. p. 295. *Castrum, quod Berneburgh dicitur, igne crematum est, propter tyrannidem, quam exercebat inde Eilica Comitissa cum suis. IDEM ad a. 1139. Post Pascha Conradus Magadaburgensis Archiepiscopus cum Duce Henrico et aliis Principibus sibi auxiliantibus, castrum Bernhardi Comitis PLOZEKE obsedit, cepit, destruxit. CVNRADVS BTHO ad a. 1139. p. 341. De Keyser de wold teyn vpp de Sassen, vnde kam to Crützeborch, dariegen kam Bischoff Cord to Meydeborch vnde Hertoghe Hinrick, dar wart eyn dach beropen to Quelinboreh. In düssen Kriege worden gewonnen de borge, alse Gronick, Anhalt, Witeke vnde Ghebelize, vnde PLOTZKE, alle Marggreuen Alberde aff. Omittuntur haec in Chronico Magdeburgico p. 328. sq. To. II. Meibom.*

(hh) Vide Diploma Archiepiscopi Moguntini 1139. 10. Kal. Iulii concessum ecclesiae S. Iohannis in Katenburgh, apud IOANNEM GEORGIVM LEVCKFELDIYM in Antiqq. Walckenred. c. XIII. p. 253. et TOLNERI locum adlatum supra in (dd).

(ii) HELMOLDVS in Chron. Slav. L. I. c. 55. p. 584. *His turbulentis usque quaque per Saxoniam concitatis, Pribizlaus, Wagirensium et Polaborum Princeps, de Lubeke occasionem nactus, assumta latronum manu, suburbium Sigeberg, et omnia circumiacentia, in quibus Saxonum erant contubernia, penitus demolitus est. Ibi oratorium nouum et Monasterii recens structura igne consumta sunt - Non multo post venit quidam Race de semine Cruconis cum classica manu, arbitratus, se hostem suum Pribizlaum reperturum Lubeke. Duae enim cognationes Cruconis atque Henrici, propter principatum Slauiacae contendebant; quum ergo Pribizlaus adhuc fortunatus esset, Race cum suis castrum et circumiacentia demoliti sunt, sacerdotes inter arundineta saluati, Falderense praesidium apprehenderunt - Et c. 56. p. 585. Super omnia Slavica furor propter occupationes Saxonum, veluti ruptis loris effervescens, Holzatorum fines inquietabat, adeo ut Falderensis pagus iam paene in solitudinem redigendus esset, propter quotidianas interfectiones hominum, villarumque depraedationes - Henricus - qui Cometiam administrabat, vir octi impatiens, et strenuus in armis, congregato latenter de Holzatis et Sturmariis exercitu, hyemali tempore Slaviam, aggressusque eos, qui prae manibus erant, et quasi fudes defixae in oculis Saxonum, percussit eos plaga magna, omnem scilicet terram Plunensem, Luthiburgensem, Aldenburgensem, omnemque regionem, quae inchoat a riuo Sualen, et clauditur mari Baltico, et flumine Trabena. Omnem hanc terram vna incursione, praeda, et incendio vastauerunt, praeter vrbes, quae vallibus et seris munitae, obsidionis propensius studium perquirebant.*

(kk) HELMOLDVS l. c. *Postquam ergo Henricus, gener Lotharii Regis, auxilio socrus Rikenzae Imperatricis Ducatum obtinuit, et nepotem suum Adalbertum Saxonia deturbavit, Adolphus Comes rediit in Cometiam suam. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1139. p. 161. b. Henricus Dux gener Lotharii Regis, auxilio socrus suae Rikenzae Imperatricis castrum Lüneburg obsedit cum Rudolfo Comite, et cepit, et Ducatum obtinuit, et nepotem suum Albertum Saxonia deturbavit.*

(ll) HELMOLDVS l. c. *Videns autem Henricus de Badewid, quem Albertus Vrfus constituerat Comitem Holsatiae, quod subsistere non posset, succendit castrum Sigeberg, arcemque firmissimam Hammenburg, quam Comitis Adolphi mater murato opere construxerat, ut esset firmamentum urbi contra impetus Barbarorum. Hanc ergo domum, et quicquid nobile senior Adolphus construxerat, Henricus, fugam meditans, demolitus est.*

(mm) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1139. p. 295. *Appropinquante festiuitate assumptionis S. Mariae idem Archiepiscopus Conradus cum Duce Henrico et praedictis Principibus, apud Cruceburgh, contra Regem conuenit, qui, ut praedictum est, Saxoniam hostiliter intrare ac deuastare summis viribus conabatur. CONRADVS BTHO loco laudato et iamiam adlato.*

(nn) ALBERTVS STADENSIS in Chronico ad a. 1139. p. 162. a. *Conradus Rex Saxoniam petiit, habens in comitatu suo regem Boemiae, contra quem Saxones strenue venientes, circa Hamburg castra posuerunt,*

...tibus nonnullis principibus, in  
Goslariae Ducatum ei abiudicat (ii)  
paulo post eidem Bauariam eamdem  
interem viciniam, transfert. (iii)  
comota est vniuersa Saxonia. Ab  
Bardico atque Brema, occidentali  
quaque fines sibi adiunxit, et Comitem  
Imperatrici Rikenzae et Henrici  
Albertus Henricum de Badewid  
accepit, mortuo Hermanno ceteris.  
(ii) Castrum contra Berneburg  
is Comiti Archiepiscopi Magdeburgensis

et Dux Henricus atque, qui electionem non  
electio calamitatis. Quibus omnino re  
Saxoniae omnes fines concessit  
Henricus Dux foras Regia  
des et Latiponae, in vniuerso  
dite non minus venit; et ipse  
interuenit autem ad mediocritatem ad  
interuenit nihil profecerunt. Rex enim non  
nae a Lothario Imperatore susceperat a  
indiar forti supponi elegerat, colloquium  
ad in formationem, dum per acta coenae  
nali de Principibus ualedicens, eum  
episcopum peruenit. Ibi iudicio quum  
Dux ergo in subsequenti die post episcopi  
altis comitatus in Saxoniam propo  
nit.

FRISINGENSIS Chron. L. VII.  
sed nota Dei humiliatus, miserum  
apud Herispolim proficiscitur, a  
licator. CHRONICON MONTIS H.  
x natalem Domini Goslariae celestis  
tilitate tractatum est. VIIPVS AHE  
nominis et elatus, sed nota Deum  
Principum apud Herispolim proficiscitur  
si Ducatus ei abiudicatur: et, non  
oratorum, a mare usque ad mare, ut  
tantam breui humiliatus praesentia  
sue, quatuor tantum comitatus fecit.  
CEII Amiqq. Goslar. L. II. ad a. 1134.  
749. sq. IOANNES ADLZREITER  
FRANCOVS, quem Leibnizius in quod  
ad variasque Leonis hiberniam.

near Albertus Marchioni confessoris b  
to facto Albertus sese vocat Ducem  
TOLNERI in Codice Diplomatico  
oris des Fürstenthum Adalbi P. V. L. I

oldas Marchio suscepto a Rege Ducatu  
ten terrae vltro ad eam consuetudinam  
adit, post collecto milite copioso, in  
uam, contra Vrhem Augustensem  
CHRONICON ZWETLENSE PETRVS  
archiducatum suscepit Bauariae. Cui  
Liopaldus Marchio Ducatum Bavarie  
vi et fortitudine in Leopoldum  
ETVS COLONIENSE Trimboli l. III.  
locatum Bauariae cum prouincia  
xulare fecit. Fallitur igitur Otto l. II.  
c. XXIII. p. 152. Henricum quum  
quod idem contendit, Henricum in  
cau, vthabent CHRONICON WETLENSE

Leibn. Bellabant ergo hi duo Princi  
uerfa Saxonia. Et quidem Albertus  
Brema, occidentali Saxonia p



ferunt ad vicesimum Octobris diem seu XIII. Kalend. Nouembr. (rr) Sepultus est Henricus Lutterae seu Regiolothariae ad latus foci Lotharii. (ss) Vxorem Gertrudem saepius commemorauimus. Ipsa, marito superstes, secundas celebrauit nuptias cum Henrico Austriaco, vulgo Isamer-gott, intruso Bauariae duce, a. 1142. (tt) peractas. Henricus Magnanimus paternae virtutis et inconstantis fortunae heredem reliquit tenellum Henricum, cui cognomentum Leonis adhaesit. Is quoque matre orbatus est a. 1143. quae ex difficultate partus exspirauit, et apud patrem et matrem et Henricum, priorem suum coniugem, moerente omni Saxonia, Lutterae sepulta est. (uu) Fata et facta Henrici Leonis sunt tam copiosa, vt, integro libro ea se recensurum esse, pollicitus sit *IOACHIMVS FRIDERICVS FELLERS*. (xx) Gerhardi Praepositi Stederburgensis de Henrici Leonis, Baioariae et Saxoniae Ducis, postremis rebus gestis beatoque ex hac vita excessu historicam narrationem cum notis *HENRICVS MEIBOMIVS* edidit Helmestadii 1614. 4. Eiusdem *MEIBOMII* oratio exstat *metrica de Henrico Leone*, habita in Academia Iulia a. 1593. 2. Oct. et edita Helmestadii 1597. 4. In publicam lucem emisit *CONRADVS SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS* dissertationem de Henrico Leone, ad Ligurini VII. librum Wittenbergae 1682. 4. Eodem referendus est *IOACHIMI MEIERI* liber, qui inscriptus est *Leben, Thaten und Todt Henrici Leonis* Lips. 1694. 4. Huc refer summe reuerendi *PHILIPPI IVLII RETHMEIERI* Braunschweig - Lüneburgische Chronica L. III. p. 309, sqq. Braunschweig 1722. fol. Praeterea *IOANNES FRIDERICVS SCHMIDIVS* de itinere Hierosolymitano Henrici Leonis habuit dissertationem Helmstadii 1711. vitiis nonnullis stili commaculatam. Ad eosdem corymbos spectat libellus *ADOLPHI WILHELMI HENICHII* de itineribus religiosis quorundam principum Guelphicorum in Palaestinam Helm-

39.  
Henrici magnanimi vxor et filius successor.

40.  
HENRICI LEONIS VITA, FACTA et FATA

Germania incendio intestino. In regni tentandam nouam reconcilia-  
id tempus defunctus erat, heredi-  
bungenis. Hic obitus, si recentio-  
periculosissime remedium incon-  
in Albertum Vrsum, Comitem de  
tum Brandenburgensem intactam.  
Hae ALBERTVS CRANZIUS ita  
scriptores ceteri in corrupti. Comi-  
ronogrius Saxo, abdens, Henri-  
Kal. Nov. (pp) Otto Frisingensis,  
gnorat pactum illud et decretum  
m ob Henrico ad incitas fuisse reda-  
compositis, quam ter in Bauari-  
sse, (qq) Obitus diem plurimi re-  
ferunt.

tracto, Rex priusque principibus Saxonia  
or. Sed et Dux rediit in Saxonia. Inter-  
Bremen profecti, intem dissipati sunt  
DVS L. I. c. LVI. 58. Posthac Henri-  
ra cum exercitu in Thuringiam, ad lo-  
dax rediit in Saxonia et post non

x Henricus in belli societatem Comiti  
omnia in detentis prolapsura, ad eum  
in treugas. Constitutus a Rege dux  
per quae tempora moriens sine herede  
is, quam feudum vacaret Imperator  
de Ansbold marchionatum. Ita ut  
in eosdem consentu principum.  
Errat Albertus, 1) Fredericum e-  
tate, ac primo Henricum marchionem  
obtinuerat maritum. Conf. Chron.  
ii a latere Henrici Ducis non dicitur  
Stadenus Rudolfi primi filius. In  
helman. vrbium. 2) Induciae  
a constitutione quadam imperatoris  
marchioni demerito sublinere. Idem  
a. 1134. p. 12. ostendi. CHRONICA  
a. 1139. p. 295. Hic (in Saxonia)  
dictum tempus. Deinde, facta colu-  
nar Bauariorum atque Saxorum vno

stereum, porro docendum est. Cuius  
Bauariorum et Saxorum veneno cum  
sepalta est. CHRONICON CONRA-  
re qui de dabo in Guelphorum, opp de  
vnde wart in Luttera legaten by Er-  
Kd in Comodromio Act. VI. p. 20  
tus ac astuta violentia Henrico exitum  
tedus, Conradus IV. et Conradinus  
Deus comprobauit, sese malorum iustis  
illime exellum, et iudices maiora ut  
ix vltra centum annos pessitit.

peffate Henrici Dux dum in Saxonia  
castris eius dirutis, terris circumpan-  
suis istidem dispositis iam in Bauaria  
monasterio Later iuxta focium hanc  
dux Saxoniae ingressus, quam castra  
em eius Imperatori et Alberti castra  
aron, qui de Bauaria et Suecia vno  
dro humiliant, vt, castris eius dicitur  
mpelleret. - Non multo post Henricum  
am redire disposuisset, morbo corre-  
um lamatur. Eadem sepe legatum qu  
1139. p. 472. Henrici, Dux Saxoniae

- moritur. HELMOLDVS L. I. c. 56. p. 585. CHRONICON STEDERBURGENSE ad a. 1139. To. I. Meibomii p. 453. GENEALOGIA DVCVVM BRVNSVICENSIVM To. II. Leibn. p. 18. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1139. p. 162. a. Henricus Dux Saxoniae obiit XIII. Kalend. Octobris. Eundem diem determinat Chronographus Saxo.
- (rr) ALBERTI STADENSIS et CHRONOGRAPHI SAXONIS testimonia sunt instar omnium, Errat VITVS ARENPECK p. 664. qui sic dixerit: Non multo post Henricus Dux, dum, in Saxonia omnibus suis dispositis, in Bauariam redire disposuisset, morbo correptus, diem clausit extremum ac in monasterio Luther iuxta focium humatur anno Domini 1140. Errat itidem in anno emortuali definiendo ad a. 1140. p. 341. Verum annum ponunt CHRONICON BIGAVGIENSE ad a. 1139. p. 259. CHRONICON MONTIS SERENI ad d. a. p. 16. CHRONICON SLAVICVM Lindenbrogii ad d. a. p. 255. GOBELINVS PERSONA Cosmodromii aetate VI. c. 59. p. 269. To. I. Meibomii CHRONICON LVNEBURGICVM p. 173. To. III. Leibn. Mirum igitur est, annum 1141. designari in CHRONICO RHYTHMICO c. XXIX. p. 49. To. III. Leibn. Vnus ALBERICVS ad a. 1139. tradit, cum irremediabili morbo tristitiae peruenisse ad extrema vitae. At, veneno accepto, tristitiam et melancholiam sese animo Henrici infudisse, non improbabile est.
- (ss) Loca dedimus iamiam in notis (rr) (qq).
- (tt) OTTO FRISINGENSIS Chron. L. VII. c. 26. p. 154. To. I. VRSTISII: Imperator in Saxonia ingressus, data in uxorem vidua Ducis Henrici, Lotharii Imperatoris filia, fratri suo Henrico Marchioni, pacem cum Saxonibus fecit, eidemque Marchioni Noricum ducatum, quem consilio matris ducis Henrici filius iam abdicauerat, concessit. Quae res in terra nostra maximae discordiae seminarium fuit. ALBERTVS STADENSIS ad a. 1139. p. 162. a. Postquam eadem Gertrudis nupsit Principi Henrico fratri Conradi Regis et alienata est a negotiis Ducatus, accessit Adolfsus Comes ad Ducem puerum - CHRONICON COLONIENSE VETVS ad a. 1142. in Felleri I. Trimestri Monumentorum p. 10. Rex Pentecosten Franconesfurt celebrat, coadunata Principum tam Bauariae quam Saxoniae dignitate. Ibi quorundam familiarium suorum principum fretus auxilio Domnam Gertrudem, famosissimam Saxoniae matronam, filiam videlicet Lotharii Imperatoris, et praedicti Henrici Ducis viduam, vni e fratribus suis coniunxit, sciens, hac coniunctione multos confoederari, quod et factum est. Nam principes hactenus discordantes hac occasione Regi reconciliantur. Celebrantur ergo nuptiae regali apparatu per XIII dies, quas ipse Rex per se administravit.
- (uu) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1143. p. 163. a. Gertrudis, mater Henrici Leonis, filiaque Lotharii et Rikencae, obiit. CHRONICON COLONIENSE ad a. 1143. p. 10. Domna Gertrud praedicta Ductrix, coniux Henrici fratris Regis, ob difficultatem partus diem clausit extremum, et apud patrem et matrem et priorem coniugem suum Henricum, cum moerore totius Saxoniae sepelitur in LVTHERON. Viennae eam esse sepultam, tradit RETHMEIERS P. III. c. 1. p. 311. der Braunschweig - Lüneburgischen Chronica.
- (xx) In der Genealogischen Historie des Braunschweig - Lüneburgischen Hauses c. XI. §. 1. p. 350.





rum terram. (eee) Quo facto Adolfus coepit reaedificare castrum Sigeberg, et illud muro cinxit, (fff) conuocatisque e vario terrarum tractu colonis, terras suas in solitudinem conuersas ad statum optimum deduxit. (ggg) Idem exstruxit Lubecam haud procul a veteri portu et ciuitate, Aldenburg dicta, quam Henricus princeps olim considerat. (hhh) Conradus III. a. 1140. festum purificationis S. Mariae diem Wormatiae celebrauit, ad quem Henricus Leo proceresque Saxoniae venire recusat. Transtulit deinde rex comitia Francofurtum Moeno adpositum prima post octauam Paschae die Domini, quae eidem inuisere noluerunt, absentesque potius Ducum feudum Ducatumue Saxoniae poposcerunt. Adnuere precibus Imperator obfirmata mente detrectabat. Saxones igitur Albertum Vrfum, de nouo Ducatu impertitum, patria expellunt, eiusque marchiam Rudolfo comiti adtribuunt, (iii) praeterea obsident ac diruunt vrbes munitas Groningam, Anhaltum, Gebelinzi, Witekke et oppida alia. (kkk) An-

43.  
a. 1140.

no

*Vibelinus to Oldenborch to horden. Adolfus igitur denuo eiectus est, Henrico Magnanimo defuncto. HELMOLDVS L. I. c. 56. p. 585. Gertrudis mater pueri dedit Henrico de Badewid Wagirensium Prouinciam, accepta ab eo pecunia, volens suscitare pressuras Adolfo Comiti, eo quod non diligeret eum. Postquam autem eadem Domina nupsit Principi Henrico, fratri Conradi Regis, et alienata est a negotiis Ducatus accessit Adolfus Comes ad Ducem puerum et consiliarios eius, acturus causam suam super Wagirensi Terra, praenatalisque et iustiori causa et auctiori pecunia. Dissensiones ergo, quae fuerunt inter Adolfum et Henricum, taliter compacatae sunt, ut Adolfus Sigeberg, et omni Wagirenum Terra, potiretur, Henricus in recompensationem acciperet Radesburg et terram Polaborum. Haec verba repetit HERMANNVS de LERBECKE in Chronico Comitum Schawenburgicorum p. 500. To. I. Meibom.*

(eee) Ex loco HELMOLDI et LERBECCII adlato haec constant.

(fff) HELMOLDVS L. I. c. 57. p. 586. *His vero in hunc modum ordinatis, Adolfus coepit reaedificare castrum Sigeberg, cinxitque illud muro: quia autem terra deserta erat, misit nuncios in omnes Regiones Flandriam et Hollandiam, Traiectum, Westphalsam, Frieslandam, ut, quicumque agrorum penuria arcarentur, venirent, cum famillis suis, accepturi Terram optimam, terram spaciosam, uberem fructibus, redundantem pisce et carne et commoda pascuorum gratia. Eadem LERBECCIVS transcripsit loco excitato.*

(ggg) Pergit HELMOLDVS: *Dixitque Holsatis et Sturmariis: Nonne vos terram Slavorum subegistis, et mercati eam estis, in moribus fratrum et Parentum vestrorum, cur ergo nouissimi venitis ad possidendam eam? estote primi et transmigrate in terram desiderabilem - Ad hanc vocem surrexit innumera multitudo de variis nationibus, assumptisque famillis, cum facultatibus venerunt in terram Wagirensium, ad Comitem Adolfum, possessuri Terram, quam eis pollicitus fuerat. Et primi quidem Holzatenfes acceperunt sedes, in locis tutissimis, ad occidentalem plagam Sigeberg circa flumen Trabnam, campestris quoque Zwentineveld, et quicquid a riuo Sualen, usque Agrimefou et lacum Plunensem extenditur. Dargunensem Pagum Westfals; Viinensem Hollandi; Susle Fresincoluerunt. Transcripsit haec rursus LERBECCIVS.*

(hhh) HELMOLDVS paucis interiectis: *Posthaec venit Comes Adolfus ad locum, qui dicitur Fucu, inuenitque ibi vallum urbis desolatae, quam aedificauerat Cruco, olim tyrannus, et Insulam amplissimam, gemino flumine cinctam, nam ex una parte Trabena, ex altera Wochniza praeterfluit - coepit illic aedificare ciuitatem vocauitque eam Lubeke, eo quod non longe abesset a veteri Portu et Ciuitate, quam Henricus Princeps olim constituerat - Eadem habent LERBECCIVS l. c. qui addit, anno 1156. Lubecam fuisse conditam: ALBERTVS ABBAS STADENSIS ad a. 1139. p. 162. a. CHRONICON SLAVICVM Lindenbrogii c. XX. p. 196. CHRONICON HOLSATICVM c. XIV. p. 25. To. I. accessionum historiarum Leibnitii. ALBERTVS CRANTZIVS Metropol. c. XVII. p. 152. Vandaliae c. 40. Saxoniae L. IV. c. I. L. VI. c. 10.*

(iii) ALBERTVS STADENSIS ad a. 1140. p. 162. b. *Conradus Rex purificationem sanctae Mariae celebrauit Wormatiae, quo praedicti Principes minime venerunt, Rege eis ducatum praebere nolente, quibus aliud placitum proposuit Franckeneuorde. Sed nec hinc interfuerunt, prima Dominica post octauam Paschae praedictum beneficium petentes, nec impetrantes. Principes Albertum Marchionem, qui Ducatum a Rege suscepit, patria expellunt. Cuius Marcam Rodulfus Comes, adeptus urbibus, occupauit. ALBERTVS CRANTZIVS Saxoniae L. VI. c. 11. Merito Saxones reluctabantur Caesari, ea statuenti, quae iuri et consuetudini repugnabant. Quae Caesar non dederat, ea non poterat adimere, nisi bello iusto. Terras Saxonicas Henricus Leo ab Imperatore et Imperio non tenebat, sed ex hereditate. Titulum Ducis Caesar auferre poterat, et iura imperialia, immo excludere Leonem a corpore principum Imperii. At eo pacto Henricus Leo, nullis pactis ex nexu imperiali amplius innexus, legitime Regis nomine poterat vti. An prudentia sic fuisset, alia equidem est quaestio. Quid? Si Henricus Magnanimus aperto Marte in Conradum tumultuarie electum impressionem fecisset? Caesarem enim oportet esse secundum leges et consuetudinem in Imperio Germanico esse electum, ut sit legitimus Imperator.*

(kkk) CHRONOGRAPHVS SAXO ad a. 1140. p. 296. *Eodem anno obsessae sunt, et destructae munitiones istae: Groninge, Anehalt, Gebelanz, Witekke. Consentit CHRONICON BIGAVGIENSE ad a. 1140. p. 259. 260. CONRADVS BOTHO ad a. 1139. p. 341. hisce addit Plozecam. HOFFMANNVS in der Historie des Fürstenthums Anhalt Part. V. L. I. c. 5. §. 5. p. 28.*

R r r 3

im dissertationis prodit. Mihi pro  
ducatus ecclesiae collegiatae Gu  
namentorum veterum describere, in  
notiis scriptorumque recentiorum  
(77) Alii malunt annum 1135. (78)  
ft die festi Pentecostes. Erat medio  
i et alido, nigricantibus ampisque  
m igne ex bile flaua traxit. Anno  
ruduit controuersia de Saxoniae Du  
bus Alberto Vrfo firmare laborabit.  
Leoni peni propugnabit. (ccc)  
trist Henric de Badewid prouinciu  
ura Adolphi comiti Holsatiae. (ddd)  
fratri Conradi Imperatoris, et ab  
est alienior, accessit Adolfus ad Du  
catoris aetis summa expensa Wag  
paciscente Radesburgum et Polabo  
rum

to Leone p. 367. To. I. Lehn. Ex hac  
anno aetatis suae sexagesimo (sex  
et sex denis, remanet annus natalis  
e Apologiae pro Ottone IV. To. III. p.  
145. 146. Opandum foret, vtrius  
m conuenerunt, generatim volentiu  
adam, puerum, Conf. RETHMEIER

kinete Hierosolymitano Henrici Le

i in Monarchia quarta p. 116. Mitt  
136. Prius statuit CHRONICON I  
l. p. 792. Anno MCXXXV. Henric  
pse baptizatus est.

a. p. 848. Henricus: Dux Saxoniam  
magnum facie, oculis magnis et n  
et filiae quondam Lotharii Imperat  
Erat idem Princeps filius Henrici Du  
indolis patre et matre orbatu, ut po  
te regno validus, non se laxo, neque  
e, taculari, causa cum aequa uita con  
Erat studium, et de quodam ditione, u  
p, uirtute: cum medijs, pudore: cum a  
bat. Ita, quo mixto appetebat gloriam  
facere et minimum ipse de se loqui,  
ores hominum cognouit, multa cura, n  
a per totam Bastoniam firmata, boni  
ntem, uelut praesentem, immedie, le  
gere. Qui quous suos milites Regis i  
ne amorem facta est aequalis. Digo

ortus (Henric Magnanimo) Saxoniam  
Rege denuo rebelant. Eadem habent  
ad a. 1139. p. 286. CONRADVS FR  
L. DODECHINTS in appendice ad b  
Dux Saxoniam, moritur, pro quo d  
Principes Saxoniam conuenerunt. Edo  
c. 56. p. 585. Mortuus est (Henricus  
Saxoniae, inter aduoc infantibus. Be  
ONTINIVS LAMBERTI SCHL  
id. Struv. p. 428. CHRONICON H  
anarum et Saxoniam, qui Caesari  
inde oritur pro Ducatu Saxoniam  
Ducatum.

a. 1140. To. III. Lehn. De non de  
Lant by der Elbe, Nelder Sagen  
Here der Wende, by Meppert  
unde pingschedu de Preps, de B  
10



44. a. 1141. 1142. no 1141. concertationes paullulum conquieuerunt. (III) Anno subsequenti Henricus Leo in Ducatu Saxoniae confirmatur et Albertus Marchio in recuperandis et reficiendis amissis desudat. (mmm) In annum 1143. incidit diuisio, qua filius Henricus, vna cum matre, partitus est in aequas partes cum Alberto Marchione paludem australem, conterminam villis Santou, Strabelingehufen, Ochtmunde et Hasbergen, testante et confirmante Adalberone Episcopo Hamburgensi (nnn) Anno 1144. inhoruerunt lites de principatu Stadenſi Henricum inter et Archiepiscopum Bremensis ecclesiae Alberonem, quorum hic a Caesare vexillum, signum infeudationis, accepit; at a Leone carceris custodiam luit in oppido Luneburgi. (ooo) A. 1145. Conradus confirmauit pacta inter Fridericum Archiepiscopum Magdeburgensem et Hartwicum Bremenſem Praepositum, quibus testis interfuit *Henricus Dux Saxoniae*. (ppp) A. 1146. in comitiis Francofurtensibus ad nutum Eugenii Pontificis, interprete Bernhardo Mystico crudeli et

(111) *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1141. p. 162. b. 163. a. *Rikenzia Imperatrix obiit, et post paululum sedatae sunt concertationes Principum Saxoniae, quae fuerant contra Regem et Albertum Marchionem.*

(mmm) Inter haec in dies augebatur numerus eorum, qui causae Henrici Leonis tanquam iustae fauebant. *DODECHINVS* in appendice ad *MARIANVM* ad a. 1141. p. 675. *Rex curiam apud Ratisbonam in Pentecoste habuit, ubi nonnulli Principes Saxonum adfuerunt, Adelbertus, Moguntinus archiepiscopus, cum Saxonibus aduersus regem consurget et non post longum moritur XVI. Kal. Augusti. Num mori iussus? IDEM* ad a. 1142. *Rex Pascha Verzeberg celebrauit, et inde post festum transiens, Francenfort venit in Dominica Misericordia: et ibi curiam habuit, ubi conuenerunt omnes paene principes Teutonici regni, ubi et Saxones in gratiam regis venerunt. Et filius Henrici Ducis ducatum Saxoniae suscepit, cuius matrem rex fratri suo Henrico marchioni ibidem copulauit, ac ducatum Boariae tradidit. ALBERTVS STADENSIS* ad e. a. p. 163. a. *Albertus Marchio reuocatus est in gratiam Principum, et recepit omnia sua, Comitatum et Marcam. HOFFMANNVS* l. c.

(nnn) *DOCUMENTVM ADALBERONIS* inter priuilegia Ecclesiae Hamburgensis apud *LINDENBROGIVM* p. 153. *Notum sit - qualiter et Nos et Domina Ducissa, Gertrudis, et filius suus Henricus Puer, Dux Saxonum, vna cum fidei nostro, Alberto Marchione, illustri Principe, paludem australem scilicet villis istis, Santou, Strabelingehufen, Ochtmunde, Hasbergen, conterminam, aequa inter nos partione diuisimus - - Anno Incarnationis Domini MCXLIII. Indict. V. Quaei posset, an dies et annus recte sint adscripti. Scriptores enim ad vnum omnes dicitant, Gertrudem a. 1142. obiisse; excepto *CONRADO BOTHONE*, qui annum 1146. determinat, p. 344. To. III. Leibnit.*

(ooo) *ALBERTVS STADENSIS* ad a. 1144. p. 163. a. b. *Rodulfus iunior, Comes, in Thietmarsia occisus est in Cometa sua, et frater suus Hartuicus, maior Praepositus Bremensis, dedit omnem hereditatem suam Bremensi Ecclesiae, ut concederetur sibi Comitatus Bremensis. Et sic Bremensis Ecclesia, quam Principes Staderſes in quieta possessione longo tempore tenuerant, in suum dominium recepit, hereditatem videlicet Principum, et Idae et Friderici, et facta est legitima heres parentum praepositi Hartuici per solennem et legalem donationem. Inuestitus est ergo Hartuicus Praepositus et Fridericus Palatinus, sororius suus, suscepitque pannum a rege Conrado: et statutum est, ut esset coadiutor suus, et iudicaret pro eo in placitis Principalibus. Dux autem Henricus adhuc puer per tutores suos conquestus est regi et omnibus Principibus, quod Archiepiscopus Albero matri suae promississet, quod si moreretur Rodolfus, filio suo Duci conferret Comitatum. Vnde post multas querelas secundum mandatum regis conuenerunt Rameslo ad causae definitionem. Archiepiscopus praesuit in iudicio vna ex parte; puer Dux ex alia Praepositus et Palatinus consisterunt ad negotii ventilationem. Auditores aderant Thietmarus, Verdenſis Episcopus: Albertus Marchio: Comes Hermannus de Winceburgh, et frater suus Henricus de Dasle (lege: Asle) et magna multitudo militum. Ibi in litis contestatione homines Ducis arma rapuerunt, et, seditione facta, Archiepiscopum captiuauerunt, et aliquandiu Lutzenburg in captiuitate detinuerunt, ut aliquid extorquerent ab eo. Tandem videntes, quod moueri poenis vel mini non posset, liberum abire permiserunt. Praepositus Hartuicus ab Hermanno de Luchore (puto: Luchove) captus, quum sperarent homines Ducis, quod ipsis esset praesentandus, et quum iam intenterent ei mortem, adductus est ad Marchionem Albertum et sic liberatus. *CHRONOGRAPHVS SAXO* ad a. 1144. p. 296. *Rodulfus, Comes de Staden, intersectus est a Transalbanis Saxonibus, qui Fedmarsgoi (Detmarsgoi seu Ditmars), ex DAT MORS GOP, i. e. tractu paludoso et stagnis abundanti, sic dicti) dicuntur, propterea quia oppressiones eius diutius ferre noluerunt. CHRONICA MONTIS SERENI* ad e. a. p. 18. *Rodolphus, Comes de Staden, iunior, intersectus est a Transalbanis Saxonibus, qui Ditmarschen dicuntur. Leonis controuersiam cum Archiepiscopo Bremensi de terris hoc obitu vacuefactis pertexuerunt cum Alberto Stadenſi ac ex eodem *HENRICVS WOLTERVS* in Chronico Bremensi p. 50. To. II. Meibom. *HISTORIA ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIUM* apud Lindenbrogium in Vita Adalberonis p. 90. et *ALBERTVS CRANTZIUS* Saxoniae L. VI. c. 6. et Metropolis L. VI. c. 17. p. 409.**

(ppp) Diploma Imperatoris exhibet *LINDENBROGIVS* inter Priuilegia Archiepiscopatus Hamburgensis §. XLV. p. 155. vnde illud translatum est in *LYNIGII* Reichs-Archiv Contin. II. vierte Abtheilung, XV. Absatz §. XXXIV. p. 355.

omnibus extra se positis intento, decreta fuit triplex expeditio sacra, vna in Orientem, altera in Hispaniam, et tertia aduersus Slauos. (qqq) Tertiam

*ALBERTVS Dei et apostolice sedis gratia sanctarum Magdeburgensis. et Maguntini. Ecclesiarum Archi-Episcopus, Primas et Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, princeps elector, Halberstadenn. ecclesiarum Administrator, Marchio Brandenburgenn, Stettinenn, Pommeranie, Cassuborum Slauorumque Dux, Burggrauius Nuringenn, ac Rugie princeps. Honorabilibus vobis deuotis et in Christo dilectis, Decano, Camerario totique communitati fraternitatis Kalendarum tam Clericis quam Laycis in Kissenbrugge Halberstadensis nostre Dioc. salutem in Domino. Exponi nobis curastis, quod eadem fraternitas vestra antiqua ad longa tempora a predecessibus vestris confratribus ob spem salutis eterne et in Christi fidelium animarum defunctorum remedium quondam salubriter instituta et per Reuerendum olim in Christo patrem Dominum Geuehardum Episcopum Halberstadensem predecessorem nostrum literis suis coram nobis exhibitis confirmata, nec non secundum statuta et consuetudines quasdam laudabiles dudum cum quibusdam vigiliis, missis, et exsequiis defunctorum hactenus solempniter obseruata et celebrata extiterit, quodque vos ipsi bono deuotionis Zelo ducti ob diuini cultus augmentum omniumque confratrum vestrorum tam viuorum quam mortuorum salutem, quamdam Commendam in Capella sancti Martini in Kissenbrugge ex iam dicte fraternitatis vestre erario communi, ac inuicem contributis et collectis elemosinis fundare, et ad duas missas ebdomadatim in prefata Capella celebrandas instaurare ipsamque duobus mansis cum dimidio terre arabilis in campo Kissenbrugge, cum duobus hortis dotare decreuistis, volentes et ordinantes, quatenus ante dicte commende possessor in antea ad duas missas ebdomadales, vnam pro viuis ac aliam pro defunctis fratribus die et hora, dum et quando id sua deuotio exposcere videbitur, celebrandas sit astrictus, ius vero patronatus siue committendi Decano eiusdem fraternitatis Kalendarum competere, et perpetuo apud eum remanere statueritis, Vnde nobis humiliter fuit supplicatum, quatenus sepe fatam fraternitatem vestram antiquam vna cum memorata commenda restaurare, innouare, admittere, ac de nouo confirmare, et vt maior plebis deuotio excitetur et succrescat circa eandem, nostras Indulgentias solitas adiicere dignaremur. Nos igitur instanter petentium votis libenter annuimus, eandem confraternitatem vestram Kalendarum antiquam, ac foundationem et Instauracionem commende supradicte innouauimus, admisimus, auctorisauimus, et confirmauimus ac presentibus, Dei nomine, auctoritate nostra ordinaria innouamus, admittimus, auctorisamus et confirmamus, ea tamen moderatione adhibita, videlicet vt iidem fratres et*

*soro-*

sorores de utroque sexu clerici et Layci ad eandem assumendi licitam sanctam et honestam ac Deo gratiam vobiscum possint ac debeant habere fraternitatem, qua vos invicem mutua charitate et orationum elemosinarumque beneficium et suffragiis prosequi videamini, et ad illam non nisi honestas personas sine quovis illicito pacto recipiatis et admittatis, Missas et vigiliis locis et temporibus, prout hactenus consuevistis, solempniter et deuote peragendo et observando, Siquam vero post peractum officium inter vos forsitan habituri sitis refectioem, quod illam cum honestate et moderamine cibi et potus et gravitate congrua sobrietateque faciatis, ne ingurgitationibus aut ebrietatibus vacaueritis, sed refectioe facta mox inde discedatis, neque in eadem fraternitate quicquam novi sine nostro, successorumque nostrorum, scitu et consensu, ac presertim, quod canonicis quomodolibet contra ire possit institutis, statuat et ordinetis, volentes etiam, quod quilibet persona dicte fraternitatis que notorie diffamata vel criminosa fuerit, aut ultra annum in excommunicatione persisterit, sit ipso facto ab eadem fraternitate excludenda, Nobisque et successoribus nostris omnium et singulorum premissorum commutandi, interpretandi, cassandi, et revocandi potestate reservata, dum et quotienscunque visum fuerit oportuionem, Mansos etiam et hortos prelatos ad Commendam prememoratae appropriatos in ecclesiasticam libertatem recipientes, et ut perpetuo ecclesiastica bona censeantur, statuente, Nec non quorumcunque ipsius Commende possessorum conscientias super ebdomadali observacione duarum missarum prescriptarum onerantes, inhibentesque omnibus et singulis utriusque sexus hominibus sub anathematis pena, ne de alia quavis dispositione huius fraternitatis commende et confirmationis se quovis modo, in preiudicium eorundem intromittant, quemadmodum ultionem districti iudicii voluerint evitari. Insuper omnibus et singulis Christi fidelibus vere penitentibus et confessis hominibus, qui missis vigiliis et exsequiis ante dicte fraternitatis annuatim, prout hactenus consuetum est, observandis, deuotionis causa interfuerint, suas inibi Deo preces fundendo deuotas, vel qui pro conseruanda fraternitate in testamento aut alias quomodolibet manus porrexerint adiutrices omnipotentis Dei misericordia ac sanctorum Petri et Pauli Apostolorum auctoritate, nec non beatorum Mauricii et sociorum eius Martini atque Steffani vestrorum patronorum meritis confisi ac ex speciali gratia et privilegio sedis apostolice centum et quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentibus misericorditer in domino relaxamus. In quorum fidem et testimonium premissorum has litteras euo sempiterno duraturas exinde fieri nostrique sigilli iussimus et fecimus communiti. Datum in ciuitate nostra Halberstad anno Domini millesimo quingentesimo quinto, die Iouis, nona mensis Augusti.


§. XV.

De iudiciis tribus Abbatissae Gandersheimensis, quae olim aduocati administrare debuerunt.

Reges Francorum olim comitia publica mense Martii, anno vernante, celebrant (a) in patenti campo, mane, et sub dio. Placebat praecipue exercendo generali iudicio primus Martii dies. (b) Pipinus a. 755. transtulit comitiorum publicorum diem

(a) GREGORIUS Turonensis Hist. Franc. L. II. c. 27. FLODOARDVS Hist. Rem. L. I. c. 13. AIMOINVS L. I. c. 12. Plura loca suppeditat CAROLVS du FRESNE Glossar. latin. To. I. p. 809. sqq. Sub dio iudicia illa exercebantur. ANNALES FRANCICI ad a. 767.

(b) AVCTOR Vitae S. Remigii et GESTA FRANCORVM c. X. Quae sanciebantur publice, placita dicebantur. Forma enim Francici imperii non erat pure monarchica, sed ex aristocratia multa habebat admixta. Quare de rebus maioris momenti cum summatibus populi erat deliberandum. Pipino in Aistulphum regem Italiae moliente expeditionem militarem, proceres minis interpositis reclamarunt et auxilia abnuerunt, teste EGINHARTO in vita Caroli M. c. VII. Clotharium proceres inuitum ad bellum Saxonibus inferendum compulerunt, fatente GREGORIO Turonensi Hist. Franc. L. IV. c. 14. Carolus M. Ludouico Pio diadema aureum antequam Aquisgrani imponeret, cum Principibus regni, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus generale colloquium in palatio Aquisgrani habuit, vniuersos interrogans, si eis placitum esset, ut filio suo nomen regis imponeret. VITA Hildegardis reginae in Actis Sanctorum ad XXX. April. §. 3. p. 794. To. III. April. IOANNES STUMPFIVS in Schweizer Hist. L. III. fol. 162, b. Quare leges a solo rege nec praescribentur nec promulgantur. Patet hoc



diem in Kalendas Maii. (c) Ex eo factum est, ut comitia vocarentur *campus Martii* et *Martis*, et deinceps *campus Maii*, *campus Magii* seu corrupte *Madii*. (d) Iudicium ipsum vocabant *malhon*, *mallus*, *malum*, quo intelligebatur generale placitum, quando *populus ter conueniebat in anno*. (e) Queritur vulgo de origine vocis. *Mal* interpretantur alii per congregationem, alii per conuiuium, alii per *causam*, *rem*, *actionem*, alii per *loquelam*, quam Islandi adpellant *mael*. Vox est omnino Germanica. (f) *Prima vice*, *secunda vice*, Germanis est *zum ersten mahl*, *zum andern mahl*. Tria igitur tempora iudiciorum stata vocabant Germani *die drey mahle*. Tribus enim vicibus quotannis in iudicio publico erat comparandum. *Mallare* antiquis est *in ius vocare*. (g) *Mallenses iudices* vocabantur adfessores iudicii, qui ad iudicem primarium seu Senioresem sessum capiebant et iudicia sua quaesiti expromebant. Germani postea eos nuncuparunt *ordeltragers*. Fideles ecclesiae, qui testimonio suo iudicium condecorabant, olim dicebantur *malmanni*, *maalmanni*. (h) Vocantur nunc adfessores secundarii, *die Beyfizers*. *Malbergium* (i) vocabatur locus, plerumque editus, in quo exercebatur mallus publicus. Poenae infligi solitae ex more veterum Germanorum, qui potui largo indulgebant, consistebant in cereuisia et vino praebendo ad summam et mensuram praedefinitam. Mos ille Francicus, vel potius Francorum ac Saliorum, postmodum transit ad Anglos et Germanos reliquos. (k) Carolingici ac Saxonici Imperatores eum in finem alebant Comites, qui per prouincias, tertium denarium pacti, ius in mallis dicerent, et capitalia etiam exercerent supplicia. Sensim hoc regale munus cum Ducibus, Episcopis, Abbatibus et Abbatissis fuit communicatum. OTTO II. Imperator Gerburgae Abbatissae Gandersheimensi *verbales bannos* in Gandersheim, Sesen et Grene concessit, hoc est, iudicia non solum inferioris ordinis, sed et ipsa capitalia. Diploma ipsum sic habet: (1)

,,In

ipsum ex praefatione pacti legis Salicae, quam ita a Sala, amne Franconico et Moenum influente, dictam puto. Innotescit idem ex Erpoldi Lindenbergii Codice legum antiquarum. Clarissime omnium illud perspicitur ex pacto Confluentano a. 860. constituto, quod Ioannes Schilterus inseruit Tomo II. Introd. suae ad Jus publicum Germanicum.

- (c) *CHRONICON MASSIACENSE* ad a. 755. p. 734. apud Philippum Labbaeum To. II. Bibliothecae Mstorum seu Collectionis Aquitanicae: *Anno 755. venit Tasilo ad Martii campum, et mutauerunt Martii campum in mense Maio. ANNALES veteres Francorum To. II. Duchesnii p. 7. FREDEGARIVS Scholasticus ad a. 766.*
- (d) *FRESNE* in Glossar. latin. To. I. p. 809. fqq.
- (e) *PAPIAS: Malum, generale placitum dicebatur, quando totus conueniebat populus ter in anno. FRESNE* To. II. p. 408.
- (f) *CAROLVS* du *FRESNE* To. II. p. 408. varias adducit originationes vocis, Germani de rebus seriis olim inter pocula consultabant, teste *TACITO* de M. Germ. c. 22. Ex ea ratione *FRANCISCVS GUILIMANNVS* existimat, *malla* dici ex *Gastmählen*. Epulum enim est *Mahl*, *Gastmahl*. At Germani veteres rarius vna epulabantur, frequentissime compotabant. Cibus eorum erat minus exquisitus et parum delicatus. Poculis adfidee videbatur pulcherrimum et laude dignissimum. Satiabat eibus, quem occupabant, Luxus omnis cupediaeque a gulis Germanorum aberant. Recens fera, poma agrestia, lac et caseus, necessitati comedentium inferuiebant. Compellamur testes *TACITVM* l. c. c. 23. et *CAESAREM* de bello Gallico L. VI. c. 22. Ferculum ex auena parari solitum memorat *PLINIVS* Hist. nat. L. XVIII. c. 17. Si *MELAE* credimus, Germani veteres cruda carne confueverunt vesci. Vide eundem L. III. c. 3. Per crudam illam carnem quo minus intelligamus pernas, faliscos et alia sumo indurata ac nondum cocta nihil prohibet. Cibi eiusmodi gulam non irritabant, nutrimenta largiebantur firmiora, et proceritati corporum erant adminiculo, vti egregie ostendit *HERMANNVS CONRINGIVS* de *Germanicorum corporum habitus antiqui et noui causis* p. m. 89. Restat igitur, ut *mallum* dictum sit ex Germanica voce *mahl*, quoniam *vicitus* tribus, *zu drey mahlen*, comitia publica ac aduocatorum iudicia quotannis celebrabantur. Pristiniae consuetudinis exemplum, in amore ebrietatis per iudicia positum, suppeditant multae poenaeque in iudiciis tribus à Gandersheimensi Abbatissa indici e ritu antiquo ac inrogari solitae. Omnes enim poenae consistunt in praebendis doliis cereuisiae integris vel dimidiis.
- (g) *CAROLVS* du *FRESNE* To. II. Glossar. lat. p. 409.
- (h) *ODO Abbas Cluniacensis* in Vita S. Geraldii Comitis L. I. c. 19. *In crastinum vero mallensibus undique ad Senioresem (Graven, ex grau, canum et senem) confluentibus, iubet reum adduci, Conf. FRESNE* l. c. p. 371.
- (i) *FRESNE* l. c. p. 402.
- (k) *FRESNE* To. I. Glossar. lat. p. 809. fqq.
- (l) *Bannus*, *bannum* idem est ac iurisdictio criminalis et ecclesiastica, secunda a regali seu Imperatoria et Papali. *KETNERVS* in Antiquit. Quedlinburg. p. 220. *CHRONICON HALBERSTADENSE* p. 118. To. II. Leibn. Hildewardus Episcopus Halberstadenis ab Imperatore Ottone concessiones et statuta Imperatorum obtinuit regiae auctoritatis privilegio Halberstadeni ecclesiae communiri. Insuper etiam mercatum in Halberstat et Osterwic habendum, cum teloniis ac monettis, ac REGIO BANNO, in vtrisque locis tenendis et accipiendis, et REGALEM heri BANNVM super milites liberos et seruos eiusdem eccle-

RESERVATORIBVS  
 nita vocarentur campus Martii  
 rpe Martii. (d) Iudicium ipse  
 eris placitum, quando populus  
 ocis. Mal interpretantur alii pe  
 azonem, alii per loquelam, quae  
 (1) Prmo rei, secunda vice, Ge  
 tempora iudiciorum flata voca  
 mus in iudicio publico erat con  
 siliis iudices vocabantur adfello  
 rum capiebant et iudicia sua quae  
 re mabagere. Fideles ecclesiae,  
 eorum mabagere, mabagere. (h)  
 Mallopus (1) vocabatur locus,  
 a. Pomeae in iugis solitae ex more  
 consuebant in cretula a vino  
 . Mo's ille Francicus, vel plus  
 glos et Germanos reliquos. (k)  
 ant Comites, qui per prouincias  
 talia etiam exercebant supplicia  
 abbas et Abbatibus fuit com  
 Gandersheimensi urbales ban  
 iudicia non solum interiori  
 : (1)

MONASTERII LIBERI GANDERSHEIMENSIS.

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. OTTO diuina fauente clementia Imperator  
 Augustus. Omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum piae deuotioni patere  
 volumus. qualiter nos dilectae coniugis nostrae Theophanu Imperatricis Augustae ac carissimae fi  
 liae nostrae Sophiae votum sequentes. ob dilectionem et interuentum neptis nostrae Gerbirgis Ab  
 batissae venerabilis. ad ecclesiam, cui ipsa praeesse videtur. in loco Ganderesheim dicto constructam.  
 ac in honore sanctorum confessorum pariterque pontificum Anastasii et Innocentii consecratam.  
 VRBALEM BANNVM, quem vulgariter BVRGBAN vocant. ante praedecessores nostros  
 Reges videlicet et Imperatores praedictam ciuitatem pertinentem. hac nostra praeceptione noui  
 ter confirmamus. et insuper duos nostrae dominationis urbales bannos. vnum in Seburg. et alte  
 rum in Grene - in ius praefatae ecclesiae et Abbatissae. modo et in futurum ibi praesidentis a  
 nouo concessimus. atque illuc hac nostrae auctoritatis confirmatione ad integrum tradimus. ea vi  
 delicet ratione. ut praedicta Gerbirg venerabilis Abbatissa suaeque successores praescriptorum lo  
 corum bannos sub suo iure perpetim teneant. nec ullus deinceps Comes vel aduocatus aut alia quae  
 libet persona sine voto aut iussu super ius nominatae Gandersheimensis ecclesiae Abbatissae aut sibi  
 succedentium potestatem super eosdem bannos aliquo modo habere praesumat. et vt haec nostrae  
 donationis ac confirmationis auctoritas per futura tempora credibilior et stabilior habeatur. hoc  
 nostrae celsitudinis praeceptum inde conscribi manuque propria subtus notatum sigilli nostri im  
 pressionem iussimus assignari.

Signum Domini Ottonis  
 Imperatoris



inuictissimi  
 Augusti

Hildiboldus Episcopus ad vicem Willigisi Archicapellani recognoui.  
 Data III. Id. Mart. anno dominicae incarnationis DCCCCLXXX. Ind. VII. Anno  
 vero regni secundi Ottonis XVIII, Imperii autem XIII. Actum Tornburg in Dei nomine feliciter  
 Amen.

Ex hoc Diplomate innotescit, iudicia, quae vocant criminalia, iam ante Henri  
 cum Aucupem, ab ipsa foundationis origine, fuisse adnumerata iuribus Abbatissae et ec  
 clesiae in coenobium et oppidum Gandersheimense. (m) Origo illa incidit in annum  
 977. Tunc enim Ludouicus rex Orientalis Francia coenobio Gandersheimensi imper  
 titus est imperialem immunitatem in cunctis possessionibus, tum acquisitis donatisque, tum  
 acquirendis. Addidit Rex optimus, gener Ludolfi Ducis Saxoniae orientalis, insigne  
 priuilegium, videlicet vt nullus princeps seu Comes, vel alius quilibet exactor, IVDICIA  
 RIAM POTESTATEM vel freda exigenda, seu mansiones vel paratas faciendas in eodem  
 monasterio Gandersheimensi, nisi ex consensu et petitione eiusdem monasterii Abbatissae habe  
 re praesumat: et homines illius Abbatissae suae liberi sint siue serui, nulla iudiciaria coercean  
 tur potestate; sed in praesentia eiusdem Abbatissae aduocati et eorum rectitudinem adquirent et cae  
 teriorum perficiant. Recito verba ex Diplomate Ludouici, ad quae Otto secundus respi  
 cit, et quae Diplomate suo confirmat et illustrat. Per paratas intellige expensas, quae  
 dari solebant pro susceptione hospitem a rege vel Imperatore amandatorum et in pro  
 uincias missorum. (†) Fredum vel freda est exactio, quae fisco quotannis inferenda erat.  
 (n)

ecclesiae ab Imperatoris munificentia Halberstadensi Ecclesiae impetrauit - Conf. Vitam Adelgeri Epi  
 scopi ibidem p. 120. et FRESNIUM in voce Bannus. Diploma, quod supra exhibeo, iam legitur  
 apud HENRICVM BODONEM in Syntagmate p. 715. To. III. Leibn. et IOANNEM GEORGIVM  
 LEVCKFELDIUM in Antiq. Gandersheim. c. XIV. p. 107. sq. praeterea To II. Leibn. p. 376. et in  
 LYNIGII Reichs-Archiv Spi. illegii Ecclesiastici P. III. von Abtissinnen num. XV. p. 26.

(m) Falluntur, qui in ea sunt persuasione, nullum de ordine Abbatum et Abbatissarum ante Brunonem,  
 Ottonis I, fratrem iurisdictione territoriali usum esse. Licet enim Brunonis auctoritas et iurdictio  
 forensis esset longe amplissima, qualem quantamque ante eum nemo Episcoporum tenuerat; tamen  
 Abbatissae Gandersheimenses iam ante Brunonem praemunitae erant iurisdictione forensi, vt ex Ot  
 tonis, Ludouici regis Francia Orientalis, et aliis Diplomatum, quae Gerenrodac aliisque coenobiis  
 data sunt quondam, iubare meridiano clarius elucet.

(†) CAROLVS du FRESNE Glossar. lat. To. III. p. 1172.

Franconico et Moenium indolent  
 eum antiquarum. Clarissime orat  
 d Ioannes Schulerus inferuit To  
 cum Labbaem To. II. illu  
 do ad Martii campum, nam  
 ma To. II. Duchesni p. 1111  
 conueniebatur populus ter in ann  
 ginationes vocis. Germani de riuo  
 m. c. 22. Ex ca ratione FRANCICUM  
 m enim est Mal. Gaf. ad. de Genu  
 Cibos eorum erat minus expulsi  
 et laude dignissimum. Satis ab ab  
 r aberant. Recens fera, poma ap  
 latus testis ZACHTUM l. c. c. 22. et  
 uari solium memoret PLINIUS  
 eruis carne confocuerunt vesci.  
 telligamus pernas, silicis et aiali  
 m non irritabant, murimenta loq  
 ti egregie ostendit HERMAN  
 uasi casu p. m. 19. Rettat igni  
 tris. zu arey mablen. comit  
 e consuetudinis exemplum, in an  
 in iudicis tribus a Gaud. ribent  
 poeae consilium in praesentia  
 In crastinum vero mallestru  
 , iulet rem adduci. Coef. HEN

ica, secunda a regali seu Imperator  
 NICON HALBERSTADENSIS p. 1  
 eratore Ottone conce. iuris et iur  
 gis ecclesiae communi. Insuper  
 mouentis, at REGIO BANNI, in  
 super milites liberi et serui eius





mites nonnulli Woldenburgenfes, (\*) Woltingerodani, HENRICVS Palatinus Comes, Hen-

eris. Hermannus curam Reinebufani Monafterii gessit, sed in Bauariam profectus non rediit. Duo et filii, Henricus et Hermannus, successere: prior immatura et misera morte defunctus, apud nos, inquit auctor Reinhardus, sepultus est: alter, ut notum, occisus parum prodesse loco potuit. Haec Abbas iste paucissimis de Hermanno Comite de Winzenburch, viro potente et in historia nostra noto. Is quum Conrado et Gibellinae familiae adhaereret, a Lothario Saxone Augusto obsessus et captus est. Sed mox, Conrado regnante, potentiam recepit auxitque. Ipse iam Herimannus senior, credo, quod prouinciam integram regeret, COMES PATRIAE dictus est in monumentis, qualem postea Landgrauum dixere. Iunior quum militaris viri uxorem violasset, ab hoc in lecto suo cum uxore grauida occisus fertur. Hildesensis Episcopus Bernardus castrum eius sibi vindicauit, quod nunc quoque successores tenent. - - Vdo autem fortasse ius suum hereditarium omne in Ecclesiam Hildeshemensem transferens, successoris praetextum dedit, ut Mathildis, quae Vdonis soror fuerat, portionem hereditariam, occiso eius nepote, tanquam viuo adhuc Vdoni, et ex ejus persona Ecclesiae vindicaret.

(\*) De his nonnulla sunt monenda. Genealogiam Comitum Woldenbergenfium tentarunt HENRICVS MEIBOMIUS in Chron. Riddagsb. p. 358. 369. et CONRADVS BERTHOLDVS BEHRENS in Historia Praepositorum Hildesh. p. 30. nec non AVCTOR Chronici montis Francorum Goslariae p. 33. Comites hi feudis Gandersheimensibus gauisi sunt, Gerhardus Comes de Woldenberg hoc pacto tenebat dimidiam de iunam in Bilderla et horreum in coemeterio, vti in Vicis Abbatissarum ad a. 1383. docebitur. Idem in feudum dabat Iohanni de Iertze. Canonico Gandersheimensi a. 1352. dimidium praedium in Rüden, quo antea Didericus de Stasvorde vsus erat. Comites Woldenbergenfes possederunt feuda Gandersheimensia in Olexen, Herenhufen, Hebenhufen, Elvelingerode, Henricus de Woldenberge a. 1303. tenuit decimam in Bilderbeck. Anno 1236. subscripserunt Hermannus et Henricus fratres Comites de Woldenberg. Henricus idem inter testes occurrit a. 1223. apud LEVCKFELDIUM in Antiqq. Blanckenburg. p. 98. Anno 1299. memorantur tres Canonicae Quedlinburgenfes Sophia, Cunegundis et Hefeke de Waldenborch, apud KETTNERVM in Antiqq. Quedlinburg. p. 324. Omnino fictus est.

Ernestus Comes a Woldenberg ad a. 938. apud GOLDASTVM T. I. Conflit. Imperial. p. 213 Nunc certiora. Anno 1249. Borchardus et Henricus Comites de Woldenberge donant ecclesiae Gandersheimensi sesquimanfum in Hachemhufen.

Venerabili Domine sue B. Gandersheimensie ecclesie Abbatisse. Borchardus et Henricus fratres et comites in Woldenbere paratum debite fidelitatis obsequium, Manfum et dimidium in Hache-  
mehufen, quem tenuit a nobis Iohannes de curia. resignatum ab ipso liberaliter, recepimus, et vo-  
bis plane et voluntarie resignamus, presentem litteram in resignationis nostre testimonium euidentem  
condonantes, ita tamen vt dicta bona pro memoria patris nostri Comitis Hermanni. ordinate in ec-  
clesia vestra fraternitati, de nostra gratia conferantur. Testes huius Sifridus Comes de Blankenbore.  
et idem Iohannes, et frater eius Henricus de curia et quidam alii. Actum anno gratie millesimo du-  
centesimo quadragesimo nono.

Patrem Burchardi et Henrici ignorauit AVCTOR Chronici montis Fran-  
corum in schemate stemmatis illustrium Comitum Woldenbergenfium, Ad-  
pellatur autem illeheic Hermannus. En veram delineationem:

HERMANNVS

Burchardus 1249. 1256.						Henricus 1249. 1256.			
Burchardus 1270. 1274.	Hermannus 1270. 1270.	Walthe- rus 1267.	Henricus praeful Hil- des † 319.	Sophia, Cune- gundis, Hefeke Cano- nicae Qued- linburg.	MATHILDIS Abbatissa Gandersh.	Herman- nus Vxor Hedwigis 1267.	Henri- cus 1267.	Ot- to	
Ludolfus 1273.	Otto Hildes. 1305.	Conra- rus 1267.	Hoi- er 1331.	Iohan- nes 1270.	Her- man- nus 1270.	Hen- ricus	Bur- chardus	Ludol- fus Can. Hild.	Beata So- phia Gefa- Canonicae Gandes.
Ludolfus 1331.									
		Herman- nus 1305.	Wille- brandus 1305.	Iohan- nes 1327.	Hoi- er 1327.	Iutta 1305.			
Conradus 1326.	Iohan- nes 1326.	Ludol- fus 1326.	Henri- cus 1326.	Conradus Can. Hild. 1331. † 2. Kal. Maii.	Burchardus	Yda, Hedwigis			
Herman- nus Can. Halberst. 1326.	Iohan- nes 1326.	Hoi- er 1326.	Bur- chardus 1346.	Henricus 1331. Otto 1344. vltimus	Gerhar- dus † ob adulter- ium 1326.	Wilbran- dus 1331. † 2. Non. Maii.	Hedwi- gis Can- non. Qued- linb. 1326.	Iutta Canonica Gan- dersh. 1326.	Mathil- dis vx. Herman- ni de Steinberg 1326.



Hermannus Imperator, Wickers Do-  
nus predictus litteris inspecturis salu-  
tis ad rem non sufficit, necesse  
est scriptis attestatis atque testibus robo-  
ratis ut *HOTEPH Comes de Walden-*  
*berg* et in *parva Locutione*, honorabili  
sue iam proprietate, de consensu Pre-  
sidentis bona prope *Langensene* sita,  
curia *Terrae et Erdenae* sibi *Canonicis*  
reuerentibus, immo propiciis nobis et Ec-  
clesiae et reuerentibus, vna et vna sunt, H.  
Rudolfus *Pontificatus*, *Locutionis* Vice-  
regis, Comes *Hesperus* vna *Acta*, *Weg-*  
*mus de Borschholz*, *Locutionis* *Locutionis*,  
vna et immobilia perferret, hanc pro-  
pus et Capitulum perorari, *notitia* *Ep-*  
*domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LIII<sup>o</sup> in die* *Bea*

progeniturum et cogitatum, quale  
velim mutuum. Oculi scilicet super  
semetipsum, quem condolebant  
Heineccius, quem Hermannus lo-  
et cunctis sectariis. In Antiquitate  
Episcopi *opi Halberstadenfi*, qui his  
Waldenbergensium rogum piti  
spectant verba: *Quidam* *Com-*  
*seculi* *pater* *sancti*, et *Silvianus*  
et *sancti* *Mariae* *sanctissimus*  
li *Domino* *Hexilone* *Episcopus*  
e *parentibus* *tam* *pater* *quo* *in*  
*no*, *vero* *commemorabilis* *in*  
*eorum*, *consensu* *et* *apostolice*  
*sancti*, *ita* *videlicet*, *et* *quoniam*  
*inter* *ad* *eandem* *Rudolfus* *in*  
*confirmat* *Adelbrogus* *Episcopus* *vna*  
*hanc* *donationem* *tempore* *seu* *no-*  
*am* *advocati*. *Advocatus* *hic* *vna*  
*et*, *Diploma* *Adelbrogus* *pro* *pro* *re-*  
*no* *simul* *reco* *reco*, *Hermannus*  
*Hermannus* *circum* *circum* *circum* *circum*  
*Friderici* *II.* *diploma* *est* *ob* *ob*  
*da*, *1218*, *apud* *REHMEIERUM* *in*  
*lem* *secundum* *ad* *a.* *1239*, *p.* *472*, *et* *ad*  
*occurrere* *in* *Diploma* *Episcopi* *St-*  
*ad* *a.* *1300*, *de* *de* *de* *de* *de* *de* *de*  
*positum* *ecclesiae* *cathedralis*, *et* *G-*  
*tribus* *sanctis* *notis* *eximius* *D.* *Con-*  
*tecanorum* *et* *Scholasticorum* *Hil-*  
*legere*, *est* *operis* *pre* *pre* *pre* *pre*

erge confirmant Clu-  
ae:  
bus hanc paginam inspecturis in  
rorum quam praesentium notitia  
unia ipsius comparata a domino  
um etiam mansum in Adest, et  
contulit, ab omni nostro perenni-  
postquam irritare, sigilli nostri

sculum antiveriorum institutio-  
sub. p. 764. Ex eisdem *actibus*, *con-*  
*edralis* *Hildesheimensis* *de* *est* *de*  
*subdiaconum* *ob* *ob* *ob* *ob* *ob* *ob* *ob*  
*Non* *hic*

Gandersheim delata fuit iurisdicctio suprema et defensio armata peculii

Permutatio bonorum a. 1270. instituta:

**H**ENRICVS Comes de Woldenberg, suiq; filii Comites HERMANNVS et Henricus omnibus<sup>66</sup> hanc litteram inspecturis salutem cum sincero affectu. Testimonio presentium innotescat vni-<sup>66</sup> uersis tam presentibus quam futuris, quod Venerabilis nostra domina MARGARETA Gandersfemen-<sup>66</sup> sis Abbatissa de voluntate et consensu sui conuentus ex procuracione et peroratione nostra quorun-<sup>66</sup> dam bonorum commutationem fecit talem, proprietatem enim decime et vnus mansi et molendi-<sup>66</sup> num in Weuerlinge claustro Sanctimonialium in Rennelberge apud Bruneswig cum omnibus eo-<sup>66</sup> rum attinentiis contulit perpetuo possidendam. Nam et prefate moniales ipsi nostre domine Abba-<sup>66</sup> tisse confraternitatem et suorum benefactorum omnium participationem contulerunt. Nos vero de<sup>66</sup> consensu heredum nostrorum prefate Gandersfemensis ecclesie tres - - - Glaslaude, tres mansos in<sup>66</sup> maiori Ruden, tres mansos in maiori Elwethe, quatuor mansos in Bornem et quinque mansos et di-<sup>66</sup> midium in minori Ruden, proprietatis, versa vice contulimus in restaurum. Huius rei testes sunt:<sup>66</sup> Comes Borchardus de Woldenberg et sui filii Borchardus et Hermannus, Luppoldus de Lutere et<sup>66</sup> Andreas filius suus, Conradus de Eluethe et Henricus de Herre, castellani in Woldenberg, Thideri-<sup>66</sup> cus Plebanus sancti Georii, Iohannes de Wunstorp, Henricus de Witesbusen, Henricus et Volwinus<sup>66</sup> fratres de Paderborn, Ganders. canonici, Waltherus, \* Henricus camerarius, et Gerardus de curia<sup>66</sup> milites et plures alii. Quod vt firmum et stabile perseueret, presentem litteram Sigillo nostro fe-<sup>66</sup> cimus roborari. Datum Woldenberg Anno domini M<sup>o</sup>, CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. quinto Ydus Febr. <sup>66</sup>

\* Hic ea aetate fuit aduocatus Gandersheimii, curans et expediens iura et iudicia vrbis ac tractuum adiacentium. Fuit Comes, quantum ad natales adinet. Ipse numos curauit ferendos nomine Abbatissae, in quibus Waltheri nomen est expressum, et aquila vniceps, signum immunitatis Imperialis. Biceps enim aquila a Caesaribus eo aetate nondum adhibebatur, vt quidem inspec- tio sigillorum et insignium, et nuperrime Ioannes Petrus de Ludewig atque Gottlieb Samuel Treuer, historicorum principes, ad viuum rescuerunt.

Hoyerus permutat anno 1270. cum Abbatissa possessiones nonnullas:

**H**OYERVS Comes de Waldenberge vniuersis presentem cartulam auditoris salutem in Domino<sup>66</sup> sempiternam. Que geruntur a viris prudentibus ne vllam processu temporis recipere valeat<sup>66</sup> calumpniam, scriptis solent autenticis atque testibus roborari. Nouerint igitur vniuersi tam presen-<sup>66</sup> tes quam posteri nos ex consensu fratris nostri Comitis HERMANNI iunioris et heredum nostrorum<sup>66</sup> sex mansos sitos in Bettingerode, quos Iordanus et vxor sua de villa eadem a nobis tenent in pheo-<sup>66</sup> do, insuper et duarum loca siluarum in paruo et in magno Lochten sita, quorum vnum Henricus<sup>66</sup> liber apud ecclesiam, alium vero filius Dni Henrici gograuii a nobis quoque tenent iure pheodali<sup>66</sup> Venerabili Domine Margarete Gandersfemensis Abbatissae ac Ecclesie sue iure proprietario cum omni-<sup>66</sup> bus eorundem bonorum attinentiis contulisse, vt videlicet prefata Gandersfemensis ecclesia pro bo-<sup>66</sup> nis suis prope Langensene sitis Halberstadenfi ecclesie collatis bona nostra supra dicta recipiat in<sup>66</sup> restaurum, vt, quia a nobis vt a nostris successoribus hec nostra donacio non valeat aliquatenus in<sup>66</sup> posterum infirmari, presentem paginam super eo confectam appensione sigillorum nostrorum feci-<sup>66</sup> mus communiti. Huius rei testes sunt Iohannes de Sudenborg, Bodingerus de Lochten, Conradus<sup>66</sup> de Vimbetfen milites. Henricus Camararius memorate domine, Waltherus, Alberus de Werninge-<sup>66</sup> rode, Gerhardus de Curia, milites in Gandersfem et alii quam plures. Actum et datum Hartes-<sup>66</sup> borg Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. in die - - -

Henricus et Hermannus fratruales Comites Woldenbergenses quatuor mansos in Scheninge sitos Abbatissae Gandersheimensi addicunt loco duorum mansorum in Hagehem:

**H**enricus et Hermannus fratruales Dei gratia Comites de Woldenberch, omnibus Christi fide-<sup>66</sup> bus, ad quos peruenit presens scriptum, quequid dilectionis potuerint et honoris. Scire cu-<sup>66</sup> pimus vniuersos presentium inspectores, quod nos proprietatem quatuor mansorum in Tsheninge,<sup>66</sup> quos olim Bertoldus de Hoyerfen ciuis in Hildensem a nobis in Pheodo tenebat, Gandersfemsi ec-<sup>66</sup> clesie perpetuo retinendam libera contulimus voluntate pro restauo duorum mansorum in Hagehem,<sup>66</sup> quos ecclesie sanctimonialium in Derneburgh vendidimus in perpetuum possidendos, et eosdem<sup>66</sup> iam dicte ecclesie Gandersfemensis resignauimus pari voto, renunciantes omni iuri, quod in ipsis man-<sup>66</sup> sis primitus habebamus. Huius rei testes sunt, Mechtildis Gandersfemensis preposita, Luckardis De-<sup>66</sup> cana, Alheidis custos, Elisabet de Halrimund, Mechtildis et Greta de Billein, Mechtildis et Sophia de<sup>66</sup> Eversteine, cum ceteris in Gandersfem Dominabus, Bruningus aduocatus, Iohannes de Lengeche,<sup>66</sup> Arnoldus de Wulfenche, Manegoldus et Albertus de Brucken, et plures alii. Vt autem ea perpetuam<sup>66</sup> tuam optineant firmitatem, nos presentem litteram sigillorum nostrorum appendio fecimus commu-<sup>66</sup> niri. Datum Gandersfem anno Domini M<sup>o</sup>, CC<sup>o</sup>, LXX<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>. non. Novemb.<sup>66</sup>

Anno 1280. Hermannus permutat nonnulla bona cum Abbatissa:

**N**Os Hermannus Comes de Woldenberge ad perpetuam rei memoriam notum facimus vniuersis,<sup>66</sup> quod requisito et habito consensu Henrici fratris nostri, cleri. i canonici Hildensemensis et Mech-<sup>66</sup> tildis sororis nostre Canonice Gandersfemensis ecclesie in commutatione XXVI. mansorum sitorum in<sup>66</sup> villa Hysesbusen, dicte ecclesie in Gandershem donauimus proprietatem bonorum nostrorum subscri-<sup>66</sup>

H h h h

pto-



NSERVATORIBVS  
bus, et testimo

sed ipso quoque Hermannii Wincenburgenſis ſigillo liquet, Tab. I. fig. 2.

(P)

Anno 1360. Lutgarda Abbatiffa infeudat Gerhardum:

**V**An der Gnade Goddes we *LVTGHERT* Abdeſſche des wertlichen Stichtes to Ganderſem beken-  
net in diſſem openen breue, dat we hebben beleggen und belyghet in diſſem breue den ede-  
len Herren Greve *GHERDE van Woldenberge* mit ſodanem ghude, alſe he van vſem ſtichte heben  
ſchal und alſe he van vſen Voruahen ghehat heft. Vn willen en darmede belenen, alſe vſe won-  
heyt is, wen he to os kumpt, wene dat van os eſſchet. Diſſem to enem orkunde ſo hebbe we em  
deſſen bref ghegheuen beſeghelet mit vſem ingeſeghele. *VV*elches iſt gheſchehen na der Bort vſes  
Heirn Goddes dritteyn hundert iar in dem feſtegheften iare des medeweckens vor Pinckteſten.

In bello, quod diſtraxerat Albertum ac Ottonem Duces Brunſuicenſes a Gerhar-  
do, Epifcopo Hilde-  
ſienſi, milites praefidarii *VV*oldenbergens ceperunt viros e Brunſuicenfibus copiis quadraginta, et  
haec ratione effecerunt, vt oppidum Alfeldae redderetur Epifcopo. *CHRONICON MONTIS FRAN-*  
*CORVM* p. 86. Vnde patet, caſtrum *VV*oldenbergicum et natura et arte olim fuiſſe munitiffimum.

Memoria Iohannis Comitis de Woldenberge 1352.

**E**R *Diderik van Stasvoorde* knecht to witlik alle den, de diſſen bref ſeen eder horen, dat ek mid-  
willen vñ wulbord miner eruen hebbe ghelaten *Bern Iane van Iertze mineme Ome canonike to*  
*Ganderſem* vnde deme Capittle und der ſammighe, den Vruwen vnd den Herren des Stichtes to  
*Ganderſem min ghet half to Ruden* mid alle deme, dat dar to hord an dorpe, an velde, an holte,  
an weyde, an graſe vñ wor dat is. *vor feſteyn marck*, de ek *Hern Iane* ſeuldich was, vnde *vor teyn*  
*mark*, de he mi nu deyt, dat ſint to ſamene ſeſſe vnde twintich mark, wat van diſſeme gode val-  
len mach, dat ſcullet ſe *Her Ian van Iertze* vnde de Vruwen vnde de Herren des Stichtes to *Gan-*  
*derſem* half nemen, wat dat is, korn eder tins, dar ſal ek ſe to vordern vnde nicht hindern vnde  
mine eruen. Dit ſcal aldus ſtan, de wile dat *Her Ian van Iertze* leuet, wanne ſin to kort wert, dat  
he ſterft, ſo ſcullet de feſteyn mark aſgan vnde teyn mark ſcullet de Vruwen vnde de Herren des  
Stichtes to *Ganderſem* an der helfte des godes beholden. dewile dat ek eder mine eruen den vore-  
benomden Vruwen vnde Herren de teyn mark nicht weder enghenue, ſcullet ſe half nemen, wat van  
deme gode vallen magh. vwanne ek aver eder mine eruen on deyn mark lodighes ſuluers ganders-  
melcher wichte vnde witte gheuet, dat moghe we don alle iar vnde to allen tiden, ſo is dat ghot min-  
eder minen eruen weder ledich vñ los. Ok ſcal ek *Hern Iane* vnde den Vruwen, vnde den Herren  
to *Gandersheim* veruen breue *van mineme Herren Greuen IANE van Woldenberge*, de diſſes godes  
*eyn Anberre is*, dat he enen diſſe pennighe an deme gode bekennen ſcal, alſe hir vor ghescreuen is.  
Alle diſſe vore ghescreuen dingh hebbe ek en ghelouet vnde loue vormi vnde vor mine eruen  
an truwen, ſtede, vnde vaſt to holdende. Tho cynere wiſſenheyt des hebbe ek en diſſen bref ghe-  
gheuen beſeghelet mid mineme ingheſeghele, vnde is gheſchen na godes bort *dritteynhundert iar*  
in deme *twey vnde veſtigheften iare* to paſchen.

Iutta Abbatiffa tribus Comitibus beneficia ſeu feuda confert:

**W**e *IVTTE* van der Gnade Goddes Ebbediſche to *Ganderſum* bekennet in diſſeme openen Bre-  
ue alleden, de ene horet eder ſeet, dat *Greve HENRIK van Reghenſtene*, de nu *Greve HEN-*  
*RIK is*, quam to os to *Ganderſum* vñ *Greve LVDELEF*, *Greve IOHAN* vñ *Greve BORGHARD*  
van *VVoldenberge* mit eme, des let os vp *Greve Henrik van Reghenſtene* redeliken vad veychli-  
kan alſo dan ghud, alſe he van os hadde, dat des van *VVoldenberge* o-dighes gheweft hadde vnd  
wat eme an ghevalen mochte van ſines broder weghene, des ſulven ghudes vnd bat os, dat we be-  
lenen wolden mit deme ſulven ghude *Greven Ludelſe*, *Greven Iohan*, vñ *Greven Borgharde van Wol-*  
*denberge*. Dat hebbe vve en gelenet redeliken vñ veychliken, alſeme len pleych to lenede, vñ  
dat hebbe vve ghedan dor bede vullen *Greven Henrikes van Reghenſtene* vñ kenne en des in diſ-  
ſeme Breue vñ villen en des bekennen to hofe vn to daghe, vvur den van *VVoldenberge* des not-  
is to eneme orkunde alle diſſer vorbeſcrevenen dinghe hebbe vve *Iurte Ebbediſche* to *Ganderſum*  
den van *VVoldenberge* diſſen Brev ghegheuen, beſeghelet mit vſeme ingheſeghele. *Comites Re-*  
*genſteinenſes* ex feudo *Gandefiano* tenerant *molendinum in Bilderta* et *manſum dimidium*, quo  
*Conradum* de *Gandersheim* ſubinfeudauerant. *Gerhardus Comes VVoldenbergens* tenerat ex be-  
neficio eccleſiae noſtrae *decimae Bilderlagens* *dimidium*, et *horreum in coemiterio ſhidem*. *Vtrumque*  
patebit ex documentis, ad annos 1383, et 1441. in *Vitis Abbatiffarum* infra producentis.

Gerhardus Comes Woldenbergens a. 1352. feudum confert in Iohan-  
nem de Ierze Canonicum Gandershemensem:

**V**An der gnade godes we greue *GHERT* van *Woldenberge* dot witlik alle den de diſſen bref ſeen  
oder horen, Dat we dor bede vvillen *Diderikes van Stasvoorde* vnde ſiner eruen bebbet be-  
kant vnd bekennet *Hern Iane van Iertze Canonike to Ganderſem* der helfte des godes to *Ruden* dat  
*Diderik van Stasvoorde van os to Iene* heft, dat is de cappel hofs vñ vvat dar to hort an dorpe vnde  
an velde, aldusdane vvis dat defulue *Her Ian van Iertze* ſcal hirvan nemen alle iar, vvat van deme  
gode vallen mach, vñ van deme, dat darto hord, devvile dat he leuet, vvane he auer tot is, ſo be-  
kenne vve deme Capittle den Vruwen vnde den Herren des Stichtes to *Ganderſem* an deme  
ſulven gode teyn lodigher mark, dar mach *Diderich van Stasvoorde* eder ſine eruen dat ghot vore-  
entvveren alle iar vñ to allen tiden, vwanne de teyn mark deme Capittle denne bered ſint, ſo is  
dat ghot *Diderikes* vnd ſiner eruen vveder ledich vnd los. Duffer dingh vvil vve en bekennich  
vvelen, vvur en des not is. tho cyneme orkunde des hebbe vve en diſſen bref ghegheuen beſe  
gheletund vſeme ingheſeghele vnde is gheſchen na godes bord *duſent iar drebundert iar* in deme  
*twey vnd veſtigheften iare* to paſchen.

*CHRONICON STEDERBURGENSE* annum habet, quo Comitatus *Woldenbergens* cecidit in manus  
Epifcopi *Hildeſienſis*. Id enim ad a. 1275, p. 868. To. I. *Leibn. Eodem anno orta eſt iuxta Ducem*  
Hh hh 2

re Vll maior dms curias, vnum m  
enber, de qua nuncum denariorum lo  
lis tenentare hndi, In Bederkeſſen III  
a notis in ſolo diocelitur poſſidet  
Woldenberg III milia cum vna curia  
pſentis, de quibus Iohannes de Bern  
malis et XIII. ubi, be: 4 bona le  
gna, luy pſentum bonorum in Hyſſe  
calidit receptum iure feudali. Ad que  
ſta a quoſum poſit calumpnia ſub  
ſigillo ſimo roborat. Item anno domi  
curati pſentis reſeruum ſuorum, quom  
nuncum cum boaiſis et ſis, ſpſum po  
ſentum.  
miles *Woldenbergens* a. 137. reſerua  
Iertze, de conſentio ſentis Iohannes Ce  
rhardi, heredan *Henric* et *Lutgarda*  
e complectentur pagum *Iertze* et in  
Fidem pro tuncu reſeruaſione dedit  
victori *CHRONICI MONTIS FRAN-*  
*ſenſi*, eodem tempore, *Henric* vide  
eſſes ſunt inter alios *Iohannes* et *Lu-*  
*ſpectante Henrico Hilttemeſtero*, in  
ſeta *ſchulano* tum temporis ab *the-*  
*CHRONICON* idem p. 63. 64. 65.  
Comites *Woldenbergens* *Gau-*  
*ſique manſorum* in campis *lennu-*  
*ndro* et conuentu *Francoburgi-*  
*NICON* idem p. 65. *Quarta* in  
*Ludolfus* a. 1318. teſtes *al-*  
*ti Eimbeſenſis*, qua reſeruaſione  
uerant. *CHRONICON* idem p. 65.  
*Woldenbergens* *Francoburgi-*  
que *Berthardus* et *Fridus* in  
*NICON* idem p. 69.  
*Woldenbergens* *dimidium* *decima* *lennu-*  
*noſtro* *Francoburgi* *vulde*, et  
*angeu* *examinari* *poterunt* *reſer-*  
*2 pſentum* *Iohannis* *Woldenbergi* *ho-*  
*6. CHRONICON* idem p. 71. *Anto-*  
*Ono* *practi* et *Cajulo* *Hilt-*  
*nyum* *ſuorum*, quos *noſtes* *kn-*  
*eamdem* *poſſeſſionem* *anno* *1318*, *in*  
*tempore* *ſere* *ſu* *ipſum* *paraverat*. *In*  
*Comites* *pſentis* *Bodenſe* *bo-*  
*reſeruaſione*. *CHRONICON* idem  
*ationem* *annuum* *aliquot* *argenti*  
*chardum* et *Gerhardum* *Comites*  
*Homburgens* in *traeu* et *cultu*  
*ndia* *belli* *inter* *Henricum* et *Er-*  
*continuat* *ad* *annum* *vsque* *1441*.  
*Woldenbergi*, *caſtrum* *Woldenbergi*

iduae Sophiae inſigne

en Schotes to Ganderſe bekenet  
ren *GHERHARDS* von *VVolden-*  
*PHIEN* von *VVoldenberge* *lennu-*  
e mit deme dorpe to deme *lennu-*  
de mit alleme rechte, dat dar to  
gelles is, unde wilt ſe *darmel-*  
ſe des an os ſinnet, to eneme *lennu-*  
ſen breue, un is ghegheuen to *pa-*  
beſteſte iare in ſante *Gregoria* *ap-*

Ann

(p) quod aduocatum armatum stricto gladio instructum, et instar eius, qui iudicium capitale et defensionem armatam exercet, sedentem repraesentat. Pertaesum est tandem aduocatorum extraneorum ob rationes non vnas. Episcopi et coenobia, quae laborabant hereditariis vel onerosis aduocatiis, pecuniis interpositis sese redimere adnitebantur eumque in finem priuilegia comparabant Imperatoria. (q) Aduocata armata Gandersheimensis fuit nec hereditaria, nec anniuersariis

et Marchiones, et seruiimus Domino Duci cum tribus curribus sumtuose. Eodem anno comparuit Dominus Episcopus Hildesheimensis castrum Woldenberg, ad cuius solutionem in omnia claustra nostrae dioeceseos fecit exactionem, nobis vero ex praecepto Ducis cum aliis quibusdam coenobiis non licebat ad hanc emtionem eidem in aliquo subuenire; unde post multas aduersitates et minas per sententiam a Domino Episcopo contra nos latam oportebat per decem septimanas excommunicationi subiicere; cuius indignationem non sine sumtu et dispendio poteramus pertransire. Dedimus etiam eodem anno Episcopo quatuor marcas puri argenti pro gratia sua acquirenda, et postea quatuor, quando comeciam comparauit Episcopus ille fuit Otto. Conf. CHRONICON HILDESHEMENSE p. 754. To. I. Leibn, Adferuntur haec quaedam, quibus Diplomata et iura Gandersheimensia penitus aduerfantur.

(p) Huc spectat sigillum Hermanni Tab. I. fig. 2.

(q) Exempli loco adferemus Friderici II, Diploma pro Episcopo Hildesimensi:

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator et semper Augustus dilectis fidelibus suis venerabili Decano totique conuentui Hildesheimensis ecclesie gratiam et omne bonum, Veniens ad curiam nostram fidelis noster Erpo confrater vester ex parte vestra et ecclesie vestre nobis insinuauit, quod aduocati magnam in bonis vestris exercere violentiam et frequentibus rapinis ecclesiam vestram assiligere non cessant. Verum quia saluti vestre de iure consulere tenemur, auctoritate Dei et nostra hanc gratiam indulgemus, vt scilicet quomodo per pecuniam vestram aduocatos ab aduocatiis remouere, preterire, et bona vestra ab eorum exactionibus iniustis liberare, liberam nobis inde potestatem concedimus et donamus et hoc ratum et firmum habentes inuolabiliter vobis et ecclesie Hildesheimensi curabimus obseruare. Datum Herbipoli in solempni curia decimo septimo Kal. Februarii.

Aduocata alia fuit vniuersalis, alia particularis. Illa complectitur defensionem omnium bonorum Praelaturae et banni ipsius executionem; Haec spectat duntaxat ad nonnulla Praelaturae bona eorumque vindicias et patrocinium. Prior non fuit olim hereditaria ante saeculum XIV. haec loci. Posteriorem vero nonnunquam subisse hereditatem et in commercio fuisse, adeo non abnuo, vt supra id exemplis Comitum Northemensium et VVoldenbergensium ipse ostenderim. Nisi haec sedulo attendantur, contradictione me adligasse memet, censores existimabunt. Obiter adnoto consuetudinem antiquissimam, qua receptum est, vt singulis annis circa tempus Pentecostale iudicium aduocatae (vogeding) praefectus Gandersheimensis in curia, adsidente senatu oppidano, exerceat. Subest memoria antiquitatis. Nam aduocatus Abbatissae, alibi autem aduocati a Caesare infeudati, olim id officii expediuit. Adfessores aduocatorum nostrorum erant olim ministeriales, Marefcalcus, Camerarius, Dapifer seu archimagirus et magister coquinae, Truchsas, Pincerna seu Pocillator, Droste, Erz-seu Erbschencke. Id patet ex Diplomate Friderici II. a. 1216. dato, quod exhibetur in HVNDII Metrop. Salsburg. To. II. f. 591. sq. et in gründlichen Historischen Berichte von den alten Reichs-Vogteyen, bey den Erb-Frey-und Reichs-Stätten, wie auch bey den hohen und andern Stifften und Clöstern 1655. 4. Vlmae. p. 43. Bannus vero vrbalis effectui dabatur in castro, quod burgum vocabant; iurisdictionem de furto et fraude in agris hortisque et pratis commissa, et de aliis, quae multa lui poterant, aduocatus in curiis vel sub dio locis praedefinitis exsequi solebat. Aduocati Imperatoris exactiones etiam curabant, vt per regale bannum in vsum Caesaris debitas de praediis, de moneta et de telonio aliisque rebus pecunias exigerent fiscoque regio inferrent. LEHMANNVS in Chronico Spirensi L. IV. c. 7. f. 296. col. 1. Aduocatae hereditariae esse consueuerant et onerosae, si quem Caesar aduocatum Episcopi, Abbatissae vel Abbatissae per feudum constituerat. Ab hisce exeunte saeculo XII. et sequenti XIII. Praelati sese redimere elaborabant. Historischer Bericht von den alten Reichs-Vogteyen p. 76. sq. Singulare igitur priuilegium coenobii Gandersheimensis est, quod a sumtibus Imperio soluendis immune, et ante omnes reliquos Episcopos et Abbates ius aduocatae obtinuerit, pro arbitratu Abbatissae modo in hunc, modo in illum, conferendae, includentis etiam bannum sanguinis seu iurisdictionem capitalem.

Comites Woldenbergicos etiam in bona Episcopi Hildesimensis nonnulla administrasse aduocata, quae concedente Friderico II. interposito pretio sublata fuerit, docemur hoc ipso Diplomate:

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Hierusalem et Sicilie rex. Preposito, Decano, totique Capitulo maioris Hildesheim ecclesie fidelibus suis gratiam suam et omne bonum, Constitutus in presentia maiestatis nostrae C. Venerabilis Hildesheimensis Episcopus dilectus princeps noster nostrae celsitudini supplicauit, quamuis emptionem factam a vobis ad opus ecclesie vestre iusto titulo quarundam aduocatarum ab Hermanno et Henrico fratribus de Woldeberg et a Ludigero de Indagine et a quibuscunque aliis, qui easdem aduocatas ab eadem vestra ecclesia tenuerunt, vel si quam emptionem in aurea fieri contigerit, ab his, qui similiter aduocatas ipsas ab eadem ecclesia tenent ratam habere de nostra gratia dignamur. Hos autem ipsius dilecti principis nostri, cuius sincera deuotio et grata seruitia nostro culmini grata resident et accepta supplicationibus - - - emptionem ipsam

pre-

riis impensis redimenda: potuitque pro arbitrio Abbatissae adimi vni et in alterum conferri, vel plane vacare. Dilucet id ipsum ex Diplomate Imperatoris, quo Comitatus Woldenbergicus in Episcopos Hildeshemenses translatus est. (r) Nulla inibi habetur mentio aduocatiæ Gandersheimensis. Quum tandem interregnum saeculo XIII. Germaniam adligeret, et per negligentiam Caroli IV. ac Wenceslai omnia in Germanicis prouinciis vi et ferro agerentur; Abbatissae constituerunt *aduocatos*, *Vögte*, in praediis suis ac vrbibus vel eas in feudum ac beneficium eis tradiderunt, qui virtute et potentia eminebant. Gandersheimii autem Abbatissa aluit aduocatum singularem, administrum suum, ex nobili genere plerumque procreatum, qui ius supremum diceret et

predictarum aduocatiarum, sicut a prefatis fratribus Hermanno et Hentico, et a Ludigero de Indagine et a quibuscunque aliis, qui ipsas a prenomina Ecclesia tenuerint, iuste et rationabiliter noscitur esse facta, vel, ut antea fieri contigerit, ab iis, qui aduocatas ipsas a prenomina ecclesia tenent, ratam et firmam habemus, ex nostre gratia maiestatis. Ad has itaque ratihabitionis memoriam presentes literas inde fieri et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Datum Maguncie vicefimo tertio Augusti VIII<sup>a</sup> Indictione., (1220)

Quum vero sublati aduocatiis ingruerent et inualefcerent rapinae, Imperator mandatis et interdictis nouis furorem comescuit.

En exemplum!

tet, cometiam seu aduocatiam Abbatissae semper fuisse in Heverhagen, in pagis ad Küleram siluam alibique :

Dit is dat gut miner vrowen der Ebdischen, vñ eres stichtes, to Gandersem, de thegede to Oldengandersem, vñ vis hove, de ledech sin, dretheyn lathove, de vogethachtich sin, van der hove eyn schap, mit emme iungen, to sante welborge dage, en halfschap to sante Ioannes dage, to middensomer, en swin van emme halven vherdinge, to sante thomas dage, vñ en molder rogken, to Gremeldeffen negen voget hove, de geuet oc den seluen tins, to Ackenhusen achte voget hove, de geuet oc den seluen tins, to denfulven tiden, dat dorp to deme heuerhagen is miner vrowen mit der vogedye, dat sint vive vnde twintich houe vñ en half, io de hove gift ses schillinge Hildesemescher penninge, to Seboldeshusen ver ledege houe vñ dre voget hove, de geuet echt den tins, den de andern vore geuet, to Hachemehusen seuen ledege houe, un en vogethove, de gift oc den seluen tins, to Edelingeroode ver ledege houe, vñ eluen voget houe, de geuet io, de hove en molder rocken, vñ druy voder holtes, de tegede ouer de marke to gandersem, to Wereeningeroode verteyn ledege houe, vñ achte pacht houe, de geuet drittech molder rocken, vñ vestich schock hauern, dit dorp is merre vrowen, ledech vñ los mit der vogedye to Rimmingherode, teyn houe, dit dorp is echt merre vrowen ledech vñ los mit der vogedye, de thegede to bilderbeke, to bentingerode ver vogethoue, de geuet schap vñ swin vñ halue schap vñ rocken, alse de vordern, to richolueshusen ses ledege houe, to Odereshusen ses voget houe, de geuet oc schap, swin, korn, vñ halve schap, to boleshusen seuen ledege hove, vñ seven pacht hove, de geuet nicht wen schap, vñ swin, dit dorp is oc ledech vñ los mit der vogedye, dat dorp to deme bekenbekeshagen, mit deme thegede vñ mit aller nut, dat dorp to ludoluessen mit aller nut, des syn sesteyn hove,“

Aduocatia Heverhagensis ex parte superest in iudicio libero Heverensis: Aduocatia Rimmingerodensis, pagorumque Delmissen, Oydeshusen, Kilmingerode, et Ricleveshusen, restat in iudicio, quod a silua Küler dicitur Kühlergerichte, Aduocatae mansorum et coloniarum, ac villicationum ceterarum peperunt iudicium maius et frequentius, das hohe Salzwiesengerichte. Succurrit alius redituum catalogus anno 1411, scriptus, in quo haec adnotata reperio :

Dit sint de gudere vnsere fruwen der Ebdischen vñ ores Stichtes to Gandersem, denenes denles plichtich synt vñ van anbegynne sint vrig gewest. - - Dat dorp to dem Heverhagen is eyner Ebdischen to Gandersem myt der Vogedie. - - Wressingerode is eyner Ebdischen to Gandersem vñ ores Stichtes myt aller tobehoringhe. To Rickelshusen II, meygerhoue myt II, kothofen vñ is der ebdischen mit der vogedie. Rymmerod is eyner ebdischen to Gandersem myt der vogedige - - Dat dorp Bolsbusen is gantz ener Ebdischen to Gandersem mit der vogedige. To dem Hekenbekeshagen, dat dorp is wöste vñ horet miner gnedigen fruwen van Gandersem. Vor Gandersem lighen X, hofe, de miner gn. fr. vñ oren Stichte horen, dar denst vpedrunghen is.“

Erat situs in conualle haud procul a pago Seboldshausen pagus Heferhagen, qui tamen agros omnes illos nunquam coluit. Dapiferi Gandesienfes, quales erant nobiles de Spaden et de Dorstadt, olim habuerunt ibi agros, ministerio suo adstrictos. Mulcta conventionalis consistit in cereuisia, quam rustici absumere solent in loco, quo olim iudicium fuit exercitum. Tertium iudicium vocatur a monte Kühler, qui Gandesiae ad austrum est proximus. Agri et silua adiecta in eo in disceptationem veniunt. Huc spectant agri, quos olim tenebant ex feudo Abbatissae Gandersemensis pagi Kilmingerode, Ricleveshusen, Rimmingerode, et Thiaedulveshusi, seu Dideldissen seu Deelmiffen. Ricleveshusen positum erat olim in loco, vbi nunc vigent tres tiliae in triangulum consitae, inter urbem Gandersheim et pagum Bentingerode. Inter tres hasce tilias olim iudicium ipsum fuit exercitum. Haud procul est locus, qui dicitur *op dem Backofen*, vbi villicorum

Gandersheimensi. To. II. Leibn. p. 378. THANGMARVS Presbyter in Vita Beruuardi Ep. Hildes, c. 13. p. 446. Territorium Gandesemense situm in pago Flencchi. In hoc tractu Abbatissa olim ministerialibus suis assignauit redditus ex agris annuos. Decima Heferensi fruuntur Decana et Canonicae Gandesemenses ex feudo ab Abbatissa indulto. Magdalena de Columna eam in sororem suam Decanam, cui nomen erat Margaretae, transtulit. Erat in expectatione et spe illius decimae defixus cuius quidam, ex Gertrudis Regensteiniensis Abbatissae elementia. Verum id feudum expectatum haud fuerat secundum feudalem consuetudinem recognitum. Imperator Romanus confirmauit illam Abbatissae collationem decimarum in Canonicas, qua illae in hunc vsque diem vtuntur.

am et Constantium ac Carolum Capite inter Thuringos sint, accusatores quosdam querentes redire iussit ad Abbatissam regerit, eodem anno 11. lal. iudicium de Oldershausen, Henricus de hunc na celebrandum curauit iudicium de arduus de Nordelde in Neuestage in V. P. Knochenhauer in Holl, vñ in eo agratae, fuerunt iudicium tanlos agrorum ad Othelrode. 4) Abbatissae coam laonam olim dicitur est Flencchi pagus de pte porgebaz per eam locum, in pagum Flencchi pagum hupin et vñ



rum quondam furnus fuit. Rimmgerodensem pagum e villis pauculis constantem Martinus Probst, Secretarius finium Ducis Henrici Iulii et Canonicus Ganderfemensis redegit in vnum praedium, et illud ab Abbatisa acquisiuit in feudum emphyteuticum. *Deelmiffen* erat pagus ad Orershufen. Coloni nunc habitant citra amnem *Aue*, vnde olim *Augau* et *Audegan* denominabatur, iuxta pagum Opperhausen. Vbi pagus Kilmingerde fuerit situs, non disputo. Si coniecturas libet sequi, eum in vertice montis Küler, vbi sunt campi sementibus apti, quaerendum esse puto. Posterioribus e duobus iudiciis prouocatio institui potest ad primum illud, (dd) *Salzwiesengerichte*. Agri illi, qui in disceptationem ratione coloniae, hereditatis et translationis ab vno ad alium veniunt, fuerunt olim omnino de allodio et patrimonio ecclesiae maioris Ganderfemensis. Hoc infra e Diplomatis patebit. Licet autem vicissitudo quaedam per vim temporum heic contigerit, nihilominus tamen iudicia illa Abbatisis semper manserunt propria. Quum etiam ineunte saeculo superiori prouocatio a quodam fuisset suscepta ab hisce iudiciis ad forum aliud, lis ipsa Spiraefuit decisa (ee) et iudicium ipsum triplex, tanquam prouocationis vltioris expers, si Caesarem et Imperium excipis, Abbatisae fuit vindicatum. De eisdem conuenit a. 1631. 5. Maii inter Ducem Serenissimum FRIDERICVM VLRICVM et CATHARINAM ELISABETH Abbatisam reuerendissimam, comprobante et ratam habente conuentionis formulam a. 1634. 5. Sept. Duce piissimo AVGVSTO. En verba ipsa, quae huc faciunt: *Beschlieslich wollen auch wir ofternante Fürsten für uns und vnser Erben und Nachkommen der Fraw Abbatisin Liebden und Capitul zu Gandersheim bey ihren Würden und alten andern hergebrachten Priuilegien, Freyheiten, Statuten, Rechten und Gerechtigkeiten, Lehn und Gütern, so dan auch NB. bey der cognition über streitige Capitular und Stiffts-Perfohnen und Sachen, wie auch nicht vveniger bey dem üblichen Salzwiesen und Heber Erb-Gerichte, auch dem Kühler-Gerichte, und andern alten Herkommen und Gewohnheiten geruhigliche, ungeschmälert, und allerdings ohnbeeinträchtigt lassen.* Si qui autem colonorum sint contumaces, et iurisdictionem, quam vocant criminalem, in sese excitent; Abbatisa et Capitulum rem deferunt ad praefectum Ducis, vt ab eo ob aduocatum armatam et bannum per urbem et praefecturam Ganderfensem Duci Serenissimo in feudum collata, coloni, qui domicilia sua in hac praefectura Gandersheimensi tenent, debita adfiantur poena. Originem et rationem huius iurisdictionis altae et supremae, eiusque per feudum in Duces Brunsvicenses translationem supra extra omnem controuersiam et dubitationem collocaui. Ruunt igitur omnia illa, quae Celeberrimus D. IOHANNES WILHELMVS GOEBELIVS in libro *de iure et Iudicio rusticorum fori Germanici* (ff) Helmstadii 1723. 4. emisso contra Abbatisae Ganderfemensis iudicia illa tria, quorum tamen vnum omittit, disputauit. Largietur

(dd) Vocatur *das hohe Salzwiesengerichte*, tum quia ad illud solebat prouocari a duobus iudiciis ceteris, tum eo quod latius extendatur eius auctoritas, quam priorum. Rusticorum enim caussae, ad *Meierding* spectantes, in eo diiudicantur, qui habitant per praefecturas Grene, Gandersheim, et nonnullos tractus Episcopatus Hildesienfis, Quae ibi decisa sunt, a praefectis solent adhibita auctoritate in actum deduci.

(ee) Lis erat inter viduam Ludeki Franckii Gronauensis et Ditericum Cörnerum Goslariensem, Anno 1602. 7. Sept. iudicium Spirensis promulgauit *mandatum cassatorium et inhibitorium*.

(ff) In libro *de iure et Iudicio rusticorum* e. VIII. p. 219. 222. 225. Iudicia tria minora non erant vocanda *iudicia rusticorum*, nam nec rustici heic sunt iudices, nec ei, quorum causa agitur, sunt ad vnum omnes rustici. Heredes enim heic sunt et agrorum possessores Dux Brunsvicensis ratione praedii Oershufen, Abbatisa respectu agrorum in monte Küler, in Rielinghufen, et lignorum, nobiles de Campen, de Bennigsen, de Brünig, Canonici nostri, ciues aliique. Prouocari ab eis nec licet nec vsu receptum est. Iudicia Hagermannica, quae ab *hegen*, parcendo, dicuntur, ad tria nostra iudicia illa agitantem sese in hunc modum habet: Praesidet eis supremus aulae Abbatialis praefectus, olim Aduocatus Abbatissae. Si qua incidant ardua et auctoritatis indiga, ipsa praesto est, si ita libuerit, Abbatissa. Adfessores erant olim *ministersales*, eisque maximam partem extinctis vel procul agentibus, Domini Canonici adfident iudiciis hisce. Consiliarius feudorum Abbatiae, qui nunc est Dominus Hermannus Conradus Schraderus, Senior Capituli, dirigit scriptionem eorum, quae in controuersiam atque inquisitionem veniunt. In loco superiori positum est sedile vacuum Abbatissae. Mensae secundae adfident Comes, der Gräve, cum nonnullis honoratioribus de numero heredum iudicij, tanquam gratiosis adfessores. Reliquas iudicii personas repraesentant tutor, *der Vormund*, et duo maalmanni, *die Vrbessträger*. Quum aperitur tractatio horum iudiciorum, gratio prodit et dicit ad tutorem: *Ich frage euch, Vormund, ob es noch so hoch am tage ist, dass man das hohe Salzwiesengerichte (freye Heber- oder Kühler-gerichte) halten könne. Vormund: Ja, Gräve: Weil wir nun von Gott dem almächtigen und von der hochwürdigsten Durchlauchtigsten Fürstin und Frauen, Frauen Elisabeth Ernestine antonia Herzogin zu Sachsen - - de gnade haben, ein hohes Salzwiesengerichte zu hal-*

MONASTERII I  
gietur et ceteris huius grau  
recta iudiciale institutum, q  
manente quom de rebus,  
conuenit ac differimus.  
Domini ob Oershufen,  
Cant. lics.

Ich frage euch, was ich d  
vnd vnterlassen vnter. Hanc  
Berich, et itaq et dca mit Besi  
militio huius, qui vortene u  
pntare, curiae, verditone et  
iudicium raxan, et ita iudicium  
reputanda aspecten. Si qua fan  
reducit, et, pntio vltio solato,  
nec vni dca, pntione, et he  
frangente iam per vnter  
lites regere et vnter  
obvati vnter hnt iudicia con  
ten, ite raxan laborant, soler u  
reputat dcaam raxan pntio  
di Goebelo adica. Hic agit

APPEL

De  
ADVOCATIS T

Sen  
PATRONIS COENORII C

Synops. §. I. De iure dca  
rati.

§. II. Vnter dca  
corum d

§. III. Vnter dca  
§. IV. Vnter dca  
tina.

§. V. Conferat  
ad dca  
confut

COROL

De Patronis et Advocatis  
nate

§. I. Vnter dca, Anstis et  
vnter dca repudiana  
vnter dca (1) Ioa  
vnter dca vnter HERMAN  
Eten III. De dca dca I  
MARPERG. Lib. Eten III. C  
vnter dca dca p. 298. Anstis  
GODEFRID. HENRIQUE D. A  
corum April. Vnter dca Innocet  
chite. Hic dca vnter dca  
feminar in dca dca Caput. A  
pntio sui dca dca vnter dca

§. II. Vnter dca et dca dca, dca  
dca dca dca dca dca dca

gietur vir humanissimus haud grauate, simulac nostra legerit et pensitauerit, sese minus recte de nostris fuisse institutum, quemadmodum ab hoc naeuo non vbiq; sumus immunes, praecipue quum de rebus, quarum cognitio nobis instillatur lubrica et remotior, commentamur ac differimus. De cetero iudiciis illis interfunt, heredum nomine, Dux Brunsvicensis ob Oiershufen, nobiles de Bruning, Kampen, Bennigsen, Probstii, Capitulum, ciues.

halten, so frage ich euch, was ich darum gebieten und verbieten solle? Vormund: Ihr sollt gebieten recht und verbieten vnrecht, Hasmuht, Scheltwort, Wehr und Waffen, und das niemand sein ege Wort rede, er thue es dan mit Bescheidenheit oder durch den Vormund. Quo facto tutor denunciatur consiliario feudali, quid vertente anno de agrorum, pratorum hortorumque, ac lignationum alicubi, hereditate, emtione, venditione et oppignoratione actum sit. De singulis alienationibus soluunt coloni ratam taxam, et ita immittuntur in bona, quam immisionem definitam vocant ansetzen, un-terpfandlich ansetzen. Si qua sunt alienata, eis semper, qui sanguine sunt propinquiores, est ius con-tradicendi, et, pretio iusto soluto, ea vindicandi. Porro causae et controuersiae de bonis illis ortae, nec non aliae, proponuntur, et heredibus committuntur decidendae, quorum nonnulli secedunt suf-fragiumque suum per maalmannos iudicio denuntiandum curant. Si qua incidant intricatiora, adses-sores regunt et moderantur sensa colonorum, vt tandem veritati ac iuri satisfiat. Quae ex bonis, obnoxia tribus hisce iudiciis comparata sunt ab hoc et illo, nec in tempore ad haec iudicia deferun-tur, iure caduci laborant. Solet tamen Abbatisa tum gratiam negligentiae facere. Heredes autem recipiunt dolium cereuisia plenum, loco mulctae consuetae. Non opus est, vt refellam nonnulla a D. Goebelio adserta. Haec legisse et contulisse sufficeerit.

APPENDIX

De ADVOCATIS TUTELARIBVS

Seu PATRONIS COENOBII GANDERSHEIMENSIS.

- Synopsis. §. I. De Ioanne Baptista, et reliquiis Sanctorum gene-ratim. §. II. Vita Anastasii I, Romani Pontificis, ex Actis San-ctorum Antwerpiensibus. §. III. Vita Anastasii eiusdem ex Baptista Platina. §. IV. Vita Innocentii, Papae Romani, ex Baptista Pla-tina. §. V. Conseruatoribus et subconseruatoribus ecclesiasticis ad exequendas leges Friderici II. et Caroli IV. constitutis.

COROLLARIVM

De Patronis et Aduocatis coenobii Ganderlemensis tutelaribus.

§. I. Iohannes Baptista, Anastasius et Innocentius Episcopi Romani, con-fessores Origenismi repudiandi, fuerunt coenobii Ganderlemensis tutelares patroni ac aduocati. (a) Ioannis vitam exponunt Euangelistae et Iosephus, ex professo autem HERMANNVS WITSIVS To. II. Miscell.facr. Exerc. XV. p. 467. fqq. De elencho Ioannis monentur nonnulla a Ven. MARPERGERO in Lehr-Elencho P. II. Obs. IX. Conf. Germanica Acta erudi-torum Lipsiensia P. 136. p. 295. Anastasii vitam dabimus ex PLATINA et GODEFRIDI HENSCHENII atque DANIELIS PAPEBROCHII Actis san-ctorum Aprilis To. III. p. 491-493. Innocentii vita ex PLATINA communi-cabitur. Hi sancti Triumviri, Iohannes, Anastasius et Innocentius, reprae-sentantur in sigillo maiori Capitulari. Abbatisae antequam figilla, ad cor-poris sui formam adornata, vsui publico adhibuerunt, vsi sunt Innocentio in

De Ioanne Ba-ptista et reli-quiis sancto-rum genera-tim.

(a) Patroni illi et Sancti Confessores, Martyresque dicebantur Hontheren et Aduocati. Quirinus Martyr in sigillo conuentus Nussliensis obuius ad a. 1290. sinistra praefert scutum, dextra hastam, stans duas inter turres.

m e vills paucis constantem Ma et Canonici Ganderfemenfien dffinit in feudum emphyteuticum habitant citra annem Ave, vnde Opperhufen. Vbi pagus Kilmit e lepi, eum in vertice montis Kille paco. Posterioribus e duobus (da) Salzwiesengraben. Agri illi, et translationis ab vno ad alium ve- o eccliae maioris Ganderfemen- rem visitando quaedam per vim ia illa Abbatisa semper manserunt uocatio a quodam fuisse suscepta ecclia (ee) et iudicium ipsum tri- elarem et Imperium excipis, Abb- I. r. Man inter Docem Serenifi- ELISABETH Abbatisam revo- tionis formulam a. 1634. 7. Sept. ciunt: Beschliuich wullen auch wir nemer der Frau Abbatisa Liebden andern hergebrachten Privilegien, Giitern, so dan auch NB. bey der ben, wie auch nicht vweniger by Kihler-Gerichte, vnd andern r, vnd allerdings abnbeeintrach- iurisdictionem, quam vna- rem deferunt ad praefectum ur- urdem et praefecturam ni, qui domicilia sua vna- pona. Originem et ratio- um in Duce Brunsvicensi- ationem collocaui. Ruzip- HELMVS GOEBELIVS a- tadli 1723. 4. emisso contra- en vnam omittit, disputant. la- pa

solent provocari a duobus iudicium rum. Ruziporum enim caulas, ad- curas Grene, Gandersheim, et vni- tectis solent adhibita auctoritate in ac- tricum Coerum Goslarensem. At- uerum et inhibitorum. 225. Iudicia triamora non erant nec ei, quorum causa agitur, fuit- fessores Dux Brunsvicensis ratione p- n Rielinghufen, et lignorum, non- alioque. Prouocari ab eis nec licet- endo, dicantur, ad tria vobis iud- rem ad agros et siluas. Ritus iudici- s aulae Abbatisae praefectus, dicit- ga, ipsa praesto est, si ita libent- n partem exhibentis vel proced- satorum Abbatisae, qui nunc et Do- t scripturam eorum, quae in vno- um est sedile vacuum Abbatisae. In- ratoribus de numero heredum iud- stentur tutor, der Vormund, et it- n iudiciorum, graho proit e h- d- est, dasi man dat habe solv- v- und: La. Grütze: Weil vor man- ykten Fürstin und Franck, Franck- den, ein hober Salzwiesengraben



ab ipso S. Anastasio innouatam. Porro in dicta Vita inter alia cap. 3. sic scribit: Haeretica exorta tempestas, cuncta turbauit, - - et nauem plenam blasphemiarum Romano intulit portui: inuenitque protinus patella operculum, et Romanae fidei purissimum fontem coena lutoſa permiscuere veſtigia. -- Tunc librorum *περὶ ἀρχῶν* (de Principiis) infamis interpretatio (per Ruffinum Aquileiae Presbyterum suscepta et ab Hieronymo improbata,) tunc discipulus *Ὀλβιος* (felix) et vere nominis sui, si in talem Magistrum (Origenem) non impegiſſet. Tunc noſtrorum *διδασκαλῶν* contradictio et Pharisaeorum (Platonicorum e Potamiſtis ortorum) turbata eſt ſchola - - - Cernentes haeretici, de parua ſcintilla maxima incendia concitari, et ſuſpoſitam dudum ſlammam iam ad culmina perueniſſe, nec poſſe latere, quod multos deceperat; petunt et impetrant eccleſiaſticas epiſtolas, ut communicantes eccleſiae diſceſſiſſe viderentur. Non multum tempus in medio: ſuccedit in Pontificatum vir ingenuis Anaſtaſius, quem diu Roma habere non meruit, ne orbis caput ſub tali Epiſcopo truncaretur: imo idcirco raptus atque translatus eſt, ne ſemel latam ſententiam precibus ſuis flectere conaretur - - - Damnationis haeticorum Marcella fuit principium, dum adducit teſtes, qui prius ab eis eruditi, et poſtea ab haeretico fuerant errore correpti: dum oſtendit multitudinem deceptorum, dum impia *περὶ ἀρχῶν* ingerit volumina, quae emendata manu Scorpii monſtrabantur: dum acciti frequentibus litteris haeretici, ut ſe defenderent, venire non ſunt auſi: tantaque viſ conſcientiae fuit, ut abſentes damnari quam praefentes coargui maluerint. Haec ibi S. Hieronymus, qui Ruſino, praecipuo Origeniſtarum fautori, in Apologia aduerſus eum ſcripta opponit, *Siricii*, iam in Domino dormientis, obiici epiſtolam; et uiuentis Anaſtaſii dicta contemni.

3. Idem epiſtola 78. ad Pammachium et Marcellam ſcripta, quum indi-caſſet opera Theophili Alexandrini Origeniſtas damnatos eſſe, ita S. Anaſtaſii ſtadium laudat: *Orate Dominum, ut, quod in Graeco placet, in Latino non diſpliceat: et quod totus Oriens miratur et praedicat, laeto ſine Roma ſuſcipiat: praedicationem quoque cathedrae Marci Euangelistaе, \* cathedra Petri Apoſtoli ſua praedicatione conſirmet. Quamquam celebri ſermone vulgatum ſit, beatum quoque Papam Anaſtaſium eodem ſeruore, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foueis ſuis haeticos perſecution: eiusque litterae doceant, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum eſt: cui multos imprecamur annos, ut haereſeos rediuna plantaria, per illius ſtudium longo tempore arefacta, moriantur.* Demum in epiſtola 8. ad Demetriadem poſt obitum S. Anaſtaſii ſcripta, ita zelum eius laudat cap. 9. Paene praeterit, quod vel praecipuum eſt. Dum eſſes paruula, et ſanctae ac beatae memoriae Anaſtaſius Epiſcopus Romanam reget Eccleſiam, de Orientis partibus haeticorum ſaena tempeſtas ſimplicitatem fidei, quae Apoſtoli voce laudata eſt, polluere et labefactare conata eſt. Sed vir, ditiffimae paupertatis et Apoſtolicae ſolicitudinis, ſtatim noxium perculit caput, et ſibilantia hydrae ora compeſcuit. Et quia vereor, immo rumore cognoui, in quibusdam adhuc viuere et pullulare venenata plantaria, illud te pio caritatis affectu praemonendam puto, ut ſancti Innocentii, qui Apoſtolicae cathedrae et ſupra dicti viri ſucceſſor et filius eſt, teneas fidem: nec peregrinam, quamuis tibi prudens callidaque videaris, doctrinam recipias. Hactenus S. HIERONYMVS, qui lib. 2. Apologiae primae aduerſus Ruffinum, valde laudat prudentiſſimam Papae Anaſtaſii epiſtolam, quam contra hunc ſcripſit ad Ioannem, Epiſcopum Hieroſolymitanum, ex qua nonnulla heic damus.

4. Ruffinus, de quo me conſulere dignatus es, conſcientiae ſuae habet arbitrium diuinam Maieſtatem: apud quam ſe integro deuotionis officio, ipſe viderit, qualiter debeat approbare. Origenes autem, cuius in linguam noſtram compoſita deriuauit, aut quis fuerit, aut in quae verba proceſſerit, noſtrum propoſitum neſciuit. Quod vero ſit animi mei ſtadium, cum tua paullisper hoc conferam ſanctitate. Hoc igitur mente concepi, quod qui Vrbiſ noſtrae populis de translata Origenis lectione patefecit, quamdam prioris mentibus velut nebulam excitans iniectam, fidem Apoſtolorum, maiorum traditione firmatam, velut deuus anfractibus illum voluiſſe diſſoluere. Diſcere hoc

\* Cathedra Marci eſt per Metonymiam profeſſio doctrinae olim a Marco adnuntiatæ. Quare cathedra Lutheri denotat profeſſionem fidei Euangelicae, quam ad formam apoſtolicam reduxit Deus, opera Lutheri. Qui vocem hanc lacerant, uſum eius et hſtoriam eccleſiaſticam ignorant. Si qui loco et adpellatione ſola gloriantur, fidem ſinceram in pectus non demittentes, ei inanitate ſeſe lactant.

hoc cult, ſiquidem reliquias et  
m ex oſibus Anaſtaſii. An oſſa  
diſſipata. Serena ſacerdotum magi  
nel diſpliceat in miſſa, per magiſtra  
romanae redacta proſecerunt a. 1498. u  
on, et poſt medium libelli ſic habent  
e ſi u aduocis q̄u et damnati. Rū  
tine fidei; deſeruonem ſui ipſius, e  
om ſi conuſion deſraudare. Ductum  
t moderate Pontifice ex cryptis ſub  
ſa, Cardinali Vicario offerantur, ſeu  
nſecrationem. Hic oſibus ignotis no  
que reddi documentum, quo conce  
Hic aperte teſtatur doctiſſimus  
LONIVS in libello de cultu igno  
tinere Italico Abbas LANGLEIVS  
ſum commentum S. Viar, quon  
veteri, quae plene ita erat legend  
ur *Erlernung der Hiſtorie Lips.* 170  
rum eiusmodi ſimile reliquias Ro  
VICAM haberi pro ſancta, cuiusque  
uſica olim notabat veram ſonem  
Matthaeus Pariſius, aliique vo  
ES MABILLON in praefatione  
GIVS ECCARD in Diſſ. huius  
iſtoria ſ. 3. not. (u) ubi  
it: Ibidem (Camberiaci) ubi  
t, olim aſſeruation, inde p̄  
ANNES REISKIUS in  
ſi. Pleraque ſanctorum  
deſumta ſunt. Si autem  
RNETVS in *Itinere ſuo* p̄  
morat, non poſſumus, quā  
ſubus idololatrarum. Litterae  
ſunt ſaeculorum ſubſequentium  
nulla exigua fidem habent  
contexto, ut fraudes reliquiarum  
in quo illud intactum, reliquias  
tint, an ſuſpoſitione. Si ſeſum  
as, patrono et aduocato ſuis ſum

omano Pontifice, nunc  
aborationem fidelisſimorum

I.  
contra Origeniſtas.  
II. Kalendas Martii vita ſina  
ſiet dies viginti, circa Idus Ma  
inis primus, natione Romanus  
CCXCVII, quando Indictione II  
t Marcellinus Comes in Chro  
ſtaſius, vixit annos quatuor  
iptores.  
viduae Romanae, quam adde  
n S. Anaſtaſius crearetur ſon  
tis haeticis turbatum ſimile

hoc loco libet, quid agat in Romanam linguam ista translatio. Approbo, si accusat auctorem, et execrandum factum populis prodit: ut iustis tandem odiis teneatur, quem iam dudum fama constrinxerat. Si vero interpret tantorum malorum erroribus consensum praestet, et legenda impia dogmata prodit in populos: nihil aliud sui opera laboris exstruxit, nisi ut propriae veluti mentis arbitrio hanc, quae sola et quae prima apud Catholicos Christianos vera fides, iam ab Apostolis exinde ad tempus praesens, tenetur, inopinatae titulo assertionis euerteret. Absit haec ab Ecclesia Romana nequaquam Catholica disciplina. Numquam profecto eveniet, ut aliqua hoc admittamus ratione, quod iure meritoque damnamus. Quapropter in toto orbe Christi Dei nostri diffusa providentia probare dignabitur, accipere nos omnino non posse, quae Ecclesiam maculent, probatos mores evertant, aures circumstantium vulnerent, iurgia, iras, dissensionesque disponant. Quare nosce, qualem epistolam ad fratrem et Coepiscopum nostrum Venerium, diligentiori cura perscriptam, paruitas nostra transmiserit: tibi que hanc conscientiam fecerim, quod non superflua laborum formidine neque vano timore sollicitet. Mihi certe cura non deerit Evangelii fidem circa meos custodire populos, partesque populi mei per quaeque spatia diuersa terrarum diffusas, quantum possum, litteris conuenire: ne qua profanae interpretationis origo subrepat, quae deuotas mentes immissa sui caligine labefactare conetur. Illud quoque, quod euersisse gaudeo, tacere non potui, beatissimorum Principum manasse responsa, quibus unusquisque Deo seruans ab Origenis lectione reuocetur: damnandumque sententia\* Principum, quem lectio rerum profana prodiderit. Hactenus sententiae meae forma praecesserit. Quod te vero vulgi de Rufino querela sollicitat, ut quosdam malis suspicionibus persequaris, hanc etiam opinionem constringam diuinae Lectionis exemplo, sicut scriptum est: (1. Reg. XVI, 7.) Non sicut videt homo, ita et Deus. Nam Deus videt in corde; homo autem in facie. Itaque, frater carissime, omni suspitione seposita, Rufinum scito, quod propria mente Origenis dicta in latinum transtulit ac probauit: nec dissimilis ab eo est, qui alienis vitii praestat assensum. Illud tamen scire cupio, ita haberi a nostris partibus alienum, ut quid agat, ubi fit, nescire cupiamus. Ipse d. nique viderit, ubi possit absolui.

5. Hactenus verba S. Anastasii Papae ad Ioannem Hierosolymorum Episcopum, quem Seuerinus Binius in Notis ad dictam epistolam asserit, aliquando Origenis errores sectatum, per S. Hieronymum meliori frugi redditum, fide deinceps catholica his temporibus, saltem exterius, nituisse. Profecto S. Augustinus contra litteras Petiliani scribens lib. II, cap. 51. et S. Anastasii Papae et dicti Ioannis fidem laudat his verbis: *Cathedra ibi quid fecit Romanae Ecclesiae, in qua Petrus sedit, et in qua Anastasius sedet: vel Hierosolymitanae ecclesiae, in qua Iacobus sedit, et in qua hodie Ioannes sedet: quibus nos in Catholica unitate connectimur: et a quibus vos nefario furore separatis.* Haec ibi sanctus Doctor, tamquam de Ioannis fide nihil sinistra suspicans.

## CAPVT II.

*Afri adiuti et contra Donatistas excitati. S. Paulinus recreatus. Aliae res gestae. Obitus, sepultura, reliquiae.*

6. **E**pistolam S. Anastasii, ad memoratum Venerium diligentiori cura perscriptam, non scimus extare, S. Venerius Episcopus Mediolanensis, cui dies IV. Maii sacer est, successit S. Simpliciano, anno CCCL, die XVI. Augusti defuncto: et tantae viri auctoritatis fuit, ut legatio ab Ecclesia Africana fuerit destinata, anno CCCCL, die XVIII. Iunii. Quae venerabili sancto fratri Anastasio, sedis Apostolicae: et sancto fratri Venerio, sacerdoti Mediolanensis Ecclesiae, necessitatem ipsam ac dolorem atque inopiam valeat intimare - - - Quia tanta indigentia Clericorum erat, multaeque Ecclesiae ita desertae, ut ne unum quidem Diaconum vel illiteratum habere reperirentur, multo magis superiorum honorum inueniri non posse certissimum esset, et quotidiani planctus diuersarum paene emortuarum plebium iam non sustinerentur: quibus nisi fuerit aliquando subuentum, grauis et inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud Deum mansura esset.

\* Principes tum ea exercebant, quae ad coactiones, regimen externum, et poenas haereticis irrogatas, nec non prohibitiones librorum haereticorum spectant.

TITELARIBVS

... Approbo, si accepta  
... or iusto tandem odium tenetur, qui  
... erroribus in  
... in populo: nihil aliud sui opo  
... hanc, quae sola et quae pr  
... ad tempus pra  
... Ecclesia Roman  
... hoc admini  
... in ore Christi De  
... quae Ec  
... viderent, surgit  
... ad fratrem et Cae  
... pariter: namque  
... laborare formidat neque  
... circa mem  
... disquisi  
... origo subripit, qua lo  
... quid even  
... quibus unquam  
... Principum  
... praecesser  
... suspitionibus per  
... sicut scriptum  
... et Deus. Nam Deus videt in  
... suspitione seposita, ho  
... ac probavit: mi  
... cupio, ut  
... cupiamus. Ipsi d  
... ad Ioannem Hierosolym  
... ad dictam epistolam de  
... Hieronymum meliori  
... ribus, saltem exterius, nihil  
... scribens lib. II. cap. 11. et  
... his verbis: Cathedra illi quae  
... Anasias sedet: vel Hiero  
... die Ioannes sedet: quibus non in  
... favore separatis. Haec tibi lan  
... tui suspicans,  
... II.  
... citati. S. Paulinus recrea  
... pultura, reliquiae.  
... Venerium diligentiori cura  
... Venerius Episcopus Mediolan  
... pliciano, anno CCCL. die  
... tatis fuit, vt legatio ab Eccl  
... die XVIII. Junii. Quae rem  
... to fratri Venerio, sacerdoti  
... atque inopiam valeat intima  
... Ecclesiae ita desertae, ut  
... entur, multo magis superuen  
... diam planctus dimerarum p  
... nisi fuerit aliquando salu  
... mium causa apud Deum mar  
... etiam, et poena haereticorum

set. Quae ab Aurelio Episcopo Carthaginensi proposita, latius describuntur in dicto Concilio: cuius petitioni annuisse SS. Anastasium et Venerium non dubitamus. Nam eodem anno CCCCI. Idibus Septembris, in Concilio tunc habito, dixit idem Aurelius Episcopus: *Recitatis epistolis beatissimi Fratris et Confacerdotis nostri Anastasii, Ecclesiae Romanae Episcopi, quibus nos paternae et fraternae caritatis sollicitudine ac sinceritate adhortatus est, ut de haereticorum et schismaticorum Donatistarum insidiis et improbitatibus, quibus Africanam Ecclesiam Catholicam grauer vexant, nullo modo dissimulemus. Gratias agimus Domino nostro, quod illi optimo et sancto Antistiti suo tam piam curam pro membris Christi, quamuis in diversitate terrarum, sed in sua compage corporis constitutis, inspirare dignatus est.*

7. Florebat eodem tempore doctrina et sanctitate illustris S. Paulinus, Episcopus Nolanus, qui epistola XVI. ad Delphinum Episcopum Burdegalensem laudat eximiam S. Anastasii humanitatem, his verbis: *Sciat veneratio tua, sanctum fratrem tuum, Papam Urbis, Anastasium, amantissimum esse humilitatis nostrae: nam ubi primum potestatem caritatis suae nobis offerendae habere coepit, non solum suscipere eam a nobis, sed ingerere nobis piissima affectione properavit. Nam breui post ordinationem suam epistolar de nomine nostro, plenas et religionis et pacis, ad Episcopos Campaniae misit: quibus et suum declararet affectum, et aliis benignitatis suae praebere exemplum. Deinde nos ipsos Romae, quum solempni consuetudine ad Beatorum Apostolorum natalem venissemus, tam blande quam honorifice excepit. Postea quoque interposito tempore, etiam ad natalem suum, quod Confacerdotibus suis tantum deferre solet, inuitare dignatus est: nec offensus est excusatione nostra, sed officium sermonis nostri, quod in vicem praesentiae reddideramus, acceptans, animo nos paterno et absentes recepit. Denique, si Dominus com meatum donauerit, ut ad eum usitato solempniter nobis tempore recurramus, spero me ad sanctitatem tuam ei litteras exacturum, quibus etiam tibi nos incipiat commendare.* Haec S. Paulinus, qui subiungit S. Venerii Mediolanensis Episcopi noui erga se caritatem: vt videatur epistola anno adhuc quadringentesimo aut initio sequentis scripta.

8. S. Anastasius fecit basilicam, quae dicitur Crescentiana in regione secunda, via Mamurtina in Vrbe Roma. Ita ANASTASIVS bibliothecarius de Vitis Pontificum. Sed via in aliis MSS, dicitur Mamartina et Mamurtina, BARONIO Mamurtina, ab aedibus Mamurri in secunda regione locatis. ALEXANDER DONATVS Lib. IV. de Vrbe Roma cap. 3. in secunda regione Coelii montis hanc aedem a S. Anastasio exstructam ait. Synodo Romanae primae, sub Symmacho Papa anno CCCXCIX. habitae subseripsit *Vincomalus Presbyter tituli S. Crescentianae*: et hunc titulum fuisse vnum ex viginti octo antiquis titulis S. R. E. Cardinalium, tradit ONVPHRIVS PANVINIVS de VII. Vrbis Ecclesiis cap. 2. sed deluisse cum nonnullis aliis ante tempora S. Gregorii Magni: certe horum loco alii substituuntur in Synodo Romana, anno DC. sub eo habita. Alia huius Pontificis decreta apud Anastasium leguntur: *Vt quotiescumque sancta Evangelia recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curui starent, Constituit etiam, nulla ratione transmarinum hominem in Clericatus honorem suscipi, nisi quinque Episcoporum designaret chirographum, propter Manichaeos, siue, vt in libro Pontificali legitur, quia et eodem tempore Manichaei inuenti sunt in Vrbe Roma.* Demum dicitur fecisse ordinationes duas per mensem Decembrem, et ordinasse Presbyteros octo, vel nouem, Diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca undecim, aliis decem. *Sepultus in coemeterio suo ad Vrsam Pileatum, V. Kalend. Maii, mortuus anno Christi CCCCII, Indictione XV, Arcadio V, et Honorio V. Consulibus.* Suffectum quoque his Consulibus esse S. Innocentium tradunt Marcellinus Comes et Prosper in Chronicis; et sic Gesta MSS. Pontificum ad Martinum quintum deducta, recte dicunt, S. Anastasium praefuisse annis quatuor.

9. Celebris est illius memoria in plerisque Martyrologiis ad hanc XXVII. Aprilis. (Gandersheimii memoria eius ad diem illum iam ex saeculo nono venerabilis fuit habita. More enim vetustissimo in vesperis S. Anastasii generalis Capituli congregatur confessus in sacratio Capitulari, praeside Abbatissa, adfidentibus Decana et reliquis Canonice virginibus, atque Canonice quatuor, quorum qui est senior iure concordandi, vt vocant, gaudet. Iubentur ex ritu prisco sacris tunc interesse Capitulares omnes, vtriusque sexus, Vicarios, et Chorales, vt fieri solet diebus maxi

